et quāto sacramētū est dignius: tāto abusus grauior. Qđ ꝓo abutat: patet ex tribus q̄ in hoc sacramento attendunt: q̄ sunt sacramentū tm̄: sacramentū et res: et res et non sacramentū. Quātū ad primū habet rōnem cibi et potus: cibus aūt nō cōpetit nisi viuenti: et ideo carēs vita gratie per mortale mortuus est spūaliter: et ita abutit sacramēto. peccatū eīn tale ideo mortale dicit: eo q̄ mortificat aīam quoad gratiā gratificātē: nō quoad gratiā gratis datā: quā etiam habēt heretici: pagani: iudei: qui tm̄ etiā maxime peccare videntur: tm̄ vt cōiter alias habiliores videntur. Quoad scd̄m sumit ibi xp̄s qui est scītas sanctoꝝ: vn̄ receptaculū eius dʒ esse sanctū: iō qui sumit cū cōtrario sanctitatis. i. cōscientia mortalis peccati: abutit. Quoad tertiū: q: accedēs significat se ad vnitatē corporis xp̄i mystici rēdere. vn̄ si pctm̄ mortale in cōscīa teneat p quod a corpore mystico separat: fictionis culpā incurrit: et ita abutit sacro. Hec Th. Ex illis sequit q̄
sacerdos in mortali pctō celebrans peccat duo- Sacer-
bus mortalibꝰ peccatis distinctis. Uno q: indi- dos ī pec
gne ꝯsecrat: alio q: indigne mā ducat. Patet cla- cato mor
re ex pmissis: q: mā ducare et cōsecrare duo actꝰ tali cele-
sunt distincti: et in qualibet indigna executione brās pec
cōmittit pctm̄ mortale. ¶ Sed di. aliq̄s. Si ita cat duo-
se habet officiū cōsecrādi: impossibile esset sine bus pec-
mortali eucharistiā cōsecrare aut sumere: et p cō cati mor
sequēs nulli est sacrm̄ illud ad salutē: pbat tm̄ se talibꝰ di
quela: q: cōsecrās aut est in pctō mortali vel nō. stinctis.
Si primū ex dictis indigne sumit et ad iudiciū: et ita mortaliter peccat. Si non: quia tamen nemo de se scire potest an odio vel amore dignus
sit. Quis potest dicere mundū est cor meū: pu- Eccl̄s. ix
rus sum a peccato. In tali dubio accedēs: peri- puer. xx.
culo mortalis peccati se exponit: et per cōsequēs mortaliter peccat: s̄m illud. Qui amat periculū
peribit in illo. ¶ D Ad huius replice solutio- Eccli. iij
nem duo videnda sunt. Primo quot modis aliquis dicitur esse in mortali: et qui horū modorū reddunt accedentē indignū. Secūdo quomodo
in cōsecratione et sumptione possit vitari nouū Aliq̄s est
mortale. De primo notat Sco. dist. ix. un. q. vnica q̄ aliq̄s potest intelligi esse in mortali tripli- in pctō
citer. Primo in actu siue actualiter: q: tūc pec- tripl'r.
cat actualiter peccato mortali actu interiori vel . 1.
exteriori: vtputa q̄ hʒ voluntatem respectu actꝰ peccati preteriti: presentis vel futuri. Hec enim voluntas que est actus elicitus. est mortale peccatum primo et intrinsece: quo non existente: actus imperatus nunquā est peccatum. ¶ Pro
cuius declaratione notandum q̄ actus volun- Duplex ē
tatis est duplex: scilicet actus voluntatis elici- actus vo
tus: et actus voluntatis imperatus. Actus vo- lūtatis.
luntatis elicitus est actus productus ab ipsa voluntate sine imperio ipsius voluntatis: vt.

velle peccare: velle dare elemosynā. Sed actus
imperatus voluntatis est actus ꝓductus ab ali
qua potentia mediante imperio voluntatis: dū
talis actus possit esse in potestate voluntatis: vt
velle audire lectionem imperatū a volūtate vel
se facere hoc vel aliud imperatū a volūtate. Se
cundo aliquis intelligitur esse in peccato: quia
2. post peccatum preteritum: de quo non recolit:
non penituit nec penitet. Tertio quia etsi peni
3. tuit aut penitet: nōdū tñ est cōfessus: et in foro ec
clesie absolutꝰ. Quisqȝ ergo aliquo triū modoꝝ
fuerit i mortali: indigne cōsecrat et sumit: et acce
dēdo nouū peccatū mortale īcurrit: nō tñ equa
liter: sed alter altero maius. Nā primo modo in
peccato mortali existēs grauissime peccat: dū se
quē indignū et immundū nouit: ꝓparare negli
git: ibi em̄ est peccatū omissionis: et peccatū con
temptus: nā christo quantū in se est: cōtumeliā fa
cit. Unde peccato iude cōparatur in glosa venera
bilis bede: Marci. xiiij. super illud. Ue autē hoi
per quē filiꝰ hois tradetur. In sempiternū ve hoi
qui ad mensam dñi indigne accedit: ille em̄ i exē
plū iude filiū hois tradit: nō iudeis quidē pecca
toribꝰ: sed tñ peccatoribꝰ: mēbris scȝ suis q̄ acci
pere dominici corporis sacramentū: temerarie
presumit: tales em̄ sunt de primo modo: qȝ scien
tes se in mortali: qđ actu cōtinuāt: accedere nō
formidāt. Qui vero secūdo mō sunt in pctō mor
tali: licet minus ꝙ primi peccant: tamē mortali
ter ꝓ negligētia qua se ꝓbare negligūt. i. exami
nare: maxime si hec negligentia fuerit affectata
crassa vel supina. ꝙ si affectata fuerit: auget pec
catū et aggrauat: nā et ipsa ignorātia ſm se pctm̄
Augustinꝰ ad Ualentinū. est. vñ Aug. ad ualentinū. In eis q̄ scire nolue
rūt: ignorātia ipsa pctm̄ est. Et de hac dicit Am
bro. Grauissime peccat q̄ ignorāter peccat: ideo
grauissime: qȝ periculosissime. De hoc magister
Ambro. dist. xxij. lib. ij. Si vero crassa fuerit: idest talis q̄
ꝑ debitā diligētiā si adhibita fuisset excludi po
tuisset: etsi excusat a tāto pro quāto minuit con
tēptū: quē prior ignorātia auget: nō tamē excu
sat a toto. i. nō excusat simplr a mortali pctō. vn
de Augu. vbi. s. Ignorātia eoꝝ nō q̄ scire noluīt:
sed qui tanꝙ simpliciter nesciūt: nullū sic excu
sat vt eterno igne non ardeat: sed fortasse vt mi
tius ardeat. Si aūt fuerit ignorātia inuincibilis
simpliciter excusat: de quo infra dicetur. ¶ ꝟ Si
militer qui sunt in mortali tertio mō. idest non
cōfessi post mortale cōmissum: licet penitētes et
cōtriti: accedētes mortaliter peccāt: vt tenēt dñs
Alber. Sco. Richar. Gerson in regulis moralibꝰ
cap. de penitētia. et in suo tripertito de cōfessio
ne. Et est ratio Scoti: qȝ nō tm̄ debet accedens
recōciliari deo: sed et ecclesie: vt digne suscipiat
sacramentū vnitatis ecclesie. Etiā propter hoc
ordinauit ecclesia: vt oēs vtriusqȝ sexus ante fe
stū pasche: quo cōicare tenētur oīa peccata sua
cōfiteantur: et sic cōfessi cōicēt. Et eadē ratiōe quo
cūqȝ tpe anni cōicare quis voluerit. De hoc ve
nerabilis Hugo. in lib. de ecclesiastica potestate
Hugo. ligādi et soluēdi ait. Audacter dico: si ante sacer
dotis absolutionē ad cōmunionē corporis et san
guinis christi quis accesserit pro certo sibi iudi
ciū māducat et bibit. etiā si cū multū peniteat et
et vehemēter doleat et ingemiscat. Et hoc est sim
pliciter verum: si cōfessoris copia haberi pōt. Si
vero nō occurrat oportunitas cōfitendi: distin
guēdū est ſm Sco. Si pōt sine scādalo differre
celebrationem aut cōmunionem: debet expectare

cōfessionē. Si vero immineāt scandalū: nisi sta
tim celebret aut cōicet: vt puta si sacris vestibus
indutꝰ memoraretur alicuiꝰ peccati mortalis cō
missi et nondū cōfessi: nec haberet ad manū ido
neū cōfessorē: tūc cū cōtritiōe et volūtate cōfitē
di tēpore oportuno pōt celebrare vt scandalū
euitet sine nouo mortali etiā cū merito. Simili
ter de alio cōicaturo in simili casu censendū est:
vt exēpli causa in aliqua religiōe: vel ecclesia cō
suetū est vt oēs nō sacerdotes certo die cōmuni
cēt: si tūc alicui ex his tpe cōionis occurrit mor Nota. Scotus.
tale nō cōfessum: nec habere potest idoneū con
fessorē: pōt nihilominꝰ cū cōtritiōe in actu: et cō
fessione in voto tpe oportuno faciēda accedere:
et nō cōfessus cōicare. Nec est dicēdū ꝙ talis pec
cet mortaliter vel trāsgrediatur preceptū vt euitet
scādalū: qȝ nullū preceptū excludit ipsum ab illo
actu: in hoc casu: qȝ dilatio cōfessiōis in actu: q̄
tūc habetur in affectu nō excludit eū: quin sit mē
brū ecclesie militātis habile ad actꝰ in quibus
mēbra cōicāt: et tenetur vitare scādalū proximi.
Hec Sco. Eadē ratio videtur de curato: qui pro
pter necessitatē infirmorū aut subditorū ad au
diendā missam die dñico obligatoꝝ: misse cele
brationē sine scādalo omittere nō pōt. ¶ ꝟ Sȝ Questio.
diceres q̄d de veniali. Respōdet Scotus: vbi su Solutio
pra: dicēs. De veniali nō oportet dubitare: qȝ de
illo nō est necessitas penitētie: et ꝑ cōsequēs nec
cōfessionis. Dicēdū igitur ꝙ quis vtile sit se a ve
niali per cōfessionē: siue alia remedia purgare:
pro quāto reddūt hominē tepidū: grauē et obnu
bilatū: deuotionē tollūt: aut minuūt: adimūtqȝ
cautelā cauēdi maiora: ſm illō. Qui spernit mo Eccl. xix
dica paulatim decidit: tñ non videtur absolute ne
cessariū: ꝙ de ipso cōsecraturꝰ prius cōfiteatur:
aut etiā cōteratur. Quod ex eo patet: nā hoc nō
est necessariū ad secure moriendū: qȝ si q̄s in ve
niali decedit sine mortali: etiā moriens in actu
peccati venialis saluabitur: vapulabit tamē ſm j. Cor. iij
illud apostoli. Si quis superedificat lignum: fe
num: stipulam. idest peccata venialia: ſm gl. Gre
gorij. Sequitur. Si cuius opus arserit: detrimē
tum patietur: ipse autem saluus erit. sic tamen
quasi per ignem: scȝ purgatorij. Non videtur au
tem ꝙ sacerdoti necessariū sit confiteri hoc pec
catum ante celebrationem: de quo non tenetur
conteri vt ingrediatur regnum celorum. Huius
ratio assignari potest: quia peccatū veniale non
repugnat gratie in facto esse: hoc est: stat simul
cum gratia: alīs em̄ non esset veniale: sed ad mor
tem: si tolleret vitam anime: que est gratia. Nec re
pugnat gratie in fieri: hoc est nō impedit gratie
infusionem: neqȝ augmentationē. Unde si adul
tus cupit baptizari: dolēs de suis pctīs mortali
bus: et actu peccans venialiter: iustificatur et gra
tiam recepit. Ratio est: qȝ sacramentū baptismi
cōfert gratiā nō ponenti obicem. Obex autē nō
admittēs gratiā: peccatū mortale est: ſm Sco.
tum distin. iiij. ix. vij. lib. iiij. Item ſm oēs: pec
catū veniale inexistens non prohibet quē meri
torie agere: immo sepe per actū charitatis feruē
dū extinguitur: et quoad culpam: et quoad penā:
quēadmodū aque gutta consumitur a vehementi
flāma: ideo nō impedit gratie augmentationē.
Si igitur neqȝ tollit gratiā inexistētē: neqȝ impe
dit ipsius infusionē: neqȝ augmētationē: nō vi
detur ꝙ sacerdos teneatur ipsum cōfiteri ad hoc vt
digne celebret. Nō modo digne ꝑ nō imputatio
nē ad nouū pctm̄ mortale: sȝ etiā digne meritorie.

¶ S Sed diceres sm ēde dictū: licet peccatum
obiectio veniale nō opponat charitati: opponit tñ feruo
ri charitatis. Feruor em̄ charitatis est charitas:
sicut intētio caloris est caliditas intēsa. Respon
Rñsio. det q pctm̄ veniale nihil charitatis tollit: tū qz
si aliqd ei⁹ tolleret p venialiū multiplicationē
tota charitas posset tolli: ⁊ p cōsequēs nō essent
venialia: sed mortifera. Tū qz charitas sm ordi
natā dei potentiā minui nō pōt: qz nō habet cō
trariū nisi mortale: qd totā tollit. Dicit aūt tol
lere seu minuere feruorē charitatis. pro quāto
ex actu peccati venialis relinqtur quidā habit⁹
in volūtate: qui ipsam impedit ne possit in actū
charitatis ita intensum: sicut posset tali habitu
circūscripto. Inclinat em̄ habitus pcti venialis
ad actus cōsimiles eis a quib⁹ genit⁹ est: ⁊ p hoc
impedit conatus potētie ad actū oppositū me
ritoriū. Simile est in nouiter conuersis: q pro
pter habitus vitiosos in eis derelictos: ⁊ post iu
stificationē remanētes: non expedite ⁊ faciliter
exercēt actus virtuosos: Sed istis obuiare vide
Augustinus. tur autoritas beati Aug. in ecclesia. dogma. ⁊ al
legat magister dist. xij. li. iiij. c. vltimo. Licet qs
peccato mordeat: si peccādi tamen de cetero nō
habet volūtatē: ⁊ satisfaciat lachrymis ⁊ oratio
nib⁹ accedat secur⁹: sed hoc de illo dico quē mor
talia peccata nō grauāt. Hec autoritas videt in
telligi de venialib⁹ propter hoc qd in eo seqūt.
Hoc dico de illo quē mortalia nō grauāt. Respō
det Scotus distin. ix. quarti: q hec autoritas in
telligi pōt de mortali pctō cōfesso ⁊ dimisso per
penitentiā. Quod si quis de illo mordeat quasi
nō plene satisfecerit de eodē: ⁊ peccādi de cetero
Scotus. nō habeat volūtatē: satisfaciat lachrymis ⁊ ora
tionibus pro eodē ⁊ accedat securus. Et tunc seq
tur. Et hoc dico de illo quē mortalia nō grauāt
hoc est qui sine pctō mortali nō dimisso accedit.
Et q nō apte exponitur de veniali: ex eo videt:
quia ad digne celebrandū: non sufficit cōtritio
vel dolor de peccatis: sed requirit etiā confessio
sm premissa. Cū autē dicat beatus Augu. ⁊ pec
cādi nō habet voluntatē securus accedat: ⁊ non
addit: et cōfiteatur: videtur q aptius exponat:
vt dictum est: de mortali q̄ de pctō veniali: quia
sm illa verba non cōcluderetur necessitas cōfi
tendi venialia: sm intentionē dicentiū opposi
tum: sed dūtaxat detestatio seu dolor de veniali
bus. Et ita patet primum: quis modus morta
lis peccati facit accedentem noui peccati reum.

¶ Lectio. viij. A

Hunc de secūdo

videlicet quō caueri possit nouū
pctm̄ mortale in ɔsecrando ⁊ sum
pdo hui⁹ sacramēti. Attēdenda
j. Cor. xj. est hic doctria apli qua dicit. Pro
bet ergo seipsum homo: ⁊ sic de pane illo edat: ⁊
de calice bibat. Secundū hanc quilibet ɔ conse
craturus aut cōicaturus priusq̄ accedat: debet
seipsum probare .i. suā cōscientiā diligēter exa
minare an pctō mortali sit euacuata. Debet igit
attendere diligenter si detestet pctā preterita. si
displiceant presentia: si propositū firmū habeat
cauendi futura. q si aliquod horū defuerit. ab
stinere debet a missa donec seipsum iudicauerit
et per seueritatē penitētie se exercens purgatio
nem meruerit peccatorū: quatenus sic a seipso
iudicatus: nō iudicet a dño. Cessat em̄ vindicta
diuina: si cōfessio precurrat hūana. ait gl. beati
Aug. vbi supra. Alioquin in pctō (vt dictū est) ac
cedēs: irreuerētiā facit deo: quē suscipit in sacra
mēto: ⁊ eterne dānatiōis iudiciū incidit īdigne
accedēdo. ¶ Sed forte queris: quāta diligentia Questio.
in examinādo requirit: vt indignus accessus ca
ueat. Respōdetur sm doctores: ⁊ pscrtim docto Rñsio.
rē subtilē in. iiij. dist. xvij. q. j. ⁊ Joh. gerson ī suo
tripertito. Tantā debet facere diligentiā in exa
minatione cōsciētie recogitantis preterita pctā
quantā faceret in magno ⁊ arduo negocio p ma
gna ⁊ ardua re lucrāda aut incōmodo graui vi
tādo. Hec siquidē inquisitio diligēs etiā cuilibz
sufficit ad fructuose cōfitēdū sm eosdē: vt sic ad
memoriā reducat iuxta hūane fragilitatis possi
bilitatē preterita peccata: prius per cōtritionē
⁊ cōfessionē nō declarata. Eaqz detestet: qz contra
dei mādata cōmissa: sicqz vt dictū est: confiteat.
Hac diligētia adhibita: si alicuius peccati obli
uiscit: per accessuz ad hoc sacramētū: vnū e duo
bus cōsequit: aut virtute sacramēti peccatū hoc
remittit: aut ad cognitionē talis peccati cor illu
strat: quaten⁹ per penitētiā diluat: vt vult Durā
dus in. iiij. dist. x. q. x. Et recitat Gerson in tra
ctatu de pol. noc. cōside. ij. Sicut frequēter ex
pertū est: q deuote celebrātes: in plurīū pecca
torū cognitionē deuenerunt: que occulta fuere
prius. Secus de his qui p crassam ⁊ supinā ne
gligētiā pctā grauia nō aduertūt aut obliuiscū
tur. ¶ B Sed adhuc diceres: si tāta preuie re obiectio
collectiōis diligētia requirit: trepidabit necesse
est qsquis accesserit: tāq̄ incert⁹ si debitā dili
gentiā ad rememorandū peccata cōfitēda adhi
buerit vel nō: ⁊ semp incert⁹: ⁊ p cōsequēs in pe Solutio
riculo accedit. ¶ Pro huius solutiōe aduertēda
est doctrinalis distinctio certitudinis. Est eniz
triplex certitudo sm Gersonē vbi supra: scz sup Triplex
naturalis: naturalis: moralis. Certitudo supna est certi
turalis est cui innitēs per nullā potētiā falli po tudo.
test: hec a solo deo est quātū ad veritates ɔtingē
tes. Hec etiā est certitudo primi principij ⁊ pro
positionū p se notarū: vt quodlibet est vl nō est.
Hanc habuere prophete in his que per diuinas
reuelationē acceperūt. Talē et certitudinē habē
mus ⁊ nos de articulorū fidei veritate: ⁊ oīb⁹ ī ca
none biblie ɔtētis in eo sensu in quo a scrō sunt
spū reuelata. His nāqz assentiēdo falli aut deci
pi nō possum⁹: qz de⁹ q summa et infallibilis est
veritas: nō pōt falsum tanq̄ verū reuelare. Hec
certitudo nō accipit a reb⁹: alioquin nō esset in
fallibilis: cū sm apostolū. Oīs creatura vanita Ro. viij.
ti subiecta est. Et sicut de nihilo oīa pducta sūt:
ita p potētiā creatoris possunt singula ī nihiluz
redigi: collabi. ¶ Alia est certitudo naturalis: ⁊
hec est veritatū a rebus acceptarū: quibus inni
tēs falli nō pōt per naturā. Hac certitudinē ha
bemus de multis euidētibus veritatib⁹ cōtingē
tib⁹ ⁊ necessariis sm naturā vt sol oritur. Talē
certitudinē habem⁹ de existētia rerū intuitiue
cognitarū cōtingētiū. Itē de propositionib⁹ na
turaliter necessariis: vt ignis est calefactiuus.
Circa quarū veritates: stāte cōi cursu nature: nul
lus fallit: licet per potētiā supnaturalē ⁊ miracu
lum quis falli posset. ¶ Tertia certitudo mora
lis siue ciuilis: ⁊ hec nō est ex euidētia rei: sz sur
git ex probabilib⁹ cōiecturis grossis ⁊ figuralib⁹
magis ad vnā partē q̄ ad alterā: qualis sufficit
in morali negocio ⁊ agibilibus hūanis: vt vult
philosophus. j. Ethicorū. c. j. ¶ C Ad ppositū

nostrū. Prima certitudo supernaturalis ꝛ reue
lationis nō requiritur vt sacerdos de sufficiēti
sue examine cōsciētie securus digne accedat: ho
die nāqȝ nulli talē reuelationē accipiūt. Que si
necessaria foret: spūs sctūs ecclie sue rector ꝛ gu
bernator: q̄ eā a culpabili errore preseruat: ne
quaꝙ̄ generaliter ecclesie sacerdotes errare per
mitteret: quin potius reuelaret: qd̄ sine sua re
uelatione sciri nō posset. Nā sicut natura in ne
cessariis nō deficit: ita nec deus in ecclie sue re
gimine filii sui spōse eiusdē precioso sanguine p
lauacrū aque ablute ꝛ scrificate: scḋm illud apli.
Ephe.v. Christus seipsum tradidit p ecclesia vt illā san
ctificaret mūdās eā lauacro aque in verbo vite
vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiā nō ha
bētem maculam: neqȝ rugam. Fatuū ergo esset
hanc reuelationis certitudinē expectare. Certi
tudo etiā naturalis euidentie non requirit: qm̄
naturalis hominis cognitio non extendit se ad
euidentē noticiā huius sufficiētis diligētie ꝛ ex
piationis peccatorū: qua cōsecrās digne cōfice
ret: qm̄ hec dignitas dependet ex clemēti dispo
nentis dei bonitate: nostrā qualencūqȝ disposi
tionē misericorditer tāꝙ̄ sufficiētē acceptantē.
Eccle.ix Ad sciēdū aūt hāc dei volūtatē: naturalis hoīs
cognitio nō ascendit. Nescit inquā hō an amo
re vel odio dignus sit. Quis eñ nesciat fieri pos
scḋm Gersonē de pollu. noc. cōsi. j. vt homo de
tur in reprobū sensum demerito precedentium
peccatorū: vt nō videat pctā sua: ꝛ per hoc nihil
sibi cōscius sit: ꝛ tamē nō in hoc iustificatus sit.
Et velut Aman superbissim⁹ ad cōuiuiū hester ve
niēs: qd̄ sibi ad honorē putat ad suspendiū sibi
Matth. inueniat preparatū. Hester. v. ꝛ. vij. ca. Aut si au
xxij. diturus est. Amice quō huc intrasti nō habens
vestē nuptialē. Aut si, talib⁹ annumeratus est:
de quib⁹ ꝓpheta in psalmo. lxviij. nō tā impre
catiue ꝙ̄ prenūciatiue dixit. Fiat mēsa illorū co
ram ipsis in la. ꝛ in retri. ꝛ in scandalū. Obscu
rētur oculi eorū ne videāt ꝛc. Cōformiter ad illō
apli. Propter hoc multi inter vos imbeciles et
j. Cor. xj dormiunt multi. Que imbecillitas ꝛ dormita
tio magis ad animā ꝙ̄ ad corpus referri putan
tur. Hec oīa certitudinem euidētie tollunt. Hec
Gerson de pol. noc. cōsideratōe. j. ℭ D Ex qb⁹
certe deducit necessitas humiliationis nr̄e ad
deū: vt nō glorief ante eū similitra presumptio oīs
carnis. Nec vitra apponat se magnificare homo
sup terrā: quatenus ex hoc desperem⁹ de virib⁹
nostris: neqȝ ponam⁹ carnē brachiū nostrū: sed
tota spe p̄ciamur in deū: vt ipse nos enutriat.
Neqȝ putemus nos aliquid esse: cū nihil simus:
nos seducētes. ad Galathas. vj. Sed iuxta ver
Lu. xvij. bū christi: Luce. xvij. Cū fecerim⁹ oīa q̄ precepta
sunt dicam⁹ nihilominus: serui inutiles sum⁹:
ij. Cor. que debuim⁹ facere fecimus: sciētes q: nō sum⁹
iij. sufficiētes a nobis: quasi ex nobis cogitare ali
qd: sed sufficiētia nostra ex deo est: qui fecit nos
idoneos ministros noui testamēti. Tertia certi
tudo: ꝓbabilis scȝ ꝛ cōiecturalis sufficit: quā ha
bere potest sacerdos si conatus est vitā preteri
tam: presertim a proxima cōfessione diligenter
facta examinare: si pctā in hoc suo examine oc
currentia detestef propter deū: si ea confiteatur
paratus cōfiteri alia oblita si memorie occurre
rent. Si non placet oblitis: sed magis deside
ret ad alm peccatorū suorū illuminari memo
riā. Si nihil voluntarie omittit qd̄ reminiscen
tiā peccatorū adducere posset. Si firmū ꝓposi
tum oīa mortalia cauendi habeat: et coniectu
raliter scire potest: si hāc diligentiā fecerit: sicut
et in aliis suis humanis actibus scire potest ꝙ̄
diligenter: quō: qualiter: propter quid operet.
Hec ergo diligentia eiusqȝ cōiecturalis certitu
do sufficit ad digne celebrandū. Quod ex eo pa
tet: quia non requiritur maior diligētia in exa
minatione cōsciētie ad digne celebrandū: ꝙ̄ ad
secure moriēdum: talis autē sic se examinās: vo
lens ꝛ confitēs pctā sua: si moreretur saluaret:
quia nō requirit dn̄s vitra possibilitatē huma
ne fragilitatis. ℭ E Si dicis: oībus predictis
stantibus: adhuc pōt manere pctm̄ aliqd̄ mor
tale: qd̄ si latuerit. celebrans in mortali et extra obiectio
gratiā celebrat: ꝛ p consequēs indigne celebrat.
Ad hoc dicēdum ꝙ ad cauēdum indignam cele Solutio
brationē nō requiritur ꝙ sacerdos sit in gratia
et charitate: ꝛ ideo sine mortali: quoniā si sic: vt
dictū est: dispositus accedat: nō indigne accedit
Quia sic accedēdo etiā si fuerit in mortali: non
nouo mortali peccat: licȝ etiā nō digne accedit:
ita digne vt p cōsecrationē ꝛ participationē eu
charistie merear sibi gratiā infundi: ꝛ: ꝫ alterū de
duobus supradictis cōsequatur: vel remissionē
pcti ignoti: vel illuminationē ad eius memoriā
ꝙ si cōteritur: gratiā cōsequitur. Vn̄ patet ꝙ in Medium
ter indignū accessum: ꝛ dignū datur mediū. Ut daf inter
indignus accessus dicatur quo nouum mortale indignū
incurritur. Dignus quo gratia augetur. Medi⁹ accessum
quo neqȝ nouum pctm̄ incurritur: neqȝ gratie ꝛ dignū.
augmentum pcipitur. Et per hoc respondetur
ad replicam supra lectione. vij. motā: negādo ꝙ
ipossibile est sine mortali eucharistiā cōsecrare
aut sumere: quoniā multi sumunt non solū sine
nouo mortali: sȝ etiā cū merito ꝛ gratie augmē Marci
to. Vn̄ glosa Hieronv. sup vbo. Biberunt ex illo xiiij.
oēs. Felix ebrietas. salutaris societas: q̄ quan
to copiosius sumitur: tanto sobrietatē mētibus
dignatur donare. Et ad ꝓbationē negef vtraqȝ
pars probationis. Prima: quoniā stat cōsecra
tā esse in pctō mortali: ꝛ tamē nō indigne sume
re aut cōsecrare: vt statim declaratum est. Vn̄ su
peri⁹ caute additum fuit: sciēter: ita ꝙ cōsecrās
in mortali sciēter indigne accedit. Similiter se
cūda pars negetur: q: ꝫ homo nō posset scire p
euidētie certitudinē se esse sine mortali: potest
tamē de hoc habere certitudinē cōiecturalē: et
quibusdā signis habere spei fiduciā vt dicit Ale
xan. de ales. par. iiij. q. xlvj. mēbro. j. Et subdit. Bernar
vñ Bern̄. in sermone de septuagesima. Nescit ho dus.
mō vtrum dignus sit amore an odio: sed spei fi
ducia consolaf nos scriptura: ne dubitationis
huius anxietate penit⁹ cruciemur. Propter hoc
data sunt q̄dā signa ꝛ indicia manifesta salutis:
vt indubitabile sit eū esse de numero electorū: in
quo ea signa ꝑmāserint. Et post ponit quatuor. Jo. viij.
Primū si deuote audit verbū dei. scḋm illud. Qui
ex deo est: verba dei audit. Alia tria sunt: opa vi
te agere: a pctis cōtinere: cōmissa deflere: q̄ po
nit sermo. ij. sup canonē Johānis expones illō.
Tres sunt q̄ testimoniū dāt in terra: spirit⁹: san j. Job. v.
guis ꝛ aqua. Fidelis sermo (inq̄t) et oī acceptiō
ne dign⁹: quo salutis testimonia cōmendantur.
Quis est q̄ testimoniū hȝ effusi sanguinis xp̄i: nisi
si q̄ cōtinet a pctis. Habet et ab aqua testimoniū
qui laborat in gemitu suo lauās p singulas no
ctes lectū suū. Sane sctm̄ superuenisse spiritū cer
tissime noua cōuersatio testaf. Jā vt breuiter re
petā: a sanguine: ꝛ a spiritu habes testimoniū

et ab aqua:si cōtines a peccatis:si dignos peni-
tentie fructus:si facis opera vite. Hec Bernar.
Hinc accipit q̄ habēs ppositū a pctīs abstinen
di:dolēs de pctīs cōmissis:pponēs obedire mā
datis:cū ceteris sup:adictis: habet certitudinē
sufficiētē. Hinc ait Alexāder. Talis accedens ad
corp⁹ xp̄i cū debita reuerētia nō peccat:nec expo
nit se discrimini. Sufficit enī habere notitiam
presumptionis per cōiecturas eo mō quo dictū
est. Et hoc videt innuere apl's:qui nō aliā di-
gne accedēdi regulā ponit: sit sine pctō: aut ha-
beat in se gratiā : sed pbet seipsum hō. Glosa.i.
Eccl's.ix examinet:et sic de pane illo edat ꝛc. ¶ F Et p
hoc ad illud. Nemo scit vtrū amore an odio di-
gnus sit. dicēdū q̄ loquit de amore ꝛ odio fina-
li. vñ ibi sequit. Sed oīa in futurū reseruantur
incerta. Uel si loquit de presenti vt cōiter expo-
nitur. Dicendū q̄ loquit de scīa per certitudinē
euidētie. Hoc enī sonat verbū scit. Qd̄ vo addit
ex Prouer. Quis dicere pōt mundū est cor meū.
Dicendū q̄ non intendit dicere q̄ nullus sit si-
ne peccato mortali:sed loquit ibi sapiēs contra
presumptuosos: qui seipsos temerarie iactant:
ac de suis meritis laudāt:hi eo ipso q̄ tales sūt:
Mat.v. mali sunt. Vñ glosa ibidē nō dicit quis hz: qz dz
Beati mūdo corde. Sed q̄s pōt dicere:qz teme-
rariū est se laudare. Uel intelligitur de pctō ve-
niali. ¶ Sufficit ergo quēadmodū ex predictis
colligitur:certitudo moralis:ad cauendū indi-
gnum accessum ad eucharistiā venerabile sacra
mentū. Hec aūt certitudo moralis excludit sciē
tiam ꝛ firmā fidē de inexistēti peccato: ꝛ cōpati
tur secū vacillationē quandā animi: ꝛ suspitionē
seu hesitationē: ꝛ scrupulū nō sufficiētis adhibi
te diligētie seu indispositionis. Sed nō dz quis
ppter hec celebrationē suspēdere seu pretermit
Quid sit tere. Est enī scrupulus seu hesitatio dubitatio
scrupul⁹ quedā seu formido : cōsurgēs ex aliquib⁹ conie-
siue hesi cturis debilib⁹ ꝛ incertis: ꝛ hic stat cū morali cer
tatio. titudie. Sicut etiā apparet ꝛ i ciuilib⁹ negocijs:
vbi ppter leuē timorē de dāno:nō dimittūt ne-
gociatores suarū mercantiarū exercitia:sed ma
gis fm ea q̄ pbabilius accidere cognouerit aut
Obicit⁹. estimauerint:operant ꝛ exequunt. ¶ G Sed di
ceres fm btīn Grego. Piarū mentiū est cogno-
scere ibi etiā culpā vbi culpa nō est : multo ma-
gis agnoscēda est culpa vbi dubiū culpe est: et p
Rñsio ad cōsequēs etiā in leui dubio celebrandū non est.
obiectio Respōdet fm dñm altisiodorens. et Johannem
nem. gers. cancella. parrhisiē. q̄ in dubio pbabili cō
mitteret se discrimini:qui stāte illo pbabili du-
Quid sit bio celebraret : ꝛ ita peccaret periculo se cōmit-
pbabile tens:secus in dubio leui. Est aūt probabile du-
dubium. biū:qñ pro vtraqz parte sunt rōnes eque fortes
que faciūt aīm trepidare ne alicui partium au-
deat consentire:vt si habeat fortiora motiua q̄
nō fecerit debitā diligentiā in recolligēdo ꝛ exa
minādo se de pctīs cōmissis: ꝛ detestādo ea. q̄ q̄
fecerit:vel certe rōnes eque fortes . ꝛ in tali du-
bio celebrās peccat. Si vo verisimiliter estimat
se fecisse diligentiam quam tenetur : timet ta-
mē de opposito: ꝛ bona fide pl⁹ credit se fecisse:
q̄ non fecisse:et in tali dubio celebrat:nullū pec
catū est:nec periculo se committit. Huic alludit
verbū beati Aug. supra allegatū. Licet q̄s pecca
to mordeatur:hoc est scrupulis ꝛ suspitionibus
agitet:quasi nondum satis penituerit:aut clare
satis cōfessus fuerit. vel nondū pro eis satisfece-
rit:si peccandi tamē de cetero nō habet volūta

tem:et satisfaciat lachrymis:non quidē sensibi- Que la
liter defluentibus. Ille enī nō requiruntur ne- chryme
cessario ad peccati remissionē:sed lachrymis spi necessa-
ritualibus q̄ sunt peccatorū cōmissorū detesta- rio requi
tiones:et satisfaciat orationib⁹:petendo veniā: rūtur ad
et dignā sui dispositionē a dño. Sequitur. Acce peccati
dat securus:vez nō obstante tali remorsu ac scru remissio
pulis. Ad idē facit qd̄ dicit Alex. de ales pte.iiij. nem.
q.xlvj. mēbro.iij. arti.ij. Quādo existēs aliquis
in mortali peccato fm veritatē:nō tamē hz con
scientiā mortalis pctī:qui preparat se sufficien-
ter fm cōsciētiā suā vt digne accedat:nō tñ suffi
cienter fm veritatē bene accedit: q̄ in ipsa susce
ptione cōfert sibi gratia ꝛ resurgit a morte pctī:
et vnitur corpori xp̄i. Nōne vt dicūt sancti: hoc
sacramēto vniunt mēbra xp̄i corpori. Vñ dicūt
q̄ que vnita sunt fortius vniunt : ꝛ qñqz gratia
collata in ipsa susceptiōe sacramēti vnit nō vni-
tum. Et allegat beatū Augu. in quodā sermone
de ver. euāgelij plane dicentē : q̄ qñ manducat Augusti-
viuificat mortuos. Hec Alexāder. ¶ H Ad btīn nus.
Grego. respondet cācella. Agnoscere culpaz per
firmum assensum vbi nō est:nō est piū. sed stoli
dum et fatuū. Vñ et de eis imprecatur p pphe-
tam. Ue qui dicitis malū bonū : et bonū malū.
Neqz hoc voluit beatus Gregorius. Sed agno- Esa.v.
scere.i.timere culpā cū reputat culpā ex q̄dā leui
suspitione : vbi fm veritatē quā euidēter nescit
culpa nō est:hoc est piarū mentiū: que nō solū
abstinēt ab his que sciunt vel firmiter credunt
esse culpas: sed ꝛ ab his q̄ suspicant esse culpas.
Nec solū a malo: sz etiā ab omni specie mali:fm j.Thes.v.
apostoli cōsiliū abstinere satagūt. Ualet hec do
ctrina scrupulosis: in quib⁹ nulla est animi con
stantia: qui iugiter in expletione suorū officiorū
timent culpabiliter se deficere : quandoqz pro-
pter minima:que vel modici:vel nulli⁹ sunt pō-
deris:abstinētes ab operibus laudabilib⁹ ꝛ vir
tuosis:sicut aliqui abstinēt a largitione elemo-
synarū in ecclesia:quia stulte timēt hoc eis im-
putari ad hypocrisim:aliqui a celebratiōe mis-
sarū ex modicissima perturbatione mētis. De-
bēt autē hi cōsilijs superiorū: ꝛ doctiorib⁹ deuo
tis viris acquiescere: ꝛ ad eoz cōsiliū cōtra tales
vacillationes trepidationes ꝛ scrupulos auda-
cter ꝛ viriliter operari : quatenus fiant robusti
solidi ꝛ tranquilli in suis opationib⁹:sic enī ple
rūqz vincunt hmōi scrupuli ꝛ abscedūt. Qui vo
renuunt ac spernunt superiorū ac prudentū cō
silia ad deponendū tales scrupulos: ꝛ arrogan-
tia ꝛ superbia sunt suspecti : preponendo scz sua
iudicia maiorū doctiorūqz cōsilijs et iudicijs:ta
les deniqz vix aut nūq̄ liberari pñt a scrupulis:
nec ad solidā cōsciētie quietē perueniēt:sed ma-
gis nonnūq̄ ad tantā pusillanimitatē prolabū
tur : vt vix quodcunqz opus audeant explere:
itaqz eis persepe peccatū fallēte cōsciētia: quod
aliūde peccatū nō foret. Et rursum nullā pacē:
nullā cōsciētie puritatē obtinere valēt:priuātqz
se sepe hospite gratie qui est spūssanctus. de quo di
cit ppheta. In pace fact⁹ est locus eius. Atten-
dendum est hic cōsiliū beati Bernardi quod su
per hac re prestitit. Erat ex discipulis eius qui-
dam tātis inquietatus scrupulis: vt ad celebran
dū nullo pacto auderet accedere. Dixit ei deuo- Attende
tus Bernardus hoc percipiens. Uade frater et in cōsiliū
fide mea celebra. Obediuit discipulus: ꝛ scrupu- dñi Ber
li oēs protinus discesserūt. Laudāda ꝛ imitāda nardi.
est tā deuoti patris industria: q̄ discipuli hūilis

obediētia. Hec de īpedimentis q̄ sunt tm̄ culpe.

¶ Lectio .ix. A

Impedimēta q̄

sunt pene tantū: sunt pene iuris siue canonis: que etiā impediūt ordinatā ꝯsecrationē. Est autē
De pena canonis ꝛ que sit. pena canonis: pena inflicta per canones: vel saltē ſm canones prohibēs vel arcens puniendū ab aliquo actu ecclesiastico: q̄ alias sibi liceret. Dicit̄ per canones: q2 aliq̄n hmōi pena incurrit̄ ipso facto: dū canō fuerit late sentētie: vt est canō. Si quis suadēte. xvij. q. iiij. per quē excōicatus est q̄ſq̄s manus violētas inijcit in clericū: etiā sine iudicis declaratiōe. Dicitur vel ſm canones: quia aliq̄n pena ipsa nō statim ipso facto incurritur: sed per iudices: ſm canonū dispositiōes infligit̄: vt quādo canon hec vel illa facientē mādat excōicari. Dicitur q̄ alias sibi liceret: quia nō est pena laico φ nō ꝯficiat: q2
De sex penis quarū amotio req̄ritur: vt sacerdos ordinate celebret. hoc alias sibi nō ꝯuenit: sed sacerdoti pena est. Neq3 hoi pena est si volare prohibet̄. Sunt aūt quātū hic sufficit: sex pene tales: scilicet depositio: degradatio: infamia: irregularitas: excōicatio: interdictū ꝛ suspēsio: quarū omniū amotio requiritur vt sacerdos ordinate celebret. Q2 ligatus aliqua dictarū sex penarū3 celebrādo facit cōtra prohibitionē ecclesie: ꝛ ita celebrādo mortaliter peccat: ꝑsertim si nō ignorat se aliqua dictarū3 penarū ligatū. Ignorat dico: ignorātia nō iuris: sed facti: nam ignorātia iuris nō excusat: q2 tenet̄ ille q̄ exponit se ad tātū actū: scire iura ſm que rite pōt exercere tantū actū. Ignorātia aūt facti excusat: vt si q̄s ignoret se a iudice excōicatū: ꝛ ita excōicatus celebraret: vt de cle. excōi. depo. vel interdic. mi. in pluribꝰ ca. cōtinet̄. dūmodo tn̄ ignorātia fuerit probabilis: nō crassa aut supina: vt ī ca. apostolice. de cleri. excōi. ꝛc. Qm̄ si per famā alicui cōstaret cōtra eū latā fuisse excōicationis sententiā: etiā si de lata in eū sententia dubitaret: debet potius abstinere: φ sacramēta dñica pertractare: q2 in dubijs via tutior est eligēda. Qḋ si ī tali dubio celebrat: penā quā canon his qui post excōicationē diuina celebrare sumpserint: infligit: incurrit: licet cū talibꝰ misericorditer dispēset̄: vt in ca. illud dñs. de clerico excōi. Nec solū sic celebrātes peccāt: sed etiā3 irregularitatē incurrūt: vt in titulo allegato in diuersis capi. patet. Inter illas tn̄ penas canonis: nō includit̄ excōicatio minor: in qua licet celebrās grauiter peccet: tamē irregularitatē non incurrit: vt in codē titulo ca. si celebret vbi dicit̄ Si celebret minore excōicatiōe ligatus: l3 grauiter peccet: nullus tamē notā irregularitatis īcurrit. Et sequit̄. peccat autē cōferēdo ecclesiastica sacramēta sed ab eo collata virtutis non carent effectu. ¶ B Pro aliquali ꝛ generali harū pe-
Scotus. narū noticia: notādū ſm Scotū dist. xxv. li. iiij. q. j. φ depositio est maxima penarū supra nominatarū: q2 ē totalis amotio a statu clericali: et si degradatio fit amotio ab oī gradu clericali: tūc idē est depositio ꝛ degradatio. Si autē degradatio fit depositio tantū a determinato gradu: reseruato gradu aliquo clericali: vt a gradibꝰ maioribꝰ: reseruatis ordinū minorū gradibus: tūc degradatio est quedā pena partialis respectu depositionis. Remouetur aūt depositus a statu et gradu clericali: nō φ character ordinis sibi tollatur: nec per cōseq̄ns ordines suscepti: sed tollitur fauor exeq̄ndi actū cuiuscūq3 ordinis. ꝛ ēt priuilegiū clericale qḋ cōpetit ordinatis. Unde et talis traditur curie seculari. Ita φ quātū3 ad ecclesiasticos actus licite exercēdos: quantū ad tutelā personarū ecclesiasticarū: ꝛ quātū ad forū: degradatus totaliter excludit̄ a numero personarū ecclesiasticarū3. Ista pena nūq̄ꝫ a iure sed precise infligēda est a iudice: ſm formā q̄ habet̄ de penis degradatiōis. lib. vj. Nec nisi propter enormia crimina: qualia sunt heresis: scisma: renunciatio ꝯfessiōis: vt habet̄ in diuersis capitulis et canonibꝰ. Nec tollit̄ seu remittit̄ hec pena: nisi per restitutionē in integrū a solo papa: q̄uis legitime depositus non legat̄ postea restitutus.
¶ C Secunda pena est infamia: que est status lese dignitatis quantū ad vitā ꝛ mores: sicut fama est status illese dignitatis quantū ad vitā3 ꝛ mores. ¶ Et est differētia inter infamē ꝛ īfamatū. Nā infamatus est is qui de crimine aliq̄ propter qḋ ius determinat aliquē3 infamē fore: ab aliquo accusat̄. Sed infamis est nō propter impositionē hmōi criminis: sed q̄ crimē tale publice cōmisit: vel a iudice corā quo ꝓbat̄ crimē eiꝰ: iudicat̄ infamis. Et ita oīs infamis est publice notatus de crimie qḋ ius punit pena infamie. Sed q̄nq3 nō est de hoc ī iudicio cōuictꝰ et tūc est infamis tantū a iure ꝛ nō a iudice. Quādoq3 cōuictus: ꝛ tali pena a iudice dānatus: ꝛ tunc est vtroq3 modo infamis: ꝛ a iure ꝛ a iudice. Cōtrahit̄ aūt hec pena infamatiōis ex impositiōe criminis infamatorij: sed pena infamie contrahit̄ (vt dictu3 est) a iure vel a iudice tali pena puniēte. Crimina vero propter que hec pena infligit̄: tanguntur. ij. q. vij. infamis. et. vj. q. j. infames esse. ꝛ. c. oēs. vbi dr̄: φ oēs infames dicimꝰ quos leges seculi infames appellāt. Hec pena quoad infamationē3 tollitur purgatione canonica: vt in ca. ex tuarū. de purga. cano. Quoad infamia3 tollitur restitutiōe ī integrū ab eo qui sic potest restituere: vt de testi. ꝛ atteita. testimoniū. in gl. super verbo emēdatꝰ. Ista pena simpliciter grauior est φ depositio quantū ad vita3 ciuilē: nisi depositio includat illā: q2 ista ꝓhibet ab oī actu legitimo etiā post actu3 penitentiā: q2 talis persona vilis est et infamibus porte dignitatis patere nō debēt. de regulis iuris. infamibꝰ. li. vj.
¶ D Tertia pena est irregularitas: ꝛ hec est inhabilitas ad susceptionē ordinū ꝛ executionem actuū eorundē. Ista frequēter incurritur a iure quāuis posset aliq̄n infligi a iudice ſm iura. Incurrit̄ aūt a iure ex quibusdā criminibꝰ: ꝛ ex quibusdā non criminibus: ꝛ ex quibusdā que q̄nq3 possunt esse crimina: q̄nq3 non crimina. Ex criminibus quatuor pertinentibꝰ ad ordines vel actus eorum que sunt simonia: furtum in ordine: ministeriū in ordine nō suscepto: cōtumacia in nō seruādo penas ecclesiasticas. Sequit̄ etiā irregularitas tria nō crimina: sc3 seruitutē: illegitimitatē: turpē aut enormē mutilationē: vl̄ īfirmitatē. Sequit̄ etia3 irregularitas duo: q̄ q̄nq3 cē pn̄t cū culpa: q̄nq3 sine culpa: hec sunt: homicidiū: bigamia. Hec oīa cū sequētibꝰ latiorē exigūt tractatū: q̄ ꝑncipalīꝰ ptinet ad dñōs canonistas. ¶ E Quarta pena ē excōicatio maior. Hec eñ simplr̄ est excōicatio: q̄ est exclusio alicuiꝰ a cōione fideliū: nō q̄dē exclusio corꝑalis q̄ fit per incarcerationē: aut realē exclusionē ab alijs: sed per prohibitionē: ne cōicet cū alio. vl̄ aliꝰ cū eo.

Infamis ꝛ infamatus differunt.

Pena infamatiōis qualiter ꝯtrahit.

De irregularitate.

De excōicatione maiore.

Excõicatio vero minor nõ est nisi excõicatio sm
quid:q: sm quid excludit a cõione fideliũ:q: in
sacramentis tñ. Hec incurritur qñqz a iure:qñ
qz a iudice. A iure quidẽ in casib' pene innume
rabilib' qui olim fuere pauci. Nec tñ a iure:nec
a iudice infligi debet nisi pro mortali. Nec que
cũqz:sed graui:qð etiã cõcomitat cõtumacia:q:
ꝙdiu aliquis paratus est satisfacere pro culpa:
ꝛ audit ecclesiã: quare babẽdus esset sicut ethni
cus ꝛ publican':cũ sm christũ:pena ista infligat
quasi vltima illi q̃ nõ vult audire ecclesiã:q̃ est fi
naliter cõtumax. Hec relaxat per illũ qui excõi
cauit:si est excõicatio a iudice vel ei' superiore.
Scðo vero a iure:p absolutionẽ eius q̃ cõdidit
ius: vel cui absolutio est reseruata aut cõmissa
vel cõcessa. Ista pena cõparata ad precedẽtẽ:est
simplr grauior:q: excludit ab oĩ cõmunione fi
deliũ alias licita. Irregularitas ꝟo tãtũ ab his
q̃ ptinẽt ad ordines. Sed ista reputat leuior:q:
facilius remittit. Sed hoc est appositũ:nã ideo
facili' remittit: q: grauissima est:ꝛ a plurib' ex
cludit. Ille etiã due pene: irregularitas ꝛ excõi
catio possunt esse publice vel priuate. Et quoad
hoc ꝙ possunt esse priuate sunt min' graues :ꝙ
alterutra duarũ primarũ q̃ semp sunt publice.
De interdicto. ¶ F Quinta pena est interdictũ que est arcta
tio a quibusdã actib' ecclesiasticis exercẽdis:vl
ab assistẽdo quibusdã talibus. Et illa pena licet
aliqñ possit infligi loco ꝛ nõ psone: qñqz psone
et nõ loco:qñqz vtriqz:ꝛ sicut infligit ita seruan
da est:tñ vt est distincta pena a ceteris:frequẽti'
infligit loco ꝛ nõ psonis.i.nõ nisi vt i loco:vt scz
in tali loco nõ liceat celebrare solẽniter diuina:
nec alios interesse. Illa pena interdicti seu phibi
tionis cõtrahit qñqz a iure:vt exẽpli gratia. De
receptãtib' extraneos vsurarios: quoꝝ terre:ꝙ
diu in eis fuerint: ecclesiastico sunt supposite in
terdicto:vt i ca. vsurarũ vorag:inẽ. de vsuris lib.
vj. Infligit vero a iudice ppter causas innume
ras: cõmunius tñ propter inobedientiã populi
terre:relaxat per illũ q̃ posuit interdictũ. Qñqz
et a iure:vt in ca. alma mater de sũia excõi.li.vj.
¶ Sexta pena est suspẽsio:ꝛ est phibitio alicu'
De suspensione. ab aliquo alias sibi cõuenientẽ:ꝛ hoc ad tẽp'. In
hoc distinguit ista pena specialiter cõtra alias.
Multiplex ẽ suspẽsio. Hec est multiplex. Quedã est suspẽsio ab officio:
ꝛ quedã a bñficio: quedã ab ingressu ecclesie. Et
incurritur aliquãdo a iudice:aliquando a iure.
Tollitur autem ab eo qui eam tulit vel eius su
periore. Istam materiã latius tractat Scotus
dist. xix. q. j lib. iiij. Hec breuiter tacta sufficiãt.

¶ Lectio. x. A

Tertiũ ordinate

cõsecrationis impedimẽtũ remo
uendũ nec est culpa nec pena. Et
hoc est duplex : scz solutio ieiunii
nature:ꝛ corporalis immũdicia i
certo casu. ¶ Circa primũ est notãdũ sm docto
Duplex ẽ ieiuniũ. rẽ Sco. q. iij. dist. viij. li. iiij. ꝙ duplex est ieiuniũ
scz nature:ꝛ ecclesie. Ieiuniũ nature est carentia
cibi suscepti in stomachũ:vl in via ad stomachũ
a principio diei a quo q̃s dicit ieiunus. Cibi di
co sm Durandũ: hoc est cuiuscũqz rei q̃ nutrire
põt siue in se:siue alteri pmixta. Ieiuniũ ecclesie
ẽ quo aliq̃s vnã comestionẽ vni' diei nõ trãsgre
dit per extraordiariã refectionẽ sm morẽ eccle
sie. Unde ea q̃ sumunt ppter alios cibos deducẽ
dos:puta potũ post prãdiũ: vel digerẽdos:sicut
species medicinales aut electuaria. ieiunia eccle
sie non soluũt. Ita nec medicina qualibet hora
diei sumpta. Per hoc ad propositũ dicitur: ꝙ tã
ad celebrandũ:ꝙ ad manducandũ ordinate ꝛ li
cite:nõ sufficit ieiuniũ ecclesie:sed regulariter re
quirit ieiuniũ nature. Hoc patet per btm Aug.
ad inq̃sitionẽ ianuarij. ꝛ habet in canone de cõ
secra. dist. ij. liq̃do. Placuit spũisancto vt ad ho
norẽ tãti sacramẽti:prius in os christiani domi
nicũ corpus itraret: ꝙ alij cibi. Et ratio huius
principalis est diuina institutio quã christ' di
scipulis suis dedit:vel p ipsos pmulgauit:vl sal
tẽ instituẽdũ relinq̃t. Ad qð sonat canõ allegat'
dicẽs. Nãqz saluator:quo vehemẽti' cõmẽdaret
mysterij hui' altitudinẽ: vltimũ hoc voluit infi
gere cordib' ꝛ memorie discipuloꝝ:a quib' erat
ad passionẽ digressurus. Et sequit ad ppositũ.
Et ideo nõ precepit quo deinceps ordine sume
ret:vt apostolis p quos ecclias dispositur' erat:
hũc locũ:scz institutiõis seruaret. Et p hoc tolli
tur obiectio de christo: q̃ post agnũ typicũ cũ di
scipulis comestũ:eucharistiã sumpsit ꝛ dedit:p
pter causas scz statim supra expressas. Et vt figu
rã veritas sequeret. Ibi quoqz noua inchoaret:
vbi vetera terminabat. De quo. ẽ. vnde seq̃tur in
autori. Aug. Si enĩ christus maluisset vt post ci
bos alios semp reciperet:credo ꝙ eũ morẽ ne
mo mutasset. Cũ vero ait aplꝰs de hoc sacramen
to loquens. Propter qð fratres cũ conuenitis ad
manducãdũ:inuicẽ expectate: si quis esurit: do
mi manducet:vt nõ ad iudiciũ cõueniatis. Sta
tim subtexuit q̃ ad sacramẽti eiusdẽ ordinẽ per
tinẽt: scz quo modo ieiuni ꝛc. Cetera cũ venero
disponã. Ubi datur itelligi:q: multũ erat vt epi
stola illis totũ agẽdi ordinẽ insinuaret: qð vni
uersa p orbẽ seruat ecclesia ab ipso ordiatũ eẽ qð
nulla regionũ diuersitate variat. Hec ibi. Pro
bat etiã idẽ per ca. ex parte. de celebratiõe missa.
vbi dicit ꝙ sacerdos nõ debet vinũ perfusiõis.i.
ablutiõis accipere:cũ voluerit:eodẽ die missam
aliã celebrare. Itẽ. vij. q. j. ca. nihil. Nullus post
cibũ ꝛ potũ quẽlibet etiã minimũ:missas dicere
presumat. Si ergo ablutio q̃ tamẽ ad cautelã ac
cipit:ꝛ modica est:impedit: quãto magis oẽ qð
in os sumit:ꝛ in ventrẽ trãsit impedit. Et hdẽ
rõnabilis est hec institutio ppter tãti sacramẽ
ti reuerẽtiã : q̃ minor est regulariter in prãso ꝙ
ieiuno. Et vt prius queratur cibus spũalis ꝙ cor
poralis. ¶ G Sed dice. Dictũ est ꝙ ieiuniũ na
ture est abstinẽtia a cibo a principio diei. tñ su
mit principiũ diei. Ad hoc dicit : ꝙ pncipiũ diei Unde sumit principiũ diei
sm diuersos diuersimode sumat. Nã q̃dã a me
ridie:quidã ab occasu:quidã ab ortu solis diẽ in
cipiũt. In proposito tñ sm beatũ Tho. dist. xvi.
iiij. ecclesia incipit diẽ a media nocte. Et ideo si
quis post mediã noctẽ aliquid sumpserit p mo
dũ cibi aut potus: non debet illa die celebrare:
nec cõionẽ sacramẽti participare. Nec refert di
cit beatus Tho. in. iij. par. summe: ꝛ post eũ Du
rãdus: vtrũ post cibũ ꝛ potũ dormierit:aut etiã
cibus digestus sit quãtũ ad rationẽ precepti. Et
hoc est cõtra glo. in. c. ex parte. de cele. missa. di
centẽ. Antequ ꝙ cibus digestus sit:corpus christi
sumi nõ debet. Et allegat ad hoc cano. tribus.
de cõse. dist. ij. Sed ille canõ nihil ad propositũ:
q: loquit de ieiunio seruãdo post sumptionẽ sa
cramẽti:nõ ante. Unde dicit. Qui mane sumpsit
sacramentũ ieiunet vsqz ad sextã:qui tertia vel

quartā:vsqȝ ad vesperā. Sed ⁊ hoc ipsum abrogatū est per ecclie generalē cōsuetudinē: qḋ approbat Hostiē. qui nec credit dormitionē esse necessariā. Et q̄ꝙ nō refert quantū ad rationē precepti:vtrū dormierit:aut cibū digesserit:refert tñ quantū ad perturbationē mētis:quā patiunt̄ hoīes ꝓpter defectū somni. Et quo si quis multū perturbat̄:debet a cōmunionē sacramēti abstinere. Sȝ q̄d de reliquiis ciborū manentibus i ore sic traiciant̄ casualr. Rñsio. Nō impediūt a celebratiōe:tū q: traiciunt̄ ꝑ modū saliue:tū q: nō sumunt̄ tanq̄ de nouo:illo die. Idē dr̄ de reliquiis aque:qua os abluit̄ dūmodo nō traiciāt̄ in tāta quātitate: vt maneāt in ꝓpria spē aque:sȝ q̄si cōuerse sint in saliuā. Dicit etiaȝ

Richardus de mediavilla.

hic Rich. de media villa dist. viii. q. iiii. q. iii. principali arti. iii. Nec est acquiescendū dicētib⁹: ꝙ illi q̄ post dictū matutinū in sero bibit:nō est licitū celebrare sequēti die nisi prius iterū dicto matutino. Hoc eñi nō inuenit̄ statutū. Et hec Richar. Verū licet nō sit necessariū talē abstinere:videt̄ tñ ꝙ sit valde congruū: cū matutinale officiū ad diē istā pertinet:a cui⁹ principio celebrās tenet̄ esse ieiunus ieiunio nature. ¶ C Dictū est autē regulariter:q: in casu pōt sumi ⁊ cōsecrari a nō ieiuno ieiunio nature. Unus casus est q̄si gñalis quātū ad sumētes:scȝ corporis infirmitas grauis. Vñ q̄ñ timet̄ periculū mortis iminētis:periculū esset negare infirmo lȝ prāso poscēti sacramētū cū sit viaticū. Et iō dādū est ei q̄ ꝓficiscat̄ ex hoc mūdo:vt ꝑ ipm ꝑueniat ad terminū. Cōcordat Rich. dist. viii. iii. Ali⁹ est casus spālis quoad ꝯsecrātē:quo etiā nō ieiun⁹ pōt ꝯsecrare ⁊ sumere:⁊ est casus iste: Minister ꝑparat calicē sacerdoti:⁊ ꝑ errorē ꝓ vino ponit aquā:sacerdos supponēs ministrū bene fecisse: ꝓcedit ad cōsecrationē ⁊ calicis sumptionē: in cui⁹ sumptiōe aduertit esse aquā ipsa in ventrē traiecta. In q̄ casu tenet̄ sacerdos sanguinē de nouo cōsecrare:⁊ cōsecratum sumere:q̄uis per aque sumptionē soluerit ieiuniū nature. Qḋ ꝓbat̄:q: q̄ñ sunt duo p̄cepta ordinata:p̄ceptū superioris magis ligat. Est aūt vnū p̄ceptū xp̄i ⁊ ecclie sumptū ex rōne sacramēti:ꝙ ipm q̄ñ cōficit̄ īegrū perficiat̄:qm̄ sacrificiū i se est quoddā integrū ex duob⁹. De qua integritate seruanda habet̄ scriptū ecclie mādatū de cōsecra. distinc. ii. cōperimus. vbi dr̄. Aut sacramēta integra percipiāt:aut ab integris arceant̄. ⁊ loquit̄ ibi canon de sacerdotib⁹ cōficiētib⁹ ⁊ nō sumentib⁹. Et subdit̄ rō: q: diuisio vni⁹ eiusdēqȝ mysterii sine grādi sacrilegio nō pōt ꝓuenire. Ergo nō obstāte quocūqȝ alio p̄cepto ecclie:maxime qḋ nō respicit ꝓpriā ⁊ essentialē rōnē sacramēti:tenet̄ celebrās ad illam integritatē seruandū: ergo qui iā percipit aquā:tenet̄ simpliciter ad cōplendū illud qḋ p̄termisit:scȝ ad consecrationē sanguinis. Et cōfirmat̄ per canonē. Nihil. vii. q. i. vbi sic habet̄. Null⁹ minister atqȝ sacerdos absqȝ prouēctu parētis molestie: cū ceperit imperfecta officia presumat oīno relinquere. Et si q̄s hoc temerarie p̄sumpserit:excōicatiōis sentētiam sust inebit. Relinqueret autē imperfectū eucharistie sacramētū:qui corpus xp̄i consecraret sine sanguine:saltē quantū ad significationē passionis christi: q̄ perfectius significat̄ per vtrasqȝ species panis ⁊ vini: q̄ per alterā tm̄.

Augustinus.

Unde dicit btūs Aug. in lib. sentētiarum ꝓsperi:⁊ habet̄ de conse. dist. ii. dū frāgit̄ hostia: vult neratio xp̄i intelligit̄. Dum sub speciebus vini sanguis ei⁹ sumit̄:eiusdē sanguinis effusio de latere xp̄i designat̄. Et tūc vltra. Si tenet̄ cōsecrare:tenet̄ ⁊ sumere:per ca. relatū. de cōse. dist. ii.

ā allegatū:vbi dr̄: ꝙ q̄ sacrificātes nō edūt: rei sunt dñici sacramēti. Et sequit̄. Qui talis est: a cōione vno anno nouerit se repulsuȝ. Tenet̄ ergo nō ieiunus eucharistiā sumere. ¶ D Sȝ diceres:ergo i casu sacerdos erit ꝑplexus:q: tenetur sumere ⁊ sumēdo in casu sumit nō ieiunus: ⁊ per cōsequēs ꝯtra preceptū in. c. Liquido. Et ita peccat trāsgrediēdo p̄ceptū ecclie. Ad hoc respōdet̄ ꝙ ecclesia nō ita stricte ꝓhibet non ieiunū percipere:sicut ꝓhibet diuisionē sacramēti: q̄ videt̄ esse ꝓhibita a xp̄o:⁊ a prima ei⁹ institutione. Nec etiā ita stricte ꝓhibet nō ieiunū percipere:sicut p̄cipit cōsecrāti sacerdoti consecratū sanguinē sumere. Ex vna eñi parte habet sacerdos preceptū xp̄i:vt scȝ sanguinē consecret post corporis ꝯsecrationē:habet districtū ecclesie p̄ceptū de percipiēdo cōsecratum. Ex alia autē parte nō habet nisi leue preceptuȝ ecclesie cōparatiue:scȝ de ieiunio. Ibi eñi non ponit̄ ꝙ suscipiēs non ieiunus sit reus dñici sacramēti: neqȝ ꝙ cōmittat sacrilegiū. Nec repellit̄ a cōione per annū sicut in priori p̄cepto. Nō est ergo ille perplexus: q: seruare dȝ p̄ceptū xp̄i ecclie quod est strictius:⁊ omittere preceptum ecclesie qḋ est minus strictū. Nec eccl'a voluit illū ligari in hoc casu ꝑ scḋm p̄ceptū: sed magis voluit eū nō seruare ⁊ ligare ad oppositum. Et ptȝ ex alio ꝙ ieiuniū nō est ita necessaria cōditio ut suscipiēte:q: in die parasceues particula posita in calicē percipit̄ cū vino nō cōsecrato. Et verisile est ꝙ vinū citius descēdat in ventrē q̄ illa particula:ergo ex cōsuetudine ecclie:sacerdos ꝑcipit eucharistiā nō ieiunus. ¶ Itē in primo casu generāli lȝ sumere eucharistiā nō ieiuno:scȝ infirmitatis. Sȝ in nullo casu licet celebrāti diuidere sacramētū:aut cōsecratū nō sumere: nisi i casu impossibilitatis. puta si sacerdos deficeret de quo. i. Vñ ptȝ nō esse ita strictū p̄ceptū de ieiunio:sicut de nō diuidēdo ⁊ sumēdo. Hic ergo hȝ locū regula cācet̄. Gers. in suis moralibus regulis. Si incidāt duo p̄cepta incōpossibilia ex culpa sua:agat illḋ qḋ de se est magis obligatoriū ⁊ a nouo pctō immunis existit. ¶ E Si querit̄.

Obiectio. Rñsio.

Questio.

de gente in gentē: vt in. c. allegato. venerabilē.
Et imꝑatorē deponere pōt. xv. q. vj. alius. Iteʒ
iuncta glo. Et ipsuʒ pōt excōicare. xcvj. dist. duo
sunt. Ex quibus oībus p3 excellētia dignitatis
sacerdotij sup p̄tātē secularē. ¶ R Excedit ter
tio seipsam vtilitate: q2 p̄tās sacerdotalis per se
respicit bona sp̄ualia: ⁊ ipsaʒ aīaʒ. Secularis ꝟo
bona tēporalia: ⁊ corp⁹: ⁊ ista dirigit in finē na-
turalē; paceʒ ciuilē ⁊ pollitică: quietā sc3 ⁊ paci-
ficā cohabitationē; in signū cuius reges ⁊ prin-
cipes ad genua sacerdotū prouoluti: exosculata
eorū dextra orātiōibus eorū se cōmittūt et cre-
dunt cōmuniri: vnde ⁊ ipsi sacerdotes pro eisdē
in diuino sunt reddituri examine rationē. dist.
xcvj. duo sunt. Hinc q2 sacerdotiū preest sp̄uali-
bus. maius lumē dictū est. Sicut ergo aīa plus
est q̄ esca: ⁊ corpus plus q̄ vestimētum: ita p̄tās
sp̄ualis plus est q̄ secularis: ⁊ ideo recto ordine
post orationē pro papa orat sacerdos pro rege:
hoc est pro ɔstituto in sūma dignitate laicali.
Neqꝫ refert in ꝓposito vtrū imꝑator sit an nō:
q2 semꝑ dignissim⁹ est statu in ordie laicoꝝ inter j. ad Ti
p̄ncipes ⁊ secl̄ariū p̄tātes. ¶ Uerū hāc clausulā moth. ij.
nōnulli referūt ad regē hūc: in cui⁹ regno sacer Baruch.
dos celebrat: vel et p̄ncipeʒ secularē sūmū ter-
re in qua celebrat. sicut illud qđ sequit̄: p antisti ✻ Hoc
ste nr̄o: refert̄ ad epm illi⁹ diocesis i qua missaʒ nō dz di
dicit sacerdos. Ad orandū aūt p principe horta cere ipse
tur apls dicēs. j. ad Timo. ij. Obsecro p̄mū oīm antistes i
fieri obsecrationes: orōnes: postulationes: grā sua dioce
rū actiones p oīb⁹ hoīb⁹: p regib⁹ ⁊ oīb⁹ qui in si exist
sublimitate cōstituti sunt: vt quietā vitā ⁊ tran- ens in ec
quillā agam⁹ cū oī pietate ⁊ castitate. A p̄ncipe clesia ro
siquidem fluit in nos rectitudo iusticie ⁊ pacis: mana su
quoad regimē ⁊ gubernationē bonoꝝ exterioꝝ: ue dioce
et defensionē a puersis ⁊ p̄tinacib⁹: quos ferire si nō p̄o
hꝫ gladio sibi cōmisso. Un̄ ⁊ ꝓpheta Baruch le- alio o: sz
git ad orandū p rege quosdā exhortatus fuisse: q̄ p dn̄o
dicēs. Orate p vita nabuchodono: regis baby- papa: q̄
lonis: ⁊ p vita balthasar filij ei⁹ vt sint dies eoꝝ: cū h̄ q̄d
sicut dies celi sup terrā. ¶ S Sequit̄ in textu. vn̄s epi
Pro antistite nostro. N. Antistes dicit̄ quasi an- et ad p
te alios stās. ✻ Et dr̄ antistes ſm ianuēsem qui ticulare
liber sacerdos: qm̄ cuiuslibet talis est stare ante epus re
pplm p orōnem ad deū: ⁊ oblationē sacrificij: p manet in
pctō et salute ppl̄i impetrāda. Un̄ ⁊ de sacerdoti occlis.
bus veteri testa. scribit̄: q̄ plorabant inter vesti- Antistes
bulum ⁊ altare: dicentes. Parce dn̄e parce pplo vn̄ dicat.
tuo. Johel. ij. Accipitur aūt nūc antistes cōiter: Johel. ij.
cuius maxime est salutē ppl̄i pcurare p orōnes

predicationes et vite imitabilis rectitudinem.
Unde et xps gregē suū spāliter epis cōmēdauit:
vt in actib' paulus ait. Attēdite vobis et vniuer
so gregi: in quo vos spūssanctus posuit epos re
gere ecclesiā dei. Hinc apl's scribit. j. ad Timo.
iij. Oportet epm irreprehēsibilē esse vni' vxoris
virū: sobriū: ornatū: prudentē: pudicū: hospita-
Ambro. les doctorem etc. Amb. q̄ in suo pastorali. Ma-
gna sublimitas magnā habere debet cautelam.
Grandis honor grandi debet solicitudine circū
uallari. Cui plus credit: plus ab eo exigit. Ita et
aaron summ' sacerdos instātet pro pplo inter-
pellabat. Unde legit Nume. xvj. Cū ignis egressus
a dño multa hoim milia consumpsisset: moyses
mādauit aaron: vt cito pgens ad pplm rogaret
pro eis: vñ aaron stans inter viuos et mortuos:
p pplo deprecatus est: et cessauit plaga. ¶ T De
bēt aūt orare sacerdotes pro antistite suo. i. suo
pontifice: sm Inno. illi qui nō sunt in romana
diocesi: quatenus vnitatē spūs invinculo pacis
Albert'. obseruent: q̄ sm Alb. p ipm a papa primo ca-
pite et supremo dona gratiarū in nos descēdūt
sicut vnguētū primo descēdit a capite in barbā
que capiti adheret: a barba stillat in superiora:
a superiorib' in media: et fluit vsq3 ad orā et fim
briā vestimēti. Illi aūt q̄ sunt de romana dioce
si: nō orāt p alio antistite: q̄ p sūmo pōtifice: q2
ille cū hoc q est epus vniuersalis: est etiā ipsorū
epus particularis. Nō enī aliū habet epm roma
na diocesis: q̄ summū et vlem: ppter qd nōnul-
li dicūt q romana ecclia sup alias ecclias tenet
principatū: q2 scz epus romanus est epus vniuer-
salis et caput: sm superi' dicta rōn' ecclie mili-
tātis. Quapropter et ipa caput est et magra alia-
rū ecclesiarū: eo loquēdi mō quo metropolitana
ecclia dr caput oim eccliarū suffraganearū: q2
scz ei' epus est caput et supior: q2 archiepus earū.
In cuius signum aiunt q ecclesia antiochena:
in qua petrus (vt historie referunt) septem an-
nos sedit: sz priusq̄ romā adijt: primatū tenuit
sup alias ecclias. Postq̄ vo petr' sedē suā romā
trāstulit: romana ecclia facta est prima et caput
aliarū. De quo habet. xxiiij. q. j. rogam'. De hac
materia diffuse tractat venerabilis lector Gui
lhel. ockā in suo dialo. par. j. li. v. p multa capi
tula: tāgēs diuersas opiniones cū motiuis suis
Dz aūt sacerdos offerēs p ecclia scā catholica
vna cū papa nro et ātistite exprimere epi nomē si
cut supra dictū est de papa: vt attētior: certior et
precllarior sit applicatio hui' sacrificij ad psonas
illas: q̄ in sublimitate sunt cōstitute: q̄ curā no-
stri gerunt et solicitudinem: ac pro nobis reddi-
ture sunt rationem. Sequitur.

¶ Lectio. xxiiij. A

ET oibus ortho
doxis. ¶ Postq̄ vtrāq3 potestatē
ecclesiasticā scz et secularē oratio-
ne sua dñs cōmendauit: orat sa-
cerdos pro cunctis fidelibus or-
thodoxis: qui sub vtraq3 potestate fidē catholi-
cam tenent: venerant et colūt. Dicunt autem or
thodoxi. i. recte gloriosi: vnde orthodoxus ab
orthos grece: qd est rectū latine: et doxa gloria
quasi vir recte glorie. Uel sm papiā. Doxos. i.
Orthodox' vñ dicatur. doctrina vel regula: vnde orthodoxus quasi re
ctam regulā seu doctrinā credendo et viuendo
tenens. Orat ergo pro omnibus orthodoxis. i.
omnib' fidelib' xpianis: et recte xpi fidē ac do-
ctrinā tenētib'. Hi enī enī recte poterūt gloriari
quib' cōsciētie testimoniū cōsonat de fide nō fi
cta. Nam paulo attestante. ij. Cor. j. Gloria nra Paulus.
hec est: testimoniū cōscientie nostre q in simpli
citate cordis et sinceritate dei: nō in sapiētia car
nali: sed in gra dei cōuersati sum'. Excluduntur
ergo a fructu hui' sacrificij infideles: heretici et
scismatici: p his nō orat sacerdos dicēs. Et om
nibus orthodoxis. Tales namq3 q2 recta fide et
vnione carēt: neq3 xpo capiti: neq3 ceteris eccle
sie cōnectunt mēbris. Siquidē fides vinculū est
vniens mēbra capiti: sicut patuit in descriptio-
ne eccl'ie suprapposita. Ecclia est corpus mysticū
fide xpi animatū. Sunt enī nō viuētes mystice
et spūaliter quicūq3 fide carēt. Om̄ iustus ex fide
viuit. Abachuc. ij. et Rom. j. et per cōsequēs nutri
menti spūalis influxus: scz vite sensus et motus
ad vitaliter operandū a capite xpo nullatenus
sunt capaces. Sūt enī a corpore xpi rupto viuo
nis vinculo precisi: et ideo sicut ramus precisus
a radice: ita a corpore xpi qd est ecclia dimēbra
ti nutriri et refici nō possunt operatiōe hui' viui
fici sacramēti: siquidē vitā nutriēdi nutritio pre
supponit. Recte igit olb' orthodoxis orationē
sacerdos applicat: q2 eius sacrificij memoriam
agit: qd xps summ' sacerdos pro olb' eccl'ie sue
mēbris: sub diuo orbis medio cōsummauit: sm
illud pphe. ps. lxxiij. Operatus est salutē in me Ad eph. j
dio terre. et ad Eph. j. Instaurare oia p sanguinē
eius: scz xpi: q̄ in celis et q̄ in terra. Debitū itaq3
est vt sacerdos xpi typū gerens offerat sacrificiū
p olb' orthodoxis: pro quib' idipm obtulit xps
in ara crucis: nullisq3 excludat orthodoxorū re
nat minister liberalis dñi: qui sacrificij fructus Ps.
voluit esse copiosum sm illud ps. Copiosa apud
eū redēptio. Neq3 cōgruit vt ibi dispensator sit
parcus: vbi liberalissim' est dñs: ideo p ortho-
doxis olb' sine exclusione orat: vt in suo ministe
rio fidelis inueniat. ¶ B Atq3 catholice et apo
stolice fidei cultorib'. Tales enī sunt recte glo-
si: qui deū recte fidei cōfessiōe glorificant: et sm
catholice et apostolice fidei regulā vere colūt: ad
quos apl's ad Gal. scribēs ait ca. vlti. Et quicū-
q3 hāc regulā: scz fidei iesu xpi: secuti fuerit: pax
Obiectio sup illos et misericordia. ¶ Sed dice. Superflue
videt additū: catholice et apostolice fidei cultori
bus: q2 sufficiēter includit in verbo omib' ortho
Rūsio ad obiectionem. doxis. Respōdet q nō supfluit: q2 fidei cultus p
hoc additū expressius declarat: in eo q cōditio-
nes fidei quo vere deus colit manifestius expri
munt. Est enī fides ista catholica: est et apostoli-
ca. Catholica: q2 ei' principia nō particulariter
sed vniuersaliter toti mūdo sunt tradita: non si
cut lex vetus: q̄ dūtaxat vni pplo israelitico: se-
mini scz abrae: data ceteros nō obligabat: nam
abrae dicte sunt pmissiōes salutis et semini ei'.
Ad Gal. iij. Ideo pcipue a semine abrae de quo
nasciturus erat xps: deus fuerat colendus. Qui
postq̄ per carnis assumptionē venit: legē tulit
vniuersalē vniuerso mūdo necessariā. Cui' pro
mulgationē iniūxit aplis dicēs. Eūtes in mun
dū vniuersū: pdicate euāgeliū oi creature. Qui
crediderit et baptizat' fuerit: salu' erit. Mar. vl
ti. Qd astruit necessitatez baptismi generaliter
quoad oēs tribus: nationes et gentes. Per hui'
nāq3 susceptionē ascribit suscipiēs familie chri
sti cui soli patet introitus regni celestis. dicēte
saluatore Joh. iij. Nemo ascendit in celum nisi Joh. iij.

qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Christus.s.tot⁹ cuȝ corpe suo ⁊ mēbris. Hinc dñs ad nicodemū. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spūscto nō pōt introire i regnū dei. Ibi de. Est ergo fides catholica.i.vniuersalis: q̄ nullū respuit se suscipere volētē. Solaqȝ est q̄ suos pfessores ad regnū: ⁊ eternā btitudinē pducit ⁊ perducit. ¶ ¶ Est etiā fides aplica: hoc est per aplos toti mūdo pcorditer pmulgata. Vel aplica.i. in aplis tāq̄ firmis radicib⁹ fundata. Apli nāqȝ accepta pmulgāde fidei cōmissiōe: anteq̄ in oēm terrā se segregarēt ad predicādū fideȝ in fines orbis terre: puenerūt in hierlm: ⁊ fidei articulos quos predicaturi erāt: simul ptulerunt: fideiqȝ symbolū ediderūt vt vniformis esset coꝝ doctrina: nec inter eos forent scismata: p quos tot⁹ fideliū cet⁹ l vnitatē fidei fuerat colligēdus

j.Coꝝ.j. vn̄ apls.j.Coꝝ.j. Obsecro vos fratres p nomē dñi nr̄i iesu xp̄i vt idip̄m dicatis oēs: ⁊ non sint i vobis scismata. Quib⁹ vt idē paulus apls pcorditer euangelizaret: ad apostolos ascendit: cōfe

Ad Gal. ij. rens cū eis doctrinaliter: vt dicit ad Gal.ij. Ascēdi hierosolymā cū barnaba: assumpto ⁊ tito ⁊ cōtuli cū illis euāgeliū qd̄ predico in gentib⁹. seorsum aūt his q̄ videbant̄ aliq̄d esse: ne forte in vacuum currerē aut cucurrissem. Est etiā fides in aplis: tanq̄ radicibus firmis firmata: naȝ apli fidē fundauerūt super primū fundamentū scilȝ

Ad Eph. ij. xp̄m. ad Eph.ij. Superedificati super fundamētum aploꝝ ⁊ pphetarū ipso summo lapide angulari iesu xp̄o. vn̄ ⁊ ipi apli fundamēta fidei et ecclesie dicunt̄. ps̄. lxxxvj. Fundamēta ei⁹ in mōtibus scis. De quo etiaȝ Pelagius papa. xxiiij. q.j. pudēda. Una est eccl'ia cui in cāticis canticorū dr̄. Una est colūba mea: quā nullā aliā esse cōstat nisi q̄ in aplica est radice fundata: a quibus ipsaȝ fidē vniuerso orbe ppagatā esse nemo pōt dubitare. Et subdit. Qd̄ vt vobis: lȝ notissimū uȝ

Augustinus. sit olno: btī Aug. testimonio cōprobem⁹: audite q̄d in quodā ope suo preclarissim⁹ doctor dicat eccl'ie: ait eñi. Si nullo mō recte pōt dici ecclesia in qua scisma est: restat vt qm̄ nulla eccl'ia esse nō pōt: ea sola sit: que l apostolice sedis per successiōes episcopoꝝ radice pstituta: nulla malicia hoīm valet extingui. Ex quib⁹ patet ecclesie fidē in apostolica radice fundatā esse: qd̄ Nicolaus papa in.c. fundamēta. de electione. lib. vj. clarius dicit. ait eñi. Fundamēta eccl'ie militātis in montib⁹ sanctis ppheta rememorās: p mōtes aplos ⁊ predicatores patenter insinuat: quib⁹ tota hui⁹ sacrificii fabrica innitit̄: qui vt firme bases eccl'ie sup xp̄o solidant̄. Sup fluū videt̄ allegare ad hoc plima: cū

Apo.xxj. Apo.xxj. clare scribit̄. Murus ciuitatis habēs fundamēta duodecim: ⁊ in ipsis duodecim nola duodecim aploꝝ ⁊ agni. Ciuitas illa aut est ecclesia militās (⁊ habet ppositū) aut triūphaus: ⁊ si illi⁹ ciuitatis celestio: apli sunt duodecim fundamēta: vbi nec p̄dicarūt: nec p xp̄o sanguinē fuderūt: quāto magis erūt fundamēta eccl'ie militātis: quā doctrinarū ibrib⁹ rigarūt ⁊ precioso martyrio pscrarūt. ¶ D Sȝ cū dicit apls. Fūdamētū aliud nēo

j.Coꝝ.iij. pōere pōt p̄ter id qd̄ positū est: qd̄ est xp̄s iesus: quō apli dici pñt fūdamēta? Sȝ ad h̄ facile dr̄: p distictionē fūdamēti. Est ei fūdamētū p̄mū ⁊ p̄n cipale: sine q̄ nulla fūdari pōt eccl'ia: ⁊ illd̄ ē xp̄s

Job.xv. ip̄o dicēte Jo.xv. Sine me nihil potestis facere.

Duplex ē fūdamē. sine me scȝ p̄mo ⁊ p̄ncipali fundamēto. Aliud est fūdamētū min⁹ p̄ncipale: siue secūdariū: sine q̄ posset q̄dē fūdari eccl'ia: lȝ de facto sine eo fūdata nō sit: ⁊ tale fūdamētū sūt apli: ⁊ iter eos p̄ncipalis petr⁹. vn̄ ⁊ petr⁹ singulariter fundamētū dr̄. Vn̄ Aug. in epl'a seu libro ptra epl'aȝ donati loquēs de petro dicit. Cū in illo tāq̄ in petro fundata sit eccl'ia. Et in sermone de cathedra petri. Petrū itaqȝ fūdamētū eccl'ie nolauit: haud dubiū quin xp̄s: dicēs. Tu es petrus: ⁊ super hāc petrā edificabo ecclesiā meā. Sequit̄. Ideo digne hoc fundamētuȝ eccl'ia colit: super qd̄ eccl'iastici edificii altitudo cōsurgit. Et post pauca. Dignū est vt fundamētū hoc in eccl'ia honoret̄: per qd̄ celum ascēditur. vbi Augusti. petrū fundamētuȝ nolat. ¶ De primo fundamēto loquitur apls. Fundamētuȝ aliud nemo ponere ⁊c.⁊.j.Coꝝ.x. Petra inq̄t erat xp̄s. Hec petra super quā fundāda erat eccl'ia: cū dñs dixerat. Tu es petrus ⁊ super hāc petrā edificabo eccl'iaȝ meā. que expo nēs bea. Augu. in de verbis dñi dicit. Dñs noster iesus xp̄s dixit petro. Tu es petr⁹ ⁊ sup hāc petrā edificabo ecclesiaȝ meā. super hāc petraȝ. quā cōfessus es: sup hanc petrā quā cognouisti: dicēs. Tu es xp̄s filius dei viui: edificabo ecclesiaȝ meā. Super me edificabo te: nō me sup te: nā volētes hoīes edificare super hoīes dicebāt. Ego sum pauli: ego sum apollo: ego vero cephe: ⁊ alij nolētes edificare super petrū: sed supra petrā dicebāt. Ego sum iesu xp̄i. Hec Augu. Hunc errorē circa eccl'ie fundamētū vidēs apls reprobat. j.Coꝝ.j. subiūgēs ad p̄missa v̄ba. Ego sum pauli: ego v̄o cephe: ego autē xp̄i. Diuisus ergo est xp̄s. Nūq̄d paul⁹ crucifix⁹ est p vobis? Aut in noīe pauli baptizati estis? q̄si diceret. Non. Igit̄ neqȝ petr⁹: neqȝ paul⁹: neqȝ aliq̄s ali⁹ citra xp̄ȝ est aliq̄d.i. eccl'ie fundamētū. Propter subsequēter l eadē epl'a.c.iij. dicit. Quid igit̄ apollo? q̄d paul⁹? Ministri ei⁹ sunt cui credidistis: ⁊ vnicuiqȝ sicut dñs dedit supple dȝ ministrare. Ego inq̄t plātaui scȝ p p̄dicationeȝ: apollo rigauit p baptizationē: sȝ de⁹ icremētū dedit p fidei ⁊ charitatis infusionē. Itaqȝ neqȝ q̄ plātat est aliq̄d: vt paul⁹: neqȝ q̄ rigat ē aliq̄d vt apollo: supra qd̄ scȝ fūdari posset eccl'ia: sȝ q̄ icremētū dat de⁹ ip̄e scȝ est eccl'ie p̄ncipale fūdamētū. Et subdit. Ut sapiēs architect⁹ fundamētū posui: scȝ xp̄m: de q̄ dixi q̄ nemo aliud pōt ponere. Et iterū. petra erat xp̄s. Unusq̄sqȝ aūt videat quō supedificet. Et intantū pēsauit apls hoc eccl'ie fundamētū: q̄ nihil ausus erat loqui: nisi qd̄ sup illd̄ funda-

Ad rom. xv. mentū fuisse fundatū. vn̄ apls ad Rom.xv. Nō eñi audeo aliq̄d loqui coꝝ q̄ p me nō efficit xp̄s. Et post pauca. Sic aūt predicaui euāgeliū hoc: nō vbi nominat⁹ est xp̄s: a pseudo scilȝ pphetis vel aplis: ne sup alienū fundamētū edificarem. Nō predicauit apostolus in locis: vbi prius annūciatus est xp̄s per pseudo aplos: ne super errore ab eis seminato: q̄ difficulter eradicat̄: quasi sup alieno fundamēto edificaret: ⁊ ideo preuenit eos: ⁊ his predicauit quib⁹ prius nihil annūciatū erat de xp̄o: vt in talib⁹ solidū poneret fidei fundamētū. ¶ E Ex quib⁹ p̄ȝ q̄ nō petr⁹ sed petra in euāgelio xp̄i designat̄: cū dixit xp̄s. Super hanc pe. edi. ec. meā. Et hic aperte dicit quedā glo. ibidē exponens. Sup hāc petram.i. super hūc xp̄m in quē credis: quē vnicū voluit esse de⁹ sue eccl'ie fundamentū: aploꝝ v̄o neminē. vnde addit. Tu es petr⁹ a me petra: vt mihi fundamēti retineā dignitatē. Ad idē Aug. super

Augusti. Jo. Eccl'ia in hoc sclo diuersis tētatiōib⁹ velut

imbribus fluminib⁹ ⁊ tēpestatib⁹ quatit: sed nō
cadit: q₂ fundata est supra firmā petrā: vñ petr⁹
nomē accepit. Nō eñ a petro petra: sed a petra
petrus: sic nec xp̄s a xp̄iano: sed xp̄ianus a xp̄o
vocat: ideo quippe ait dñs. Sup hāc pe. edi. ec.
meā: q₂ dixerat petrus. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui:
sup hāc petrā quā ↄfessus es edi. ec. meā. Petra
autē erat xp̄s. Idē in lib. retrac. ait. Dixi in quo
dā loco de ap̄lo petro: ꝙ in illo tāq̄ in petra edi
ficata sit ecclesia. Sed scio me sic postea sepi⁹ ex
posuisse qđ a dño dictū est. Tu es petrus: ⁊ super
hāc pe. edi. ec. meā: vt sup hūc intelligeret quem
cōfessus est petrus di. Tu es xp̄s filius dei viui.
Et post pauca. Nō eñ dictū est illi: tu es petra:
s₃ tu es petrus. Petra autē erat xp̄s: quē ↄfessus
est simon. Hec petra xp̄s est lapis ille viuus ⁊ an
gularis: de quo petr⁹ dixit. Ad quē accedētes la-
pidē viuū ab hoībus quidē reprobatū: a deo au
j. Pe. ij. tē electū ⁊ honorificatū: ⁊ ipsi tanq̄ lapides viui
superedificamini domos sp̄ūales in sacerdotiū
sanctū offerentes sp̄ūales hostias acceptibiles
deo p iesum xp̄m. Et subdit. Propter qđ conti-
net scriptura. Ecce ponā in sion. glo. i. ecclesiā p
sion figuratā: lapidē angularē: summū pbatū:
electū: preciosum: ⁊ q̄ crediderit in eū nō cōfun-
Ad ro. ix. detur. Idē habet ad Romā. ix. Per q̄ verba ambo
illi romani ap̄li petrus ⁊ paulus probāt xp̄m ex
scriptura lapidē esse ⁊ petrā fundamentalem: de
Eph. ij. quo ⁊ ap̄ls alio loco dicit. Iam nō estis hospites
et aduene: sed estis ciues sctōꝝ et domestici dei:
superedificati sup fundamētū ap̄lōꝝ ⁊ prophe-
tarum ipso summo lapide angulari iesu xp̄o: in
quo oīs edificatio crescit in tēplū sanctū i dño.
Remigi⁹ Super quo dicit Remigius. Fundamētū ap̄lōꝝ
et prophetaꝝ oīmq₃ christus est: qui in fide illi⁹
stabiliti ⁊ fundati. ⁊ infra. Oīs eñ qui fidē chri-
sti habet: sup ipsu₃ fūdat⁹ est ipso summo lapide
angulari christo. Et cōcludit qđ facit pro intel-
lectu oīm que dicta sunt: qm̄ christus est funda-
mētu₃ ⁊ lapis angularis summ⁹: q₂ ab ipso inci
pit fides: ⁊ in ipso: ⁊ ab ipso perficit atq₃ cōplet:
ideo oēs electi in ipso sunt fundati: ↄiūcti ⁊ adu
nati: ⁊ propter hoc ipse est lapis de q̄ dicit pp̄ha.
Quē reprobauerūt edificātes qui fact⁹ est in ca-
put anguli: qui facit vtraq₃ vnū: ⁊ ↄclusit iudeos
⁊ gētiles in vnā eccl̄iā₃ tāq̄ duos parietes: sicut
lapis iste in tēplo salomonis ab edificātibus re
iect⁹: qui postea sedit in sūmitate edificij: in an-
gulo duos parietes ↄiūgēs: per quē christ⁹ est fi
gurat⁹. ¶ F Ex quibus cōcludit: ꝙ christus est
fundamētu₃ p̄icipale ⁊ radicale: ⁊ primū: super
qđ fundata est eccl̄ia: q₂ ab eo fides incipit: ⁊ eo
stabilit. Et p̄ter ipsu₃ nulla firmitas: stabilitas
nulla: nulla soliditas inueniri pōt: que sp̄ūale pos
set edificiū supportare: q₂ nō est datū aliud no-
men hoībus: in quo oportet saluos fieri: q̄ no-
men christi. ¶ Ap̄li vero sunt fundamēta fidei et
eccl̄ie secūdaria ⁊ minus p̄icipalia: fundati in
fundamēto primo: qm̄ ipsi fidē p operosa₃ pre-
dicationē dilatauerūt: ↄfitētes christū corā regi
bus ⁊ p̄icipibus ⁊ oñi pplo: minas iudiciū: ter-
roresq₃ tyrānoꝝ vsq₃ ad sanguis proprij effusio-
nē magna cōstātia ↄtēnētes. Unde dixit petrus
minātibus iudeis ⁊ prohibētibus ap̄lis ne oīno
loq̄rētur: aut docerēt in noīe iesu. Si iustū est in
cōspectu dei vos poti⁹ audire q̄ deu₃: iudicate.
Non eñ possumus que vidimus ⁊ audiuim⁹ nō
Act. iiij. loqui. Actuū. iiij. Et paulus multo magis cōua
lescebat ⁊ cōfundebat iudeos: affirmās qm̄ hic

est christus. Actuū. ix. Et oēs ap̄li vnanimiter Actuum
leuauerūt voces suas ad deū orātes. Dñe respi- ix.
ce in minas eoꝝ: ⁊ da seruis tuis cū oñi fiducia
loqui verbū tuū in eo ꝙ manū tuā₃ extēdas ad
sanitates ⁊ signa ⁊ prodigia fieri per nomen san
cti filij tui iesu. Et sequitur. Et repleti sunt oēs
sp̄ūsctō: ⁊ loq̄bātur verbū dei cū fiducia. Et vir-
tute magna reddebāt ap̄li testimoniū resurre-
ctiōis dñi nostri iesu christi: ⁊ gr̄a magna erat in
oībus illis. Actuū. iiij. Et quidē ibāt gaudētes
a cōspectu cōcilij: qm̄ digni habiti sunt pro noīe
christi cōtumeliā pati. Actuū. v. ¶ G Quia er-
go ad ipsoꝝ predicationē augebat credentiū in
dño virorū et mulierū multitudo: ita vt in pla-
teis eijcerent infirmos: ⁊ ponerēt in lectulis ac
grabatis: vt veniēte petro: saltē vmbra illi⁹ obū
braret quēpiā illoꝝ: ⁊ sanarent ab infirmitatib⁹
suis. Act. v. Ipsi dicunt fundamēta eccl̄ie secū-
daria: q₂ fidē christi in cordib⁹ multoꝝ plātaue
rūt: que est verū sp̄ūalis edificij fundamētu₃. ad
Hebr. xj. Fides est substātia reꝝ sperādaꝝ. Sub Ad hebr.
stātia. i. fundamētu₃: ⁊ causa oīm bonoꝝ sperān xj.
doꝝ: faciēs ea subsistere in nobis. vt dicit glo. ⁊
in ea. glo: iosus. de reli. ⁊ vene. sctōꝝ. lib. vj. dici-
tur de ap̄lis. Gloriosissimos christiane fidei p̄ici-
pes: athletas dei electos: iustos seculi iudices ve
ra mūdi lumīa: christi redēptoris ap̄los nume-
ro duodenario contētos: qui viuentes in carne
predicatā eccl̄iā₃ suo sanguine plātauerūt: ipsam
erigēdo sublimiter: ⁊ disciplinis sctissimis diri-
gendo. Sunt ergo ap̄li fundamēta eccl̄ie fundā
tes ecclesiā nō super se: sed supra christū primu₃
verū ⁊ vnicū principale fundamētum: nō eñ ad
se: sed ad christū vocabāt pplm. Sunt fundamē
ta fundata super christū: ⁊ fundātia super chri-
stū. Christus vero fundamentū fundās nō funda-
tu₃: ⁊ ideo fundamētu₃ fundamētoꝝ. Et hoc est
qđ dicit btūs Aug. super. Ps. lxxxvj. Quēadmo- Augusti.
du₃ aperte dicit: christus est sctūsctōꝝ: ita figu-
rate dicit fundamētu₃ fundamētoꝝ. Si ergo sa
cra cogitas: christ⁹ est sanctusctōꝝ: si gregē sub-
di cogitas: christus est pastor pastorum: si fabri-
cam cogitas christus est fundamētu₃ fundamē-
toru₃: q₂ ergo ap̄lis non cōuenit ratio funda-
mēti principaliter ⁊ primarie: ideo quādoq₃ ab
eis negatur: ꝙ sint ecclesie fundamēta ꝑm mo-
dum scripture: q̄ sepe ea negat ab eis: q̄ nō prin
cipaliter cōueniūt illis: l₃ cōueniant secūdario:
sic eñ. Nemo bonus: nisi solus deus. Et de ba- Lu. xviij
ptista dñi dr̄ Ioh. j. Nō erat ille lux. Et tñ de apo Iohā. j.
stolis: quib⁹ minor nō erat iohānes: dicit. Uos
estis lux mūdi. Mat. v. Et rursum de iohanne.
Ille erat lucerna ardens ⁊ lucens. Ioh. v. ¶ H
Itaq₃ scripture que sonāt ꝙ solus christus fun
damentū sit: ⁊ ꝙ sibi soli fundamenti dignitatē
retinuit: intelligi debent principaliter: cū quo
stat ꝙ ap̄li sint fundamenta secūdaria: sicut in
fundamēto corporalis edificij petra ponit supra
petrā: vna tñ est oīm fundamentū oīa suppor
tans: ita ap̄li sunt fundamēta super xp̄m oīa
supportantē fundata: ⁊ inter ap̄los petrus pro
pter fidei sue soliditatē ⁊ cōstantiā₃ q̄nq₃ petra
dr̄ et p̄e ceteris ap̄lis ecclesie fundamentū: vñ
bea. Amb. in homel. lib. j. nomē petrus sibi at-
tribuens: ait. Fidelior fact⁹ est petrus postq̄ fi-
de₃ pdidisse defleuit: atq₃ ideo maiorē gratiam
repperit q̄ amisit: tanq̄ eñ bon⁹ pastor tuendū
gregem accepit: vt qui sibi ante infirm⁹ fuerat:
fieret firmamentū oīb⁹: ⁊ q̄ se interrogandis rē

ratione mutauerat: ceteros fidei stabilitate fundaret. Deniqȝ propter soliditatem deuotionis

Petrus nonnũq̃ petra dicitur.

ecclesiaꝝ petra dicit᷑: sicut ait dñs. Tu es petrus ꝛ super hanc petrã edificabo ecclesiaꝫ meã. Et subdit Amb. petra dicit᷑ eo ꝙ primus in nationibus fundamẽta posuerit: ꝛ tanq̃ saxũ immobile: scꝫ a finali constãtia: totius corporis christianitatꝫ cõpagẽ molẽqȝ contineat. vt habet᷑ dist. l. fideliores. Hinc ꝛ sepe in cõsueto sermone nauicula petri ecclesia dicit᷑: ꝛ fides ecclesie fides petri: hoc est fides quã petrus predicauit ꝛ docuit. Et propter eandẽ rationẽ dicitur fides aplica: q꞉ per aplos per iussionẽ Christi promulgata: qui hui⁹ fidei autor est: magister ꝛ inspirator. Pro omnibus huius fidei professoribus orans ꝛ sacrificans sacerdos dicit. Et omnibus orthodoxis catholice et apostolice fidei cultoribus.

Lectio. xxv. A

Memento domine

famulorum famularumqȝ tuarũ. N. et N. Hec est quarta pars secũde partis principalis: in qua postq̃ sacerdos orauit pro oĩbus recte credẽtibus fraternalit᷑: in hac particula orat pro quibusdã specialib⁹ singulꝛ. Et diuidit᷑ in tres partes ſm Alb. in quaꝝ prima tangit᷑ pro quibus ꝛ qualib⁹ orat᷑. In scda quid pro eis a deo desideratur: ibi. Pro spe salutꝫ. In tertia quid ad exaudiẽdũ allegat᷑: ibi. Tibiqȝ. Circa primũ dicit. Memẽto dñe. Circa qd verbũ statī orit᷑ questio.

Questio.

Cũ nihil ignoret dei sapiẽtia: nec alicuius valet obliuisci: quid est qd postulat sacerdos vt quorũdam memoret᷑? Ad qd rñdet᷑: ꝙ sacerdos hec dicẽs nequaq̃ intẽdit vt deũ ad oblitoꝝ rememorationẽ excitet: sicut nec petit orat vt que necessaria nobis sunt: deũ instruat: aut quẽadmoduꝫ nobis misereat᷑: doceat ꝛ inclinet. Non enĩ obliuisci potest deus sicut nec ignorare: nos quidẽ multoꝝ que nouim⁹ obliuiscimur: ad que iterũ cognoscẽda per species vel habitus post actualẽ cognitionẽ derelictas vel derelictos: nunc locutione: nũc visione: nũc alicuius signis occurrẽtis cõsideratiõe: nũc doctrinaꝝ collatiõe aliisqȝ modis q̃pluribus excitatas vel excitatos in recordationẽ reducimur oblitoꝝ. Non sic omniscięs ꝛ a fine ad finẽ attingẽs dei sapiẽtia. Cuius oculis nuda sunt oĩa ꝛ aperta. Hebr. iiii. In qua nõ est cognitiuoꝝ actuũ vicissitudo: qm̃ apud eum nec est trãsmutatio nec vicissitudis obũbratio. Jaco. j. Ego inq̃t sum deus ꝛ nõ mutor. Malach. iii. Nã vnico intelligẽdi actu īmutabili ꝛ eterno qui est immẽsa ei⁹ essentia: cũcta nouit: p̄sentia: preterita ꝛ futura ꝛ possibilia: que oĩa ꝛ singula sue notioni eternalꝛ sunt presentia. Unde Boc. v. de cõso. me. ii. Huic scilꝫ deo ex alto cuncta tuenti nulla terre moles resistunt. Non nox atris nubibus obstat: que sint que fuerit veniãt que nõ mentis cernit in ictu: quẽ q꞉ respicit oĩa solus: verũ possis dicere solẽ. Et prosa vlti. Est deo semper eternus ac presentari⁹ status. Sciẽtia quoqȝ eius omnẽ tẽporis supergressa motiones: in sue manet simplicitate presentie: infinitaqȝ preteriti ac futuri spacia cõplectẽs: oĩa quasi iaꝫ gerant᷑ in sua simplici considerat cognitione. Hec Boc. Consonat illud Salo. Prouer. xv. In omni loco oculi dñi cõtemplantur bonos et malos. Et sequit᷑. Infernus ꝛ perditio corã domino: quanto magis corda filioꝝ hoim. Hiere. xxiii. Et vicino ego sum dicit dñs: non de longe deus omnia cognosco. B Que ergo in nobis est obliuio per passionẽ ꝛ cognitionis mutationem: deo attribuim⁹ per effectum ſm Alb. De⁹ dicitur scire quos approbat. Aplus. Cognouit dominus qui sunt eius. Et dicitur nescire quos reprobat. Mat. vii. Nunq̃ noui vos. Rursus dicitur oblisci malorum cũ malus ad bonum conuertitur. vñ Si impius egerit penitentiã oĩum iniquitatũ eius non recordabor. Et dicit᷑ obliuisci bonorũ: cũ bonus ad mala puertit᷑. vñ ibidem. Si iustus a sua iustitia se auerterit omnes iustitias ei⁹ nõ recordabor. De⁹ ergo quãdoqȝ recordatur ad miserãdũ: ſm illud Job. vii. Memento mei deus: q꞉ ventus est vita mea. Quandoqȝ recordatur ad puniẽdum. vñ ps. Memor esto dñe filiorũ edom: in die hierusalem. Cum ergo petitur vt aliquorũ meminerit: petitur vt illorũ misereatur: ſm illud. Reminiscere miserationũ tuarũ dñe: ꝛ misericordiarũ tuarũ que a seculo sunt. Et ꝙ eos grã sua visitet qua mereantur: aut ꝙ bona eterna vel temporalia cõferat ppter precedentia merita. Sic orauit Ezechias rex iuda: vt habetur Esa. xxxviii. Obsecro dñe: memento quõ ambulauerim corã te in veritate ꝛ corde pfecto: et qd bonum est in oculis tuis fecerim. Sic et orat ppheta in ps. Memẽto nostri dñe in beneplacito populi tui. Uisita nos in salutari tuo. De hoc etiam beatus Aug. lib. xi. confess. suarum in principio ita ait. Nũqd dñe cũ tua sit eternitas ignoras que dico tibi: aut qui tẽpus vides. que fiũt in tẽpore? Cur ergo tibi tot rerũ narratiõe digero? Non vtiqȝ: vt per me noueris ea: sed affectũ meũ excito in te: ꝛ eoꝝ qui hoc legũt: vt dicamus oẽs. Magnus dñs ꝛ laudabilis nimis. Et seqtur. Naꝫ ꝛ oram⁹ ꝛ tamẽ veritas ait. Nouit pater vester quid vobis opus sit priusq̃ petatis a deo. Affectũ ergo nostrũ patefacimus in te cõfitẽdo miserias nostras ꝛ misericordias tuas super nos: liberes nos vt desinamus esse miseri in nobis: ꝛ btificemur in te. Hec Augu. C Hoc itaqȝ modo orat sacerdos: dicens. Memento scꝫ per gratie appositionẽ: ꝛ petõꝝ remissionẽ. Dñe qui diues es in misericordia: ꝛ omnius grẽ locuples possessor: cui ad saluãduꝫ cum volueris subest posse. Sapientie. xii. Tu es dñe qui vite et mortis habes potestatẽ: ꝛ deducis vsqȝ ad portas mortis: ꝛ reducis. Eiusdẽ. xvi. Igitur memẽto. Famulorũ famularũqȝ tuaruꝫ. Famulorum preponitur propter sexus dignitatẽ: propter quã vir caput est mulieris cui subiecta esse debet: ſm apostolũ. j. Cor. xi. ꝛ. j. ad Timo. ii. dicit aũt nõ viri ꝛ mulieris: sed famuloꝝ famularũqȝ tuarũ: scꝫ te recte colentiũ per catholicã fidẽ. Per quã se famulos deo subiectos recognoscunt: eũqȝ celi et terre dñm pfitent᷑. Pro talib⁹ orãs sacerdos: qd petit facilius poterit impetrare. Unde cũ Salomon sapientiaꝫ a sede magnitudinis sibi mitti peteret: vt secũ esset: secũqȝ laboraret: per quaꝫ ꝛ sciret quid acceptũ esset coraꝫ deo omni tẽpore: statim post petitionẽ famulatus sui memorat᷑: dicẽs. Da mihi dñe sediũ tuarũ assistricem sapiẽtiã: ꝛ noli me reprobare a pueris tuis: qm̃ seru⁹ tuus suꝫ ego: ꝛ filius ancille tue. i. ecclesie: q̄ me genuit per verã fidẽ ad tua obsequia. Et ppheta orans pro anime sue salute: ꝛ sua ab inimicis liberatiõe: sui famulatus meminit dicẽs. Edu-

Marginal notes (left column): Petrus nonnũq̃ petra dicitur. — Questio. — Responsio ad questionem. — Ad hebr. iiii. — Jacobi. j — Malach. iii. — Boetius — Prouer. xv.

Marginal notes (right column): Hie. xxiii. — ii. Ti. ii. — Ezech. xviii. — Job. vii. — Esa. xxxviii. — Augusti. — Sapien. xii. — Sap. ix.

ces de tribulatione aīam meā: ⁊ in mīa tua disp
des oēs inimicos meos: ⁊ perdes oēs qui tribu
lant aīam meā: qm̄ ego seruus tuus sum. Et ite
rū. Ad te leuaui oculos meos q̄ habitas ī celis.
Ecce sicut oculi seruo. in ma. do. su. Et sicut ocu
li an. in mani. dn̄e sue: ita oculi nostri ad dn̄m
deū nostrum donec misereaꝫ nostri. Nec frustra
fundiꝫ oratio pro famulis dei ⁊ ministris: quia
illis promisit xp̄s suā assistentiā in celis. Uolo
inquit pater: vt vbi ego sum: illic sit et minister
meus. Si q̄s mihi ministrauerit honorificabit
Job. xij. cū pater meus qui in celis est. Jo. xij. Orat ergo
pro famulis ⁊ famulab⁹: q: famulatus ⁊ humi-
lis seruitus deprecari aīm ad cōcessionē petito-
rum assolet inclinare. ℭ D Et hic locus est vbi
ꝯgruit ꝙ sacerdos ꝑ his pro quib⁹ vult specialr
oret: qd̄ nota copulatiōis innuit ſm Alex. posi
ta cū dr̄. Famulo⁊ famularūq3 tuarū. Et oīm
circūstantiū. Et: cū nō solet copulare partē cō-
tentā toti cōtinēti: qd̄ autē dr̄ famulorū famula
rūq3 tuarū cōtinet: q: oīm fideliū ecclesiā ꝑor-
tat: qd̄ cōiungitur oīm circūstātiū continet: q:
partē eccl̄ie representat. pars autē cōtinetur a
toto: iō vt apta sit copulatio famulorū famula-
rūq3 tuarū: specificari dꝫ ꝑ certos: ꝑ quibus sa
cerdos specialiter sacrificat: ⁊ sic nō erit totū cō
tinens cui apte copulaꝫ: ⁊ oīm circūstantiū q̄ nō
sunt partes horū famulorū famularūq3 tuarū.
Ideo ponꝫ in codicib⁹. N. ⁊. N. ⁊ in nōnullis ru-
Innocē. brica inseriꝫ. Hic fac memoriā viuo⁊. vn̄ Inno.
Ex hac verborū forma cū eo qd̄ sequiꝫ: ⁊ oīm cir
cūstantiū: manifeste cōuinciꝫ ꝙ hic quidē sit lo
cus vbi sacerdos specialiter illos ꝑ quib⁹ orare
voluerit dꝫ nolare. Debet tn̄ nola viuo⁊ dūtaxat
recensere: qm̄ in sequētib⁹ locus occurrit vbi de
functo⁊ erit memoria specialis. ℭ Potest aūt ce
lebrās viuorū nola vocaliter exprimere: aut solū
cogitādo mēte recitare ꝑ quib⁹ voluerit specia
liter orare: eisq3 altaris sacrificiū particulari-
ter applicare. Nō em̄ de hoc preceptū eccl̄ie in-
ueniꝫ: sed pōt celebrans ꝑ sua deuotione: et loci
vbi celebrat cōsuetudine: ꝑsonas quib⁹ sacrifi-
ciū specialiter applicat vel vocaliter exprimere:
secrete tn̄ sicut cetera canonis ꝟba: vel dūtaxat
mētaliter cogitare. ℭ E Et ꝙꝙ nō egeat deus
intētione nostra vel oratione particulari: sicut
nec aliis bonis nostris vt aliis q̄buscūq3 benefa
Gerson. ctis: vt dicit Gerson l de solicitudine eccl̄iastica.
ꝑso. particula. xxxvj. nihilominus vult q̄dā ſm
ordinē sue sapientie dare ⁊ cōferre: dū ad ipsum
specialiter dirigim⁹ orationes nostras: qualia
nō esset daturus sine illis: vt nō sint vacua ⁊ ina
nia sue sapiētie opera. Sic ⁊ deus noscit merita
intētionis: ⁊ corda cōferentiū bona tēporalia ⁊
elemosynas ꝑ augmētatione cultus diuini: ⁊ tn̄
dat aliqua bona cōferētibus: dū fiunt suffragia
postmodū ꝑ illis q̄ ⁊ ālia nō daret si dimitterē
tur nec fierēt. Patet in illis qui in suis testamē-
tis: aut aliūde cōstituūt aliqd restitui vel paupe
rib⁹ dari: q̄ is sic dādo phr mereri: nō tn̄ proficit
eis tantūde hec voluntas nō sequēte effectu: sicut
sequere: qm̄ in casu maneret ille ordinās adhuc
ad restitutionē postea obligatus. Hec Gerson.
Quod merito attendāt quidā remissi testamen-
torū executores: vt fideliter iuxta testantiū pias
voluntates singula studeant exequi et implere.
Quodq3 debitorib⁹ debita non minuāt: vt inde
elemosynas faciant largiores. Attendere debēt
hoc testatores: vt nō desidibus: torpētibus: aut

alis minus timoratis executiones suarum stu-
deāt cōmittere voluntatū: ne per executiōis ne
gligentiā: dū nō fiūt q̄ ordinarūt: suffragiis ⁊ do
nis priuentur que deus cōferret ad instātiā ora
tionū elemosynarū et ceterorū si fieret ordina-
torū. Nō dissimiliter fit in missa si sacerdos cele
brans his vel istis specialiter virtutem sacrificij
nō applicat nō largiꝫ deus bonum: vel remittit
eisdē penas pctō⁊: qd̄ largireꝫ et faceret ad ap-
plicationē sacerdotis specialē. ℭ F Debet er-
go sacerdos si quosdā specialiter ꝑ suā celebra-
tionē adiuuare voluerit: spālr pro eis oratio-
nē ad deū dirigere: ⁊ eis virtutē sacrificij specia-
liter applicare. Neq3 em̄ gratis ⁊ superuacue ordi
nauit eccl̄ia: q̄ spiritū sponsi sui hꝫ: vt ꝑ memen-
to vnū: in certo canonis loco pro aliquib⁹ vi-
uis spāliter. Et ꝑ memēto scd̄m: ī alio canonis
loco pro quibusdā defunctis particulariter me-
moria habereꝫ. Nec frustra et inutiliter fideles
missas ꝑ se specialiter dici procurāt: instituētes
beneficia: dotantes ecclesias ⁊ altaria: volentes
eos qui sua recipiūt stipēdia ad orandū ꝑ se spe
cialiter obligare: cōditiones ⁊ limitationes cer
tas ad hoc ipsum vtiles explicātes: qd̄ expedire
docet prefat⁹ doc. in alleg. tractatu particu. xvj.
et. xx. ⁊ ꝑsonis recipiētib⁹ ꝑsonis cōferētib⁹ etiā
affinib⁹ ⁊ cognatis. Attende ait ⁊ videbis expe-
diēs esse ꝑsone recipiēti tp̄alia: ꝙ limiteꝫ ad cer
ta suffragia quib⁹ reddaꝫ anim⁹ ei⁹ magis soli-
citus debitū soluere: ⁊ intentionē suā in deū diri
gere: quatenus preterea maneat eius cōscientia
securior quo poterit cognoscere ꝙ obligatiōe so
luta quiet⁹ manet. Nec paruipēdende sunt (ait)
ille due rōnes quib⁹ addiꝫ tertia. Constat nāq3
apud deū qui nouit oīa: qui ⁊ dicit. Ego deus ⁊
nō mutor. nihil necessitatis esse aperire nostras
intētiones ⁊ affect⁹ exponere. Hoc aūt requiriꝫ
propter nos orātes: vt exhibeam⁹ nos tales no
bisipsis: qualē cupim⁹ deū esse nobis: pios ami
cos sedulos cōpatiētes: ⁊ ita de reliq̄s affectib⁹.
Sed quis nesciat ꝙ orās plus moueꝫ ⁊ afficitur
in seipso dū ad particularia respicit: dū bn̄facto
rū munera: dū intētiones: dū necessitates consi
derat: ꝙ in quadā vniuersalitate ⁊ generalitate
se tenēdo: siquidē particularia magis mouent.
Hoc quoad sacerdotes ab aliis bn̄ficia recipien
tes. ℭ G De aliis subdit. Uidebis rursus parti-
cula. xxj. circa ꝑsonā conferentē tēporalia expe-
diēs esse frequēter ⁊ necessariū aliquādo suffra- Attende de suffra gijs.
gia limitare. primo si ad illa suffragia ꝓcurāda
teneꝫ ex voto ꝓprio: vel ex sacerdotis iniuncta
penitētia: vel ex alterius sacramento legato vel
mandato. Certū est proinde suffragia eccl̄ie vel
singularis ꝑsone non tm̄ valere pro mille aut o[...] no. de suffragijs quantum valent magis paucijs quam multis
buo: quātū vni prosunt: si pro vno tātū fiant.
De quo infra lec. xxvij. videbiꝫ. Addit pro tertio
particula. xxij. Uidebis denīq3 circa ꝑsonas affi-
nes vel attinētes persone bn̄ficium conferētis
referre ꝙ plurimū si viderint ⁊ senserint ꝑ suc-
cessionē tēporum ⁊ generationē ꝙ talis parens
eorū: vel affinis tāte fuit pie solicitudinis: vt ꝑ
se et suis talia fieri constituerit pietatis officia.
Nōnne moueꝫ et cōmoueꝫ perinde preces cum
gratiarū actione ⁊ laudibus ad deū referre. Nō
ne probabile est eosdem animādos fore: vt quē-
admodū ille fecit: et ipsi faciant. ℭ Ex quibus
satis deducitur proficuum esse ⁊ vtile tā celebrā
tibus: ꝙ sua cōferētib⁹: ꝙ etiam ceteris fidelib⁹
particularem et specialem misse et orationē ac

f

suffragiorum ceterorum applicationē esse: quā vsus ecclesie habet. Cui si quis detrahit se imprudenter decipit. Nec sobrie: sed plus sapit ꝗ̄ oportet cōtra doctrinā apli ad Rom. xij. ¶ Sed circa hanc materiā latius declarandā ꝗ̄dam mouebo dubia: vt horū solutione clarius pateat cuiꝰ sit sacrificiū applicare huic vel illi: quēadmodū fieri debeat: ne celebrās ⁊ pia vota fideliū suscipiens: vel seipsum vel sibi cōmissos: vel ecclesiaꝫ cuius minister est: cōtingat in sacrosancte tanti sacrificij ministerio defraudare.

¶ Lectio. xxvj. A

Inter hec dubia aut questiūculas prima ⁊ secūda respiciūt sacerdotē celebrantē. Tertia missam ꝑ se vel suis specialiter ordinātē. Quarta vtrūqꝫ celebrantē scꝫ ⁊ eum ꝑ quo celebrat. Vltia respicit modū quo applicatio congrue ordinat. ¶ Est ergo questio prima vtrum applicatio fructus ⁊ virtutis sacrificij subsit celebrātis prāti. ¶ Scōa vtrū applicationē virtutis sacrificij impediat malicia vel suspēsio celebrātis ministri. ¶ Tertia questio quō fideli liceat pro se vel aliquibus celebrari missam specialiter ordinare: cū teneatur oēs fideles equaliter sibi diligere. ¶ Quarta quō dātes ⁊ recipiētes tēporalia vel spūalia rependant: a prauitate simoniaca excusent. ¶ Quinta erit de seruando ordine in virtutis sacrificij applicatione. ¶ B Ad primā questionē respōdetur per hāc cōclusionē affirmatiue. Sacerdos offerēs sacrificiū in persona ecclesie: pōt eius fructū et virtutē alicui vel aliquibꝰ specialiter applicare. Hec cōclusio declarat: qꝛ licet sacerdos organū sit ⁊ minister ecclie: vt infra dr in solutione scōe questionis: per qō deus preces ecclie admittit: ⁊ grāꝝ dona his ꝑ quibus ecclesia per sacerdotē orat: influit: qꝛ tn̄ deo dicatus est: sanctificatus ⁊ cōsecratus ac diuino cultui specialiter mācipatus: supremūqꝫ gradū i ecclīastica policia tenet rōne ordinis sacerdotalis. Ideo vltra hoc ꝙ eiꝰ est sacrificiū offerre: etiā ipsius est virtutē sacrificij ⁊ oblationis determinare: vt illis vel illis indigentibꝰ premiū reddendū pro hmōi ecclesie sacrificio conferat.

Guillel. Vn̄ dicit Guil. in tractatu de sacramētis in parte de sacramēto ordinis. Si necesse fuit pro causis tēporalibꝰ aduocatos habere iurisqꝫ secularis peritos: qui eas agerent corā iudice pro relictis oppressis simplicibus ⁊ indoctis: quāto ampliꝰ cōsulendū fuit imperitie ⁊ cōitati simplicitatis hominū in causis animarum suarum: cum ipsi eas vel nescirēt vel nequirēt officiorū et artificiorū occupationibus prepediti: vt instituerent ad hoc ministri et aduocati: quatenus causam istorum agerent coram iudice viuorum et mortuorum. ¶ Est autē secularis aduocati officiū: indigentiam partis pro qua aduocat: coram iudice allegare: et iudicis animum ad miserandū inducere ac inclinare. Ita erit ⁊ in politia ecclesiastica: vt sacerdos gradum eminentem in ea tenēs: patrocinium illi specialiter applicet ꝑ quo

Scotus. aduocationis officio fungitur celebrando. Ad hoc inducit doctor subtilis ꝯgruentiā in quotl. q. xx. vbi tractat materiam hanc diffuse: dicens. Vbi i domo aliqua rite ordiāta est bonū quodam distribuendū diuersis ſm eorum exigentiā vel indigentiam: rationabile est ꝙ dn̄s domus non immediate singulis distribuat: sed talis distributio alicui vel aliquibꝰ certis ministris cōmittat. Ita aūt videmus regulariter in familijs ordinatis. Eque igitur vel magis ita esse debet in domo dei que est ecclesia: ꝙ bonū in virtute sacrificij cōmunicandū nō solus deꝰ distribuat: sed aliquis minister in ecclesia. Nulli autem hoc magis conuenire potest in ecclesia: ꝗ̄ sacerdoti offerenti sacrificiū: cui sicut cōuenit determinare intentionē suā pro quibꝰ specialiter offerat: sic sibi conuenit dispositiue determinare cui virtute sacrificij bonū quod impetratur reddatur.

¶ C Et si qs diceret. Super bonū quod nō debetur alicui: nō habet ius assignandi illud alij. Bonū autē qō debet virtute sacrificij: non debetur sacerdoti vt celebranti: qm̄ ipse dūtaxat est nūcius offerens petitionē ecclesie: ⁊ ita bonum quod virtute sacrificij debetur: nō debetur sibi. esset em̄ eadem virtus sacrificij si ipse esset i peccato mortali. obiectio

¶ Ad hoc dicendū: ꝙ licet bonum reddendū ratiōe sacrificij nō debeatur sacerdoti pro se: sicut nec procedit ex suo merito personali: debetur tn̄ ecclesie ſm sacerdotis distributionē. Nā ipse ex ordine suo quē tenet i ecclesia: nūcius est sponse ad sponsum: offerēs petitionē specialiter ꝑ determinatis personis: ⁊ ita dispositiue determinās eis id qō reddit pro talibꝰ petitionibꝰ. Et ꝗ̄uis quilibet sanctus ⁊ virtuosus in ecclesia possit pro quolibet sibi placite deum exorare: hoc tn̄ ex officio cōpetit sacerdoti: non ceteris: ꝗ̄ꝗ̄ quibusdam alijs ex alijs officijs alijs actꝰ ecclesiastici cōueniāt: in quoꝝ diuersitate officioꝝ ecclie cōstat pulchritudo: vt beatꝰ Hiero. ad damasum papā: et habetur. x. q. j. quia sacerdotes. ait. Quia sacerdotes pro omnibus solent orare quorū elemosynas et oblationes accipiunt: qua fronte presumunt laici oblationes quas christiani pro peccatis suis offerūt: vel ipsi comedere: vel alijs cōcedere: cū ipsi nō debeant ex officio suo pro populo orare. Et Alexāder papa. j. q. j. ipsi. Ipsi sacerdotes pro populo interpellant: ⁊ peccata populi comedunt: quia precibus suis ea delēt atqꝫ cōsumunt. ¶ De actibus vero ecclesiasticorum officiorū: et eorū varietate dicat beatus Grego. lxxxix. distinctio. singula. Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusqꝫ personis sigillatim committi iubemus. Sicut em̄ in vno corpe multa mēbra habemus: omnia autē membra nō eūdē actum habēt. Ita in ecclesie corpore multa mēbra sunt: ſm veridicam pauli sententiā (. j. Cor. xij.) In vno eodēqꝫ spirituali corpore cōferendū est hoc officiū vni: alij cōmittendum est aliud. Neqꝫ em̄ quantūlibet exercitate vni persone vno tempore duarū rerum officia cōmittenda sunt: quia si totū corpus est oculus: vbi auditus. Et sequitur ad propositum. Sicut em̄ varietas membroꝝ ꝑ diuersa officia: et robur corporis seruat: et pulchritudinē repñtat: ita varietas ꝑsonarū per diuersa nihilominꝰ distributa officia: et fortitudinē et venustatē sancte ecclesie dei manifestat. Et sicut indecorum est in corpore humano vel alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimirū noxiū simulqꝫ turpissimū est: si singula rerū ministeria personis totidem non fuerint distributa. Et eadē distin. c. ad hoc. idem Grego. ait. Ad hoc dispensationis prouisio gradus diuersos et

Solutio

ordines cōstituit esse distinctos: vt dū reuerētiā minores potioribus exhiberēt: & potiores minoribus dilectionē impēderent: vera cōcordia fieret & ex diuersitate cōtextio: & recte officiorū gereret administratio singulorū. Neqȝ enī vniuersitas alia poterit ratiōe subsistere: nisi hmōi magnus eā differētie ordo seruaret: q2 vero queqȝ creatura in vna eadēqȝ qualitate gubernari vel viuere nō potest celestiū militiarū exēplar nos instruit: quia dum sunt angeli sunt archāgeli: liquet: q2 nō sunt equales: sed in potestate & ordine sicut nostis differūt alter ab altero. Hec ibi.

¶ D Scōm hoc ergo sunt in ecclesiastica hierarchia diuersi status & ordines: fm quos christi ministeriū peragitur ecclesia regitur: gratie dona dispēsantur. Unde sicut papa ratiōe supremitatis ptātē habet dispēsandi thesaurū ecclie: cōferēdo nūc plenissimā remissionē pctōꝝ: nūc partē tertiā penarū auferēdo: nūc certi numeri dierū vel annoꝝ indulgentiā cōferēdo: fm ꝙ viderit ecclie vnitati & populoꝝ deuotioni expedire. Ceteri quoqȝ epi certos indulgentiarū dies cōcedūt. Immo & simplices sacerdotes de codē thesauro per penitētie sacramentū indulgētias a penis largiunt: per applicationē thesauri ecclesie ad illas vel illas personas fm cōcessam potestatē. Ita & in proposito recipit quilibet sacerdos potestatē ex ritu & institutiōe ecclesie: vt merita totius ecclesie illi vel illi possit applicare: vt pro ipsis illis aliqd bonū cōferatur. Sic igitur autoritatē hȝ sacerdos dispēsandi merita ecclesie ex ordine nobili quē tenet ī ecclia.

¶ E Ex quo sequitur ꝙ sacerdos nō tantū est organū et instrumentū: et per hoc nō habēs virtutē applicandi actionē vel actionis effectū sed est etiā minister & dispensator. Licet enī bonū qd impetratur virtute sacrificii: nō impetretur virtute meriti personalis ipsius sacerdotis (nā quantū ad virtutē sacrificii: est instrumētum & mere instrumentū: q2 organū inanimatū: licet sit organū viuū quātū ad meritū personale in celebrando: q2 sic mereri est eius inquātū in se viuit vita gratie) quātū tamē ad illud bonū impetrādū qd debetur virtute sacrificii: quod eque proponit: etiā si nō viuat vita gratie: est organū precise ordinis. Illud enī bonū impetratur virtute meriti ecclesie: in cuius persona fit oblatio: & ob cuius gratiā oblatio acceptatur. Tñ q2 rōne ordinis hȝ gradū excellētie in ecclesia: propter hūc cōuenit sibi nō modo offerre: sed etiā oblatiōis virtutē determinare: vt fm predicta nō sit tm̄ nuncius et organū: sȝ simul etiā minister et dispēsator. Hec est sententia Sco. vbi. s.

¶ F Sed diceres: pōtne sacerdos qui minister est & dispēsator: pro libito suo distribuere bonū misse virtute sacrificii debitū: ita scȝ ꝙ hoc bonū specialiter reddat illi cui ipse applicat specialiter. Sunt ꝗ dicūt ꝙ nō: sed ad hoc ꝙ applicatio sua habeat effectū oportet ꝙ eā faciat fm bñplacitū dei: ꝗ solus est dator illius boni fm suū propriū bñplacitū: ideo non dat illi cui sacerdos applicat: nisi sacerdos in applicādo se cōformet datoris volūtati. Sed hāc sententiā Scotus loco quo. s. arti. ii. improbat. Nam ille nullā videt habere autoritatē applicādi vel assignādi aliqd bonū cuius applicatio nūꝙ tenebit: nisi fiat fm volūtatē alterius: de ꝗ applicās regulariter habere nō pōt certitudinē determinatā cui debet applicare. Sacerdos aūt regulariter nō pōt habere certitudinē determinatā de diuina volūtate: cui velit dare bonū reddēdū virtute sacrificii p missa: q2 hoc deus in spāli nō reuelat. Nec etiā in scriptura de hoc doctrina habet: nisi multū remota & vniuersalis: ꝗ nō sufficit ad sciendū voluntatē diuinā in speciali. Igitur si nunꝙ applicatio facta per sacerdotem ī speciali haberet effectū: nisi esset facta cōformiter diuino bñplacito: sequitur ꝙ nullā habebit sacerdos autoritatē applicādi virtutē sui sacrificii nisi multū in vniuersali. Neqȝ eius applicatio proficua foret: nisi casualiter vel per diuinū miraculū: puta q2 casu fieri posset ꝙ sacrificiū applicaret illi cui fm dei iudiciū esset applicandū. Uel ꝙ sibi reuelaret per miraculū que esset dei volūtas in hmōi applicatiōe. Similiter arguit Scotus in materia de penitētia. lib. iiii. dist. xviii. q. i. cōtra eos ꝗ dicūt ꝙ penitētiā cōdignā sacerdos imponere tenet: scȝ quā peccator fm dei iusticiā agere tenetur: quā si sacerdos imponēdo nō attingit sed minorē: luet peccator residuū in purgatorio. Unde arguit Scotus. Nulli cōmittitur potestas arbitrandi in causa aliqua: cuius arbitriū nunꝙ erit ratū: nisi fiat fm iudiciū et beneplacitū partis: de quo tñ determinate scire non pōt arbiter. Sed beneplacitū dei quoad penitētiā cōdignā & pūctualē: regulariter scire nō pōt sacerdos: ergo fm illō iudiciū dei pūctualiter iniungere penitētiā sacerdos non astringit. Modicū enī esset arbitriū immo pene nulla arbitrādi potestas in sacerdote: si semper fm volūtatē alterius partis arbitrari teneret: quā tñ volūtatem nosse non potest. Sic etiā in proposito.

¶ G Unde ad id qd querebat: an sacerdos pro libito suo possit virtutē sacrificii applicare cui voluerit: est sub distinctione rñdendū. Quiqȝ enī habetur certa doctrina vel obligatio seu preceptū de applicatiōe certo modo faciēda: quãqȝ vero talis nō habetur. Si primū: debet se sacerdos in applicatiōe cōformare doctrine vel pcepto: ꝙ si cōtrariū fiat: forte dicit Sco. nec ei cui applicat proficit: & applicāti nocet: q2 si ɔtra doctrinā vel preceptū applicādo peccat.

¶ Pro cuius declaratiōe latiori notandū fm eundē arti. ii. vbi. s. in quolibet ꝙ missa potest intelligi valere et efficaciā habere dupliciter. Uno modo ex opere operante. Alio modo ex opere operato. ¶ Ex opere operante: hoc est ex merito personali persone celebrantis: propter qd confert deus petita a sacerdote eis: quibus orationē & misse sacrificiū applicat. Ex opere operato. i. ex ipsa ɔsecratiōe oblatiōe & sumptione venerabilis eucharistie nō habēdo respectū ad personalē sanctitatē aut meritū sacerdotis. Et hoc pōt intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ hic valor sit ex diuina institutiōe: ꝗ efficaciter determinauit se ad cōferendū quosdā effectus gratuitos & salutares ad cōsecrationē: oblationē & sumptionē corporis & sanguinis xpi factā a sacerdote: sicut dicimus de ceteris sacramētis noue legis: ꝙ habēt virtutē: ex xpi institutiōe: ita ꝙ ipsis exhibitis aliquibus assistit deus causando in eis quosdā effectus salutares: scȝ remissionē pctōꝝ & gratiā gratū faciētē: & hoc mō missa pficeret: etiā si per impossibile: nullus mortaliū esset in grā. Sicut baptismus tollit originale: & cōfert gratiā infanti baptizato: etiā si cūcti viatores essent pctōres. Quā efficaciā sacramentoꝝ meruit christi passio: sacramētis vero cōtulit specialis xpi institutio.

¶ Alio mō intelligit missa habere effectū & esse accepta deo ex opere

Margin notes: Dubiū. — Rñsio ad dubium. — Missa hȝ efficaciam duplr.

operato: precise rōne oblationis sacrificii qd in missa perficit: nō attēdēdo christi institutionē: q2 oblatio nō videt grata deo et accepta: nisi sit
Gen. iiii. alicui' offerētis gratie accepti. iuxta illud Gen. iiii. Respexit dns ad abel et ad munera ei'. Pri' ad abel offerētē q̄ ad munera oblata. Vñ vidua paupercula plus olb' i gazophylatiū misisse d2: Luce. xxi. Quia q̄ misit: ex volūtate misit magis
Gregori' accepta. Nā sm beatū Grego. Nō pensat de' quā tū: sed ex quāta et quali volūtate offeratur. Hinc passio christi patri acceptissima fuit: q2 cū christus eterni patris filius i quo semp patri cōplacuit: volūtarie eā in animarū nostrarū salutem obtulit: quā si iudeus crucifixor solus obtulisset pr̄i minime placuisset. Et ita intelligēdū est qd dicit Sco. arti. ii. q eucharistia nō precise rōne rei cōtēte plene accepta t: sed oportet q sit oblata. Hoc em bonū in eucharistia cōtentū equale est: qñ reseruatur in pixide: et qñ offertur in altari: et tñ nō eque valet ecclesie reseruatū in pixide et oblatū in officio misse. Ultra igit bonū cōtētū in eucharistia ad hoc q proficiat ecclesie: requirit ei' oblatio: et ad hoc q oblatio sit placita et accepta reqrit sm premissa: q offerēs sit placēs et acceptus. ¶ H Est aūt duplex offerēs: scz offerēs immediate et personaliter. Alius offerēs mediate et principaliter. Primus est sacerdos consecrās et sumēs sacramentū: qui ita in psona sua:
Offerēs duplex ē. auctoritate tñ diuina hec perficit: q nemo alius in sic offerēdo secū pcurrit. Offerēs vo mediate et principaliter est ecclesia militās: in cui' persona sacerdos offert: et cui' est i offerēdo minister. Est em hoc sacrificiū: sacrificiū toti' ecclie: in cuius signū sacerdos nō ex sua persona dicit Orē: sed ex persona ecclie oremus. Nec dicit. In primis que tibi offero: sed q̄ tibi offerim'. Et post cōione. Proficiāt nobis quesumus dne hec sacramēta que sumpsim': q̄uis ipse solus offerat et sumat personaliter: vñ ecclesia offert per ipsum tāq̄ per ministrū: quē ad hoc instituit et ordinauit. Primus offerēs nō semp gratus est deo: nec semper sibi placet: q2 sepe peccā est. Secūdū offerens deo est semp acceptū: q2 ecclia semp sancta est et vnica spōsa christi pudica: casta: nesciēs maculā neq3 rugā: Cū ergo missa semp valorē suuz
Job. vi. habet et accepta est deo. iuxta illud Job. vi. Panis quē ego dabo per me scz et sacerdotes: caro mea est pro mūdi vita. Nō ergo erit hoc regulariter pp̄ter offerēs primū: quod nōnūq̄ displicet ergo erit pp̄ter offerēs scdm: scz ecclesiā que semp grata est deo: q2 semp in ea sunt boies sci et virtuosi: quoz actiōes et merita deo placēt: q̄ et digni sunt inhabitatione spiritussancti: vt dicit Beda super illud Matth. vlti. Ego vobiscum sum om. di. vsq3 ad consumma. seculi. ¶ I Et ex hoc alicui videri posset q missa vno tpe efficacior est: et magis accepta deo q̄ alio. Et regula-
Matth. vltimo. riter q missa sacerdotis boni existētis i gratia: cuius personale meritū est partiale meritum ecclesie melior est: q̄ si ipe sacerdos esset extra gratias. Patet: q2 hoc modo missa est accepta: quia ecclesia sacrificiu3 misse offerens est accepta: ecclesia autē accepta est propter mēbrorum suorū et gratiarū in eis existentiū merita: qñ ecclesie meritū nō est vniuersale platonicū: seu meritu3 abstractū extra homines particulares per se existēs: sed est personarū et mēbrorū ecclesiā constituentiū. Cu3 autē vno tēpore sint plures hoies boni et virtuosi q̄ alio: sequitur q ecclesia vno tempore magis accepta est q̄ alio. Et qñ valor misse hoc modo est ex merito ecclesie: sequit q sm q variatur ecclesie meritū: variatur et misse valor et premiū: et hoc sm verā iusticiā retributiuā: sm quā non datur tantū pro merito minore: quātum pro maiore. ¶ K Scdo aduertendum sm eundē Scotū in quol. i. q meritū vel Doctor subtilis.
specialiter ipsa oratio: que inter opa meritoria magis habet rationē meriti applicabilis alteri quia de ratione sui est placatiua dei et reconciliatiua sibi: potest intelligi in triplici gradu valere
alicui siue pro aliquo: videlicet specialissime: generalissime: specialiter modo medio. Specialissime semper valet celebranti seu orāti qñ est in gratia: ipse em habet motū animi boni et elicit bonu3 opus. Isti motus et opus nō sic sunt alterius pro quo orat sicut orātis: nec potest ille ordinata volūtate illud alteri dare q non sit suu3 meritu3: quia magis tenetur ex charitate se: q̄ alium diligere: immo forte nō posset dare quin esset suu3. ¶ Alio modo generalissime valet toti ecclesie: nec debet orans: aliquē excludere de ecclesia: sed intētione habituali omes includere.
*¶ Tertio modo valet illi cui per orantē spāliter applicatur: non em valet ei specialissime: patet ex mēbro primo. Nec precise valet sibi generalissime sicut cuicūq3 de ecclesia: quia tunc frustra essent speciales oratiōes ab ecclesia ordinate: alia scz pro viuis: alia pro defunctis. Et iterū pro viuis aliis et aliis: puta pro benefactorib'. amicis et aliis diuersis personis: statibus et congregationibus: causis et necessitatibus in missali Romano specialiter assignare. Frustra inquā: q2 nō plus valerent illis: q̄ cuiq3 generaliter de ecclesia. ¶ Per hoc ad propositū: prima applicatio: scz specialissima determinata est: q2 semper fit ipsi celebrāti. Similiter scda: scz generalissime que semper fit toti ecclesie. Et has duas determinatiōes facit regula charitatis: que debet esse primo et potissime ad seipsum: et generaliter ad oēm proximū: quapropter nullu3 de ecclesia debet excludere: sed intētiōe habituali (vt dictū est) oēs includere: nec solū applicare debet missam toti ecclesie: secūdo modo ex ordine charitatis: sed ex institutione et vsu ecclesie: ex qua orare habet pro oibus orthodoxis catholice et apostolice fidei cultoribus. ¶ Potest tamen iudiciū ecclesie arcere sacerdotes officiū offerētes: vt dicit Gerson super magnificat tracta. ix. partitione. iii. ne per expressam ecclesie orationē cōprehēdant excōicatos: vt. xi. q. iii. Excōicatos. et c. seq. Non tñ excludit ecclesia eos ab effectu corū charitatiuo: immo si excōicati fuerint i charitate: nō possūt a virtute sacrificii: sicut nec ab aliis suffragiis ecclesie proiici excludi: q2 charitas facit bona oīm quodammodo cōia: sm illud ps. Ps.
cxviii. Participe3 me fac deus om. ti. tc. et custo. mādata tua. Excludūtur tñ ab expressa oratiōe ecclesie: q̄ statuit sic pro eis orari non debere: vt sic ab inobedientia resipiscant: et ad ecclesie gremiū redeant. ¶ L Unde dicit Durand'. Suf- Duran.
fragia ecclie possunt valere dupliciter. Uno modo ex vi charitatis: que oēs fideles connectit vt sint vnū in dño: et istum valorē non potest excōicatio excludere: quia si sit iniusta: non tollit charitatē ab excōicato: qua manente: manet vnionis vinculū et cōmunio. Si vero sit iusta: sic charitatē non tollit: sed ablatā presupponit. Neq3 em ferri debet nisi pro mortali pctō quo chari-

Missa sp valet ipsi sacerdo- ri qñ est i gratia.

* Rit'a nonusd[...] q orat i[...] cerdos pro tot[...] ecclesia: p olb' [...] dorbo[...] tc. ps. Parua pēmeſa[...] de' ofi[...] mētum [...] tc. et b[...] modo v[...] missa o[...] bus fide[...] lib' vi[...] et defunctis.

Eccl[...] suffra[...] pñt v[...] re dupl[...]

tas tollitur. xj. q. iij. Nemo episcopoꝝ. vbi dicit. Nemo epoꝝ quelibet sine certa ꝛ manifesta pcti causa cõione priuet ecclesiastica: sub anathema te autẽ sine cõscientia archiepi aut coepoꝝ nul lũ presumat ponere: nisi vbi canonica docet auctoritas. Quia anathema eterne est mortis dãnatio: ꝛ non nisi pro mortali debet imponi crimine: ꝛ illis q̃ aliter corrigi nõ potuerunt. Itaq̃ q̃ sic excõicat: seipsum mortaliter peccãdo priuauit grã et charitate: ꝛ per cõsequẽs suffragijs q̃ profluũt a charitate. Alio mõ possunt valere suffragia ecclesie ex intẽtione faciẽtis: q: scz ecclia dirigit suã orationẽ vt illis prosint ꝛ suffragentur. Et illũ valorẽ excõicatio excludit: q: ecclia orare pro talib⁹ excõicatis nõ disposuit. Et hoc facit conformiter dei iudicio: qui punit peccõres q̃nq̃ flagellis castigãdo: vt eos a pctis retrahat q̃nq̃ auxilia sua subtrahẽdo: vt ita infirmitatẽ suã cognoscãt ꝛ humiliati redeãt. Sic ecclia inquantũ excõicatum separat a cõione fideliũ vt erubescat: imitat iudiciũ diuinũ: quo flagellis castigat: inquantum separat ipsum a suffragijs specialib⁹ imitat iudiciũ quo deus hoiem sibi ipsi relinquit: vt per humilitatẽ se cognoscẽs redeat. ❡ M Quãuis igit sacerdos generalissime debeat sacrificiũ suum toti ecclesie applicare: nõ tamẽ debet vocaliter pro excõicato orare: nec ei suũ sacrificiũ applicare: potest tñ als pro eo singulariter orare: vt deus cor suũ immutet: vt deposita temeritatis cõtumacia: ad gremiuz ecclesie reuertat. Sed de hac oratione priuata non loquimur in pposito: sed de oratione q̃ fit ex persona ecclesie pro mẽbris suis non rebellibus. Et q̃uis eis virtus sacrificij sic nõ applicetur: nõ tñ totaliter a fructu sacrificij excludunt: si sint in charitate: quia sicut per excõicationez charitas nõ tollit: ita nec fructus charitatis: q̃ est cõmunio ꝛ participatio boni qđ ex charitate succrescit: ad talẽ eñ participationis priuationẽ se potestas ecclesie nõ extẽdit. Recepit nãq̃ ecclesia potestatẽ in edificationem: ſm apłm. ij. Coꝝ. x. nõ in destructionẽ: que sequeret si quem fidelẽ a charitate et cõione sctõꝝ excluderet p suã excõicationẽ. Hoc eñ esset corpus xpi mysticuz mẽbratim lacerare: vinculũ spũalis vnionis rũpere: et cõpagem totius ecclesiastice congregationis dissoluere. Itaq̃ gladius esset in manu filij ad trucidandũ matrẽ. datus mẽbro ad: cõcidendũ corpus: qđ nefas est ꝛ insanũ. ❡ Siquidem excõicatio medicinalis esse debet nõ mortalis: disciplinãs nõ eradicãs. de sñia excõi. Cũ medicinalis. lib. vj. Simile dicit Aug. i homel. de penitẽtia. ꝛ habet. ij. q. j. multi. Et apostolus j. Coꝝ. v. excõicando tradidit hoiem eius patris vxore incestũ cõmittentẽ sathane in interitum carnis: vt spiritus saluus sit in die dñi. Quẽ locum exponẽs beatus Hiero. super librũ iudicũ dicit. Tradũtur peccatores sathane in interitũ carnis: cũ p delictis suis a xpi corpore separantur: ꝛ de ecclesia per sacerdotẽ pellunt: vt notatus ab oĩbus erubescat: ꝛ conuersus eueniat ei id qđ sequit: vt spũs saluꝰ fiat in die dñi nostri iesu xpi. et habet. xj. q. iij. audi. ❡ N Et sic forte intelligunt quidã dicẽtes (q̃uis incaute) q excõicatio nõ ligat alam sꝫ corpus: q: separat a cõione ꝛ conuictu fideliũ ciuili ꝛ exteriori participatione sacramẽtoꝝ: nõ a fructu aie qui dat ecclesie ob cõmunia suffragia et orationes eiusdem: q̃uis interdũ priuetur quis pp̃ter excõicatio-

Anathema quid.

Hieronymus.

nem fructu excrescenti ex applicatione ecclesie speciali orationũ: et ex participatione sacramẽtorũ eiusdẽ. Priuãtur eñ fructu ꝛ bono qđ prouenturũ erat eis ex officio sepulture: ꝛ exequiaꝝ suffragijs: illa nãq̃ excõicatis ab ecclesia nõ impẽdunt. Priuant ꝛ fructu: q̃ puenit ex participatione sacramẽtoꝝ: scz sacre cõionis: pnie: susceptione ordinis ꝛc. a quib⁹ oĩbus arcent ab ecclesia. Quãuis nõ sit negandũ vsq̃quaq̃ quosdaz particulariter excõicatos plus mereri p virtutẽ patientie: humilitatis ꝛ obediẽtie: quib⁹ se abstinẽt ab exteriori participatione sacramẽtorũ: q̃ vtẽdo eorũdẽ cõione. Sicut verbi grã. Si quis de facto cõtrahens cũ sua sorore quã non posset pbare sororẽ suã esse: ꝛ postea ad cor rediẽs eam a thoro separaret: ꝛ pp̃ter hoc ab ecclesia excõicaret: q: nollet reddere debitũ cõiugale. Certuz est q tenet potius sustinere excõicationẽ: q̃ cõmittere incestum cũ sorore: quaz excõicationis penam humiliter sustinẽs obediẽdo ecclesie: in subtrahẽdo se a sacramẽtoꝝ cõione meret ꝛ participãdo cõtra pĥibitionẽ ecclesie peccaret. Si ergo sic intelligit dictũ premissum: scz q excõicatio nõ ligat alam. i. nõ tollit bona aie: neq̃ separat ab eterna btitudine: q̃ bonũ est ad qđ cetera oĩa ordinant. Et hoc intelligendo de excõicatione ſm se precise: videt q dictũ hoc veritatem habet: q̃uis nihilominus sepe fit in detrimẽtũ aie: pro quãto retardat a beatitudine ꝛ glia. Nã pp̃ter excõicationẽ pene pctis cõmissis: ꝛ quantũ ad culpe reatũ remissis: debite propter priuationẽ indulgentiarũ ꝛ suffragiorum ecclesie tardius soluunt. Preterea augmento gratie qđ sacramentoꝝ susceptio confert: similiter propter excõicationẽ priuat: qua impediunt sic excõicati a participatione sacramentoꝝ: ꝛ per hoc certus glorie gradus p excõicationẽ eius tollit: qui scz respõderet gratie sacramẽtali. Nõ tñ excõicatio vt talis. i. vt pena precise simpliciter excludit a gloria: licet possit excludere a tanta. Pctm̃ tamẽ pp̃ter qđ excõicat si excõicatio fuerit iusta: nisi resipuerit per penitẽtiã: ꝛ per ecclesie recõciliationẽ quãtũ in eo fuerit: excludit simpliciter a gloria. ❡ O Ex illo sequitur q nõ semp est excõicatus a deo qui excõicatur ab homine ꝛ prelato. Nec semper habetur ratũ in celis: quod fit a presidente in terris: sed dũtaxat dum ligat ꝛ soluit claue nõ errãte. Nõ eñ cõmissum est prelatis ligare ꝛ soluere iuxta suorũ motus capitũ: et suarũ beneplacita voluntatũ: sed prudẽter et legitime ſm iuris diuini et humani dispositionem. Et hoc dicere nõ est prebere occasionẽ cõtẽnendi gladium potestatis spiritualis: negare scz eius percussionẽ ad id quod nõ potest attingere: quin potius stulta ipsius extractio: ꝛ vsus indiscretus: ipsum reddit obtusum odibilemq̃. Neq̃ eñ leuiter extrahi debet gladius ille: sed p inobedientia tantũ et criminibus grauib⁹ et manifestis. Nec furor illũ extrahat: sed discretio rationis: restringenda est eñ sub ratione potestas. Nec quid agendum priusq̃ cõcitata ad trãquillitatẽ mens redeat: ait Greg. ad mauricium imperatorẽ. De hoc late tractat. ij. q. iij. plurib⁹ capitulis. ❡ Debet ergo prelatus gladio hoc fe rire in spiritualẽ salutẽ ecclesie: pp̃ter quã conseruandã: mẽbrum putridũ morbosumq̃ excõicationis gladio prescinditur. ꝛ in correctionẽ ac emẽdationẽ eius qui excõicatur: vt sic excõicatio habeat rationẽ medicine curatiue respectu

Nõ semp a deo excõicat⁹ ẽ qui excõicatur ab homie et prelato.

eius cui infligitur: et preseruatiue respectu alio
rum. Nostris autē tēporibus gladius ille dilata
tus est vsq; ad prophanas laicorū causas: ac secu- *Excōicatio ppter pecunias abusus est.*
lari foro agendas: intantū vt nōnunꝙ pro debi
to quinq; solidorū quis excōmunicatione feria
tur: quo abusu gladius ille ita obtunditur: vt in
causis vrgentioribus: vbi vsus eius exposcitur:
acumē scindendi perdidisse videatur: ita vt eius
percussio magis vilipensionē inducit ⁊ ꝯtēptū:
ꝙ corrigendarū salutē animarū: verūtamen ti-
menda est semꝑ pastoris sententia etiā si fuerit
iniusta: vt dicit beatus Gregorius in homelia.
¶ P Redeundo ad propositū vidēdum est de
tertia applicatione: media scilz ⁊ speciali: quā de
primis duabus ex iam dictis patet. Hec quan-
doq; determinata est ex institutiōe et ordinatio
ne ecclesie: que in diuersis parochijs instituit di
uersos sacerdotes parochiales: qui tenent offi-
ciare ecclesias ⁊ celebrare specialiter pro suis pa
rochianis. Cōsimiliter in diuersis collegijs sunt
diuersi sacerdotes instituti ad offerendū sacrifi
cium altaris specialiter pro suis fundatoribus:
etiā pro illis qui sunt in tali collegio: ex quadā
singulari fraternitate: societate: conuictu: vnio
ne tanꝙ mēbro eiusdē corporis quod est colle- *ps.*
gium de quo in ps. Ecce ꝙ bonum ⁊ ꝙ iocundū
habitare fratres in vnum. Et prouerbio. xviij. *Prouerbio. xviij*
Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma.
Et de hoc pōt accipi illud beati Hiero. ad rusti-
cum monachum. In apibus princeps vnus est
et grues vnā sequuntur ordine literato. sequit.
Singuli ecclesiarū epi: singuli archiepi: singuli
archidiaconi: ⁊ ois ordo ecclesiasticus suis re-
ctoribus nititur. ⁊ habetur. vij. q. j. In apibus.
Habent autē ecclesie singule suos ꝓprios recto-
res: nō tm̄ ad correptionē faciendā sz ad recon-
ciliationē pctōꝝ per salutarē hostiā ⁊ orationes
ecclesie impetrandā. Vn̄ Alexā. papa. j. q. j. Ipsi.
ait. Ipsi sacerdotes pro pplo interpellāt: ⁊ pctā
ppli cōcedūt: q2 precibus suis ea delent atq; con
sumunt: qui quāto digniores fuerint tanto faci
lius in necessitatibus pro quibus clamāt exau-
diuntur. Ex quib9 patet ꝓprios sacerdotes suis
fore specialiter obligatos. ¶ Q Sumit etiā de
terminatio huius applicationis medie ⁊ specia
lis ex iusticia: vt scz fiat pro illis: q̄ bona nature:
fortune ⁊ alie specialiter cōtulerūt: quales sunt
parentes qui cū magna solicitudine filios suos
educarunt postꝙ eos in naturali esse constitue-
runt. Sunt et benefactores alij: qui dotarunt
solēniter monasteria: ecclias ⁊ beneficia: vt mi-
nistros in eis residentes: ⁊ his tēporalibus vten
tes: ad orandū ⁊ celebrandum ꝓ eis specialiter
obligarēt. Sunt et predicatores ⁊ magistri: qui
ingēti laborāt diligentia vt alios rite instituāt:
quatenus ad vitā btissimā ꝑficiāt moribus ⁊ do
ctrina: pro quib9 olbus ex equitate ⁊ iusticia sa-
cerdos vt oret ⁊ celebret est specialiter obligat9.
¶ Verū in hac applicatione fm̄ prefatū doc. lo-
co quo supra: gradus inueniunt: fm̄ quos specia
lius ⁊ singularius ꝓ vno: ꝙ alio sacerdos virtu-
tem sacrificii referre pōt. Et possunt tot gradus
poni: pro quot placet sacerdoti: differenter fm̄
magis ⁊ minus specialiter celebrare. Et hoc ve-
rū: nisi in sacerdotis obligatiōe aliud cautū sit.
Vt gr̄a: ponam9 ꝙ aliqs sacerdos velit missam
suā valere trib9 specialiter: vltra hoc ꝙ valet to-
ti eccl'ie generalissime: sint hi pr̄: eccl'ie sue fun-
dator: ⁊ socius suus vel amicus fidelis. Sit pri-
mus a. scōs b. terti9 c. Nec refert an in quolibet
gradu sit vna ꝑsona tm̄ an plures ex equo. Velit
ergo ꝙ missa tm̄ valeat a: ꝙtū alicui valere pōt
alteri a se celebrāte. Et ipsi b. valeat quātū alte-
ri valere pōt post a: ⁊ ipsi c ꝙtū valere pōt alicui
post a ⁊ b. Esto igit ꝙ ex ordie eccl'iastico vel bn̄
ficio recepto teneat quis offerre ꝓ aliquo specia
liter in primo gradu. Non illi preiudicat si in se-
cundo gradu offerat: vel applicet virtutē sacrifi-
cij alteri: ⁊ tertio gradu tertio ⁊ sic de quotcūq;
gradib9. Siquidē nunꝙ applicatio facta poste-
rior: subtrahit aliquid illi cui facta est in gradu
priori. ¶ R Cui autē fieri debet applicatio in
quo gradu dubiū est: an scilz curatus dz in prio-
ri gradu applicare parochianis: ꝙ parētib9 pro
prijs: an econuerso prius parētibus ꝙ parochia
nis ⁊ fundatoribus. An prius ⁊ magis ꝓ iustis
ꝙ iniustis: an potius ꝓ mortuis ꝙ viuis. ¶ Et
possunt fieri rationes ex varijs medijs: puta ꝙ
legi naturali lex positiua nō preiudicat. Ideo vi
detur magis obligari parentib9 ꝙ fundatorib9
et parochianis: quoꝝ obligatio est positiua: pa-
rentū vero naturalis. Neq; presumēdū aliquē
positiua lege. quē obligare voluisse contra legē
nature: neq; sua obligatione impedire sacerdo-
tem quo minus reddere posset libere parētibus
quod tenet. ¶ Sed ad oppositū: si parētes fue-
rint parochiani alterius sacerdotis: habēt eum
sibi tanꝙ filij spiritualibus obligatū: sicut hui9
sacerdotis parochiani habēt hunc tanꝙ patrē
spiritualē sibi obnoxiū. Obligatio autem spiri-
tualis filiationis videtur esse efficacior ꝙ carna
lis. Sic ex maiori indigentia videtur magis ap
plicandū oblationis beneficiū mereri nō pote-
tibus: puta defunctis ⁊ pctōribus a deo separa-
tis vt isti liberent: hi ꝯuertātur. Sed ad opposi
tū: ex maiori vtilitate videri posset orandū ma-
gis pro viuis viatorib9 vt eis gr̄a augeatur: ⁊ ex
consequenti merita: ꝙ pro mortuis vt sola pena
remittatur: quib9 nō ꝓstatur maior gratia: nec
crescit merita. Sic ex charitatis ordine magis
videtur diligēdus iust9 qui deū diligit ⁊ ꝓximū:
⁊ a deo diligit: ꝙ peccator se ꝯtrario habēs mō.
¶ S In his sufficit doctrina ⁊ regula vniuer-
salis ꝓ quietatione celebrātis. vn̄ fm̄ Sco. Se- *Scotus.*
curius videtur ꝙ talē generalē applicationē fa
ciat in missa vel ante missas. Dignetis dn̄e obla
tionē istā acceptare ꝓ illis quib9 nosti me tene-
ri specialiter: ⁊ in eo gradu: quo me nosti obliga
ri. Et quantum ad specialem determinationē
ad aliquē vel aliquos: tutius est eam fieri sub cō
ditione: si deus omnipotēs tibi placet. Verūta-
men quia particularis determinatio omitten-
da non est. Tum propter multiplicē sacerdotis
obligationē. Tum ppter ingratitudinis cuita-
tionē. Tū ppter deuotionis actualis augmēta-
tionem: quā naturaliter parit beneficiorū recor
datio: si gratia dei cōiungatur. Nā particularia
magis mouent. Tū ppter certiorē debiti imple
tionē ⁊ cōsciētie serenationē. In tātis obligatio
nū angustijs salubre est cōsiliū cancel. parrhis. *Joh. Gerson.*
Joh. Gers. tracta. de solici. ec. particu. xliij. ita
dicētis. Ex humilitate laudabili potest fieri co-
ram deo cessio quedā omnium bonorum spiri-
tualium in manibus eius proportionabiliter
ad forum exteriorem de tēporalibus bonis ra-
tione debitoꝝ: ⁊ hoc ex cōsideratione tot exacto
rum: quibus obnoxij sumus: ⁊ qui nos premūt
et quodāmodo suffocant: dicētes, Redde quod

debeo: vt sunt creatio: recreatio: redemptio: debitorū totiens facta remissio. Preterea tam crebra nūc vno mō: nūc altero mediate ꝛ immediate bonorū multiplicatiū facta receptio. Quo casu pauper homūtio sic deprehēsus ꝛ angustiat⁹ dicere pōt ad deū. Dñe vim patior respōde ꝑ me. Tu inquā qui preciū nostrū es: nostra iusticia: nostra redēptio copiosa: redde creditorib⁹ meis quō vis ꝛ scis: tātūmodo vita gratie in hac paupertate me sustētes ꝛ satis est. Idē in trac. de orōne. cōsid. ix. de eodē tractās ita dicit. Quisquis tu tandē ordinatus es ad orandū: nō tm̄ pro te: sed etiā pro ceteris: poteris i ipa meditatiōe tua discurrere vt ab obligatiōe tua te apud deū ꝛ hominē dissoluas. Nihilominus si q̇d in me cōsiliū est: noli esse nimiū scrupulosus circa tue orōnis numerū: pondus ꝛ mēsuras. Cōmitte totū illud deo: q̇ tribus digitis potētie sapiētie ꝛ clemētie appēdit molē terre. Qui numerat multitudinē stellarū: ꝛ oībus eis nola vocat. Qui nūerū nouit arene maris: dic ei tota spei fiducia. Debitor sum pater noster: supra ꝙ possit exiguitas mea soluere debitor: q: me creasti debitor: q: immemor tui: vitiis me sordidās cōtra tua precepta: ꝛ tm̄ mihi parcēs nō me dānasti. Debitor itez proximis: q: de labore manuū suarū: ꝛ sudore vult⁹ sui comedo panē i abūdātia. Debitor carni mee et sanguini: debitor orātibus pro me: debitor laꝑsis per me: ꝛ ita de reliq̇s sine numero. Tot igitur pressus exactiōibus: q̇d agā: quo me vertā: Dñe vim patior: respōde pro me. Sed q̇d respōdebis pro me. Recte prorsus. Si diuidas vnicuiqꝫ illud q̇ātūcunqꝫ suffragiorꝫ qd̄ offerre paupertas mea pōt: qd̄ quantū sit solus vides. Nolo calculū ponere cū singulis proximis ꝛ bn̄factoribus meis. Tu pro parte tua recipias missaꝫ istā. Tu orationē: tu bonū opus alterū: tu sapiētissime meritorū ꝛ suffraganeorū pōderator de⁹: distribue singulis prout vnicuiqꝫ opus est ad vtilitatē suā: ad liberationē meā. Exēplū in ciuilib⁹ applico mihi. Debitor itaqꝫ nō habēs vnde soluat creditoribus suis: solet vel cogitur cedere oībus bonis suis tam habitis ꝙ habituris: retēta necessitate victus sui prout ordinauerit iudex vl' aduocatus. Ita de spūalibus. Cedo corā te dñe ꝑie de⁹. Hec ille. ¶ Nec tm̄ illa sic accipiēda sunt: vt sacerdos omittat determinatā ꝛ specialē applicationē: in hac sola generalitate intētionem suā figens: quoniā vt. s. dictū est: deus ſm ordinē sue sapientie: aliqua dare statuit: propter speciales nostras orationes: ꝛ sacrificiū specialiter applicatū: que al's his pretermissis non daret. Sed propter nimiū scrupulosos: quia per nullā specialē determinationē a scrupulis seruantur: vt hi facta determinatione speciali de qua certi esse non possunt: an facta sit prout fieri deberet: recurrant ad hoc consiliū applicatiōis generalis. ¶ T Fuerunt nōnulli qui ordinē dare nisi sunt (quo specialiū cōmissorum memoria sit habenda) ad obliuionis remediū ꝛ confusionis ac fastidiī subleuamen. Unde quidam ex ordine sex casuum grāmaticalis declinationis noīm: quasi magis celebranti noto: ordinē memorandorꝫ tradiderunt: vt a nominatiuo siue recto: qui primus est casuū. i. a seipso sacerdos a quo ordinata charitas incipit: viuorū memoriam ordinet. Scdo genitiui. i. progenitoruꝫ parentū ac propinquorū carnaliū ꝛ spiritualiū subdat memoriā. Tertio datiui. i. fundatorꝫ patronorū offerētiū ac bn̄factorꝫ a quib⁹ tpalia receperūt. Quarto accusatiui. i. inimicorum naꝫ accusatiuus ex vocabuli interpretatiōe casus est aduersariorū. In hoc tanꝙ perfecti christi imitātes exēplū pariter ꝛ doctrinā dicētis in euāgelio. Mat. v. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: ꝛ orate pro persequētibus ꝛ calūniātibus vos: vt sitis filiī patris vestri q̇ in celis est: q̇ solē suū oriri facit super bonos et malos: ꝛ pluit super iustos ꝛ iniustos. Quātū ad ea eñi q̇ a deo habēt inimici: diligendi sunt: naturā scꝫ qua ad dei imaginē creati sunt: qua proximi ꝛ fratres sunt et quia a christo redēpti ad fidē tāꝙ regni coheredes sunt vocati. Non quoad culpā et defectus in quo a seipsis ꝛ suggestiōe diabolica inciderūt. Quinto vocatiui. i. errantiū infideliū ꝛ peccātorꝫ: vt ad fidē ꝛ cōuersationē sanctā a suis erroribus ꝛ vitiīs cōuertantᷣ. Uel vocatiui. i. preclarorū presidētiū ꝛ rectorū spūaliū ꝛ tpaliū ad ecclesie regimen vocatorū: pro quibus vt specialiter oretur apl's hortatᷣ. j. Timo. ij. Obsecro inq̇t primū oīm fieri obsecratiōes: orōnes: postulationes: gratiarū actiōes: pro oībus hoībus: pro regibus ꝛ oībus q̇ in sublimitate cōstituti sunt: vt quietā ꝛ trāquillā vitā agamus in oī pietate ꝛ castitate. Per reges: oēs intelliguntur rectores. Sexto ablatiui. i. eorū quib⁹ bona al's corporis aut fame abstulim⁹: occasionē dāni spūalis aut tpalis dedimus verbo vel exēplo: q̇b⁹ obnoxii sumus ad restitutionē: ſm illud saluatoris Mat. v. Si offers mun⁹ tuū ad altare ꝛc. Uerū etsi hoc mō celebrātis memoria iuuari possit: nō tm̄ hic ordo supradictorꝫ graduū ordini correspondet: nā in priori gradu applicanda est virt⁹ sacrificiī his q̇b⁹ magis obligamur. Sum⁹ aūt magis obnoxiī eis quos dānificauim⁹. Itē ecclīe rectoribus tāꝙ spūalib⁹ parētib⁹: q̇ per ablatiuū ꝛ vocatiuū ſm dicta intelligūtur: ꝙ inimicis ꝛ infidelibus ac ecclesie ꝑsecutorib⁹: quos accusatiu⁹ cōmemorat. Processus etiaꝫ ille prolixus videtᷣ: et distractionē sacerdoti: ꝛ fastidiū ingerens ꝑplo circūstāti. Qd̄ oīmode cauēdū est: cū nō sibi: nec pro se tm̄ sacerdos: sed ecclīe ꝛ circūstātib⁹ i hoc officio debeat deseruire. Ideo nonnulli alio mo memoriā ordināt magis correspōdēter ad gradus supradictos: vt in primis specialē memoriā faciāt eorꝫ: pro quib⁹ pro ista vice celebrare cōstituere: q̇ variari possunt: vt sint nūc illi nūc aliī. Nō eñi celebrās tenetᷣ in oīb⁹ missis eundē determinatiōis modū obseruare: vt scꝫ semp in ꝑmo gradu specialis applicatiōis: applicet parētib⁹: vel fundatoribus: aut spūalibus filiīs ꝛc. sed nūc istis: nunc illis. Qm̄ etsi sacerdos obligatus est multis: est tm̄ illa obligatio quantū ad missas celebrandaꝫ precepti affirmatiui: qd̄ non obligat ad semper: sed pro aliquādo ꝛ certo modo: alioquin sacerdos teneretur quotidie celebrare: qd̄ tamen beatus Augu. nec laudat nec vituperat. Laudaret autē celebrare: et vituperaret nō celebrare quotidie: si ad id sacerdos teneretᷣ. Ideo dum ex fundatione sui beneficiī vel officiī aut ex cura animarū sibi imposita nō obligatur ad celebrandū: potest applicare cui voluerit. In quo simplices sacerdotes nō curati maiori gaudent libertate pro quāto rōne beneficiī (si quod obtinent) solis fundatorib⁹ sint obligati: ꝛ frequenter ad certas missas ſm tenorem fundationis: q̇s cū perfecerint ad plures non tenētur: igitᷣ in aliīs quātū ad determinatiōes: sunt liberiores.

Mat. v.

[handwritten:] meliu. nasti... rre pericelom sacerdos debere ... simul

[handwritten:] nor. / ordem habendus in particulari / a sacerdote in oratio. vel in memento missae. /.

Ideo nunc celebrare pōt specialiter: ⁊ in primo gradu medie applicatiōis pro parētibus: nunc pro certo benefactore: nūc pro certo liberando seu conuertēdo pctōre: ⁊ hoc vel viuis vel defunctis. ¶ V Et ſm hec primo ⁊ in pzio gradu memoria est habēda pro illo vel illis pro quo vel q̄bus hac vice principaliter celebraṫ. Suo tn̄ loco l. in memoria viuorū: si in hac vita fuerint. Uel mortuorū: si hinc per mortē transierint. Deinde scdo parētū ⁊ cognatoꝝ carnaliū ⁊ spūaliū. Tertio cure sue subiectoꝝ tanq̄ spūaliū filioꝝ: si curatus fuerit. Quarto cōfratrū suorū: suorū mēbrorū eiusdē corporis: si sit eccl'ia religiosa collegiata vel domus priuata. Quinto fundatorū patronorū ⁊ benefactorū tpaliū ⁊ spūaliū. In quibus quilibet sibi regulā ⁊ ordinē pstituat ſm cōgruitatē ⁊ exigentiā sibi cōiūctorū quo propius sue occurrāt memorie. Nō tn̄ opus est vt memorandorū nōia occurrāt aut recitētur. sufficit q̄ persone occurrāt mēti. Dū vero nōia occurrūt i genitiuo casu mēte tenēda vl' ore exprimēda sunt: vt Memēto dn̄e famulorū famularūq₃ tuaruꝫ. hui⁹ ⁊ illius aut illorū: quaten⁹ debita ⁊ cōgrua precedētiū ⁊ sequētiū in textu canonis fiat cōnexio. Et qm̄ nō satis certū est: q̄s cui i graduū prefatoꝝ ordine pponēdus sit: itēdat celebrās gn̄aliter vt dn̄s iustissim⁹ olm distributor acceptare digneṫ sacrificiū p his eo ordine ⁊ mō quo se nouerit obligatū. Addēs saltē mente hoc vel equalens. Et olm quib⁹ me nosti debitorē. ¶ X Ne aūt in hac memoria vel sacerdoti distractio: vel

Regula Scoti. circūstātib⁹ fastidiū surrepat: seruet regl'a Sco. vt scꝫ sacerdos an̄ accessuꝫ altaris se recolligat ac itētionē suā ad eos pro quib⁹ specialiter celebrare disposuit dirigat: ac itētionē talē deo offerat. Sic em̄ sufficiet in missa eoruꝫ memoriā habere in cōi: q₂ de⁹ oblationē ⁊ deuotionē suā pro illis acceptat: pro quib⁹ ordinauit se velle offerre. Et ita nō oportet morā facere in memoria: duꝫ ibi intētio ad eos referṫ generaliter: quoꝝ mēoria prius habita est in spāli. Et tātū de q̄stiōe pma.

¶ Lectio. xxvij. A

AD secūdā questionē: qua q̄situ̅ est vtrū applicationeꝫ virtutis sacrificij īpediat malicia vel suspensio celebrātis ministri. Respōdetur p hāc cōclusionē. Personalis suspēsio aut malicia sacerdotis nō tollit virtutē sacrificij al's rite ministrātis. Hec cōclusio declaraṫ. Nā q̄uis sacerdos peccator sit: ⁊ extra gratiā: ⁊ per consequēs nihil in se habeat vnde possit a deo sua oblatio ⁊ obsecratio acceptari in ordine ad aliqd̄ bonum cōferendū: quia tamen oblatio hec et oratio nō est sua principaliter: sed ecclesie spōse christi: inter quā ⁊ christū nūcius est: ci⁹ orationē portās in ore: quā porrigit exaudiendā patri misericordiarū: sequitur q̄ sua personalis malicia nō reddit orationē illā ⁊ oblationē deo execrabilē: ⁊ inexaudibilē. Non em̄ obsecrādo innititur gratie proprie sanctitatis: sed dilectiōi ⁊ charitati aliene. Unde Guill'. parrhiſ. in lib. de sacramentis

Guillermus parrhisien. trac. de ordine. Aliud inquit est īterpellare pro alio vt amicuꝫ: siue beniuolum: ac inniti gratie proprie sanctitatis. Et aliud interpellare vt nūciuꝫ: ⁊ preces ⁊ interpellationē offerre aliene (vt ita dicamus) charitatis. Illud em̄ primum olm est et singulorū sanctoꝝ: illud aūt propriū est sacerdotum. Ex officio quippe sacerdotali: sacerdos nō preces suas et supplicatiōes offert patri misericordiarū: sed preces ⁊ supplicatiōes ecclesie: vt internūcius ⁊ mediator. Et sicut aduocatus non iura vel statuta sua allegat: sed aliena: ⁊ verba ci⁹ cui patrociniū prestat in ore gestat: sic ⁊ sacerdos ex officio publico verba: īterpellationes ecclesie: ⁊ oratiōes in ore gestat: ⁊ eas quodā modo patri misericordiarū ore suo porrigit audiēdas ex parte eccl'ie sue. Et illō dicit diligēter attēdendū: q₂ illud est qd̄ errare fecit hereticos circa illud sacerdotale officiū: scꝫ interpellandi. Nō em̄ attēdebāt q̄ sacerdos ex sacerdotali officio preces eccl'ie non suas offerat: ⁊ propter hoc interpellationē maloruꝫ sacerdotū irritā ⁊ nul-

Quis exaudiat. lam dicebant: sumentes occasionē ex illo quod dicitur Iob. ix. Peccatores deus nō audit. Quo verbo magna cecitate abusi sunt. Ille eniꝫ proprie exauditur: cuius desideriū adimpleṫ. Oratio vero quā ore gestat sacerdos: nō sua est sed ecclesie: q̄ oratio quā sic porrigit si exaudiṫ: eccl'ia exauditur non sacerdos. Quēadmodū ergo petitio aliena in scriptis oblata pncipi: recipitur ob gratiā eius cuius est: ⁊ ex cui⁹ nōie offertur: q̄ et in ea loquitur petens ⁊ supplicans: ⁊ ipse proprie exauditur: quare ⁊ eius desideriū adimpletur: ac pro ipso petitio admittitur. Non autē ille per quē petitiōis scriptura porrigitur. Sic dicimus ⁊ de petitione ecclesie: que per sacerdotē licet malū: principi deo porrigitur. Nō em̄ refert an voce an scriptura petitio offeratur. Nec alid̄ aliquid vendicare debet in gr̄a exauditiōis procurator: qui per vocē petitionē porrigit: q̄ ille q̄ per scripturā: nec vox amplius aliq̄d h₃ vel operatur in eadē gratia: q̄ scriptura. Cōstat autē q̄ ei qui per scripturā petitionē porrigit: nihil gr̄e fit: sed ei cuius nōie ⁊ pro quo fit: ita nec proprie dici pōt q̄ malū sacerdotē deus exaudiat i hoc casu. ¶ B Deniq₃ deus ecclesie precibus: fusis tn̄ per sacerdotē ad cōcedendū qd̄ petit: nō propter sacerdotē talē cōsentit: in eo ergo qd̄ concedit exaudiṫ ecclesia nō sacerdos. Eccl'ie em̄ vox (interior scꝫ intellectus ⁊ significatio orationū vocaliū: quas offert sacerdos) est quā audit pater misericordiarū. Exteriorē autē strepitū per se nō curat. Qui em̄ strepitu tantū exteriori clamat: illuꝫ deus apud se tacere reputat. Ex quib⁹ satis patet cōclusio. Quāuis em̄ sacerdos malus sit: neq₃ in se habeat vt possit sacrificiū deo placere: ab eoq₃ in ordine ad spūalia bona cōferenda acceptari: q₂ tn̄ nūcius ⁊ procurator est ecclesie deo dilecte: in hac oblatiōe: que ex officio sibi incūbit: respicit de⁹ ad ecclesiā principaliter offerentē: ⁊ petentē nō obstāte malicia nuncij offerētis. Et si per impossibile in eccl'ia tota militāte: nullus esset deo acceptus: obsecratio hui⁹ sacrificij nihil a deo impetraret in rōne oblationis: q₂ sic nullus esset in ecclesia offerēs ⁊ petēs sibi gratus. Tn̄ oblatio illa posset esse sibi grata: placita ⁊ accepta: inquantū oblatio sacrificij efficaciā habet ex merito eccl'ie offerētis: sec⁹ īquātuꝫ h₃ efficaciā ex institutiōe xp̄i. ¶ Et ad hoc videtur sonare Guill'. parrhiſ. in loco supra allega-

Cyprianus. to: volēs saluare dictum beati Cypriani martyrio: dicētis hereticoꝝ sacramēta inania esse: irrita ⁊ vacua. Cū em̄ eccl'ia hereticoꝝ eccl'ia sit malignātiū. ⁊ deo odibilis: vt puta adultera ⁊ apo-

statrix: manifestū est (dicit) ꝙ nec eā ꝑ se: nec ꝑ nūcios audit de⁹: ⁊ ꝓpter h̄ dū sacerdos nūciū ei⁹ se gerit determīate: nihil ipetrat: neqꝫ ī aliq̄ vllatenus exaudit̄: cū preces porrigit noīe eccle sie manicheoꝝ aut alteri⁹ secte dānate nō noīe sancte eccl̄ie catholice: q: nō est nūcius ⁊ ꝓcurator catholice: sꝫ eccl̄ie malignātiū: cui⁹ oratonē gestat in ore intēdēs ꝑ sua secta: nō vniuersali sancta ecclīa veniā ⁊ gratiā postulare. Hinc q: vox illa vox est diabolice fictiōis q̄d mirū si nihil impetrat: q: ꝓo vox sacerdotis eccl̄ie catholice vox est sancte eccl̄ie ⁊ deo dilecte ꝯgregatiōis: q̄d mirū ꝙ hāc exaudit p̄r misericordiaꝝ: ⁊ exauditionē ei⁹ ꝓcurat celestis aduocat⁹ eiusdē eccl̄ie spōsus. Quid mirū si illā repellit vt vocē partis: istā admittit vt vocē placētis amice. Lōge eīn distat petere panē filioꝝ dare canib⁹ a patre misericordiaꝝ: ab eo q̄d est petere panē filioꝝ dare filiis ab eodē p̄re. Lōge etiā sunt ꝑsone canine a ꝑsonis filioꝝ: ꝑsone adultere et apostatricis: a ꝑsona spōse icorruptibilis castitatis ⁊ iseparabilis charitatis. Vox coruina a voce colūbina: latratus canin⁹ a voce filioꝝ. Et ꝙ dicit btūs Augu. (*Augusti.*) sacramenta hereticoꝝ efficacia fore: itelligi dꝫ: dū seruāt formā ⁊ ritū eccl̄ie vniuersalis: illā autē mutare itelligunt̄: q̄ñ tota petitio coꝝ est: hoc est coꝝ noīe: ex coꝝ parte: et ꝑ eis determinate. Hoc eīn est ꝯtra formā eccl̄ie catholice: imo ecclesia catholica ab eoꝝ orōne penitus excludit̄: vñ sic petit̄ ex pte inimicoꝝ dei: petit̄ ⁊ ꝓ inimicis dei: q̄d obsistit īpetratiōi: qualr̄ nō est de nostris sacerdotib⁹: lꝫ q̄ñqꝫ malis. Nō eīn vt dictū est: meritis suis: aut ꝓpria scītate nec ꝓprio nomine petūt sꝫ noīe ⁊ meritis scīe eccl̄ie cui veniā puritatē ⁊ grām postulāt. Hec Guil. ❡ C Sꝫ (*Obiectio*) hic aliq̄s opponeret auto. btī Grego. in pasto. Cū is q̄ ad itercedēdū mittit̄: irati anim⁹ ad deteriora ꝓuocat̄. Ad quā dr̄ ꝙ h̄ ꝟitatē hꝫ: q̄ñ aliq̄s mittit̄ ad itercedēdū ex ꝓpria ꝑsona fauore ⁊ grā sui ꝑsi⁹: tal' ei placare nō pōt irati. Secꝰ si (*Rn̄sio ad obiectionem.*) mittit̄ tāꝙ nūci⁹ ad itercedēdū noīe ⁊ meritꝭ alteri⁹ grati ⁊ accepti: tūc placari pōt anim⁹ irati ꝯtiositate nō nūcij sꝫ nūciū mittētꝭ. Sicut est videre in nūcio ferēte petitiōes literatorias: qui nūcius q̄uis displiceat obsecrato: tñ petitionē audit intuitu ⁊ fauore eius q̄ illū misit. Vel aliter dici pōt: ꝙ malus sacerdos nō mittit̄ ab ecclesia ad intercedēdū ad deū ꝑ salute populi immo poti⁹ ꝓhibet̄. Statuit eīn ecclesia vt missas nullatenus dicat displicēs: nec irreconciliatus deo: cū ꝓo se ingerit peccat. Est tñ nūcius nō ex missione ecclesie: sed ex officio ⁊ ordine. ❡ Aliter ⁊ melius dicit predictus doctor: ꝙ est verū: ꝙ animus ad deteriora ꝓuocatur sed cōtra cuꝫ qui temere intercedere presumit: ⁊ maiestatem iudicis nō veret̄: spurcitias vitioꝝ ⁊ peccatoꝝ suoꝝ impudēter ⁊ irreuerēter oculis eius ingerens. Similiter ⁊ contra eū qui talē ad intercedendū sciēter mittit: nullatenus autē cōtra ecclesiam sanctoꝝ: q̄ id illa parte omnino innocens est ⁊ immunis: alioquin ex alieno delicto: ecclesia incurreret offensam dei: q̄d sentire iniquissimū est: sibi ergo huiusmodi ꝑsumptor iudicium mādicat ⁊ bibit. Ecclesia autē de fonte (*Obiectio*) illo saluatoris haurit aquas salutares: vt dicit̄. Esa. xii. ❡ D Sed iterū quis opponeret. Si fructum misse non impedit malicia celebrātis quin deus det dona sua ad obsecrationem mali sacerdotis sicut et boni: cur canones multos sacerdotes ꝓhibēt celebrare. Ad hoc respondetur ꝙ generaliter omnes sacerdotes in mortali crimine existentes prohibent̄ a celebratione: q̄uis fructus celebrationis aliis pro quib⁹ celebrant: nullatenus subtrahat̄: ⁊ hoc propter salutē propriam celebrātis: q: dicit apl's. i. Cor. xi. (*Rn̄sio.*) Qui mādūcat ⁊ bibit indi. iudiciū sibi mādu. et bibit. Nec vult ecclesia salutē ꝓcurare multoꝝ: cū interitu ceteroꝝ presertim ministroꝝ suorū: sed nec sacerdotē in peccatis existentē mouere debet ad celebrādū salus aliena: si illā cū detrimēto salutꝭ ꝓprie ꝓcuret: cū dicat xp̄s Mat. (*Matth. xvi.*) xvi. Quid prodest hoi si vniuersum mūdū lucretur: anime ꝓo sue detrimētū patiat̄: aut quā dabit homo cōmutationē ꝓ anima sua. Et btūs Greg. Quid ꝓdest facule ꝙ aliis lucet: cū ipsam (*Gregori⁹*) edax flāma cōburit. ❡ Singl'r tñ multi sacerdotes ꝓpter peccata specialia a celebratione suspēdunt̄: q: ipsoꝝ pctā huic venerabili sacramēto specialiter repugnāt ⁊ aduersant̄. Hoc sacramētū eīn est sacramētū fidei: ideo repellunt̄ heretici defectū fidei patiētes. In hoc sacramēto est (*Sacrī eucharistie diuersa nomina*) vīculū charitatis: ideoqꝫ repellunt̄ scismatici q̄ rūpunt vinculū ecclesiastice vnitatis. Sacramētū hoc est vas grē: vñ dr̄ eucharistia. i. bona grā ideo repellunt̄ simoniaci qui gratiā dei emere et vēdere nō erubescūt. Sacr̄m hoc sacr̄m est cōionis: vñ ⁊ cōio appellat̄: ideo repellunt̄ excōicati q̄ a cōione eccl̄ie sūt exclusi. Itē est sacr̄m dignitatis immo dignissimū: ideo repellunt̄ degradati: q̄ offi ⁊ dignitate eccl̄iastica sūt priuati. Itē est sacr̄m ꝟtutis perfectiue: ideoqꝫ repellunt̄ suspēsi ⁊ irregulares: qui man⁹ habēt ligatas: propter q̄d in exercitiū ecclesiastice ptātis s̄m act⁹ hierarchicos: q̄ sunt purgare: illuminare: ꝑficere: admitti nō debent. Itē in hoc sacro eleuatio mētis esse dꝫ in deū singularis: ideoqꝫ repellūtur fornicarij: q̄ tanꝙ carnales nō possunt ea q̄ spūs sunt: degustare: s̄m illud apl'i. Animalis hō nō percipit ea q̄ sunt spūs dei: stulticia enim (*Obiectio*) est illi. j. ad Cor. ij. ❡ Tertio posset opponi ꝯtra ꝑdicta. Sacerdos mal⁹ carēs grā: q̄ vita est ale: (*Solutio obiectionis.*) est mēbrū ⁊ organū mortuū: ergo ꝑ ipm nō pōt fieri influxus grē ⁊ vite spūalis a xp̄o capite. Antecedēs p̄ꝫ: q: caret vita. Cōsequētia pbat̄: quia mēbrū aridū ⁊ organū mortuū: nō pōt esse mediū influxus vite in aliud mēbrū: vt manifestum est in corpe vero: ergo nec in mystico. ❡ E pro solutione hui⁹ oppositionis notandū: ꝙ q̄uis ecclīa dicat̄ corpus xp̄i: ⁊ fideles hui⁹ corporis mēbra: christus ꝓo caput tñ magna differentia est hui⁹ mystici corporis ac mēbroꝝ suoꝝ ⁊ capitis. a corpore: mēbris et capite naturalibus: quoad participationē influxus vite sensus ⁊ motus. Unde in toto corpore: natura pura humana: est vna vita oīm partiū: q̄ ab ipsis participatur ordine quodā. Quia primo vita in corde reperit̄: q̄d s̄m phm: est primū viuēs: ideo principium vite appellat̄. Post hoc recipit̄ in aliis mēbris: s̄m ꝙ magis vel minus ꝓpinque se habēt ad id principiū vite. Est quoqꝫ hec deriuatio vite a corde naturalis: ita ꝙ nō est in cordis potestate vitā in se cōtinere ⁊ ceteris mēbris nō cōmunicare. Nec etiaꝫ cor cōtingenter: ⁊ libere respicit membra: ita possit influere vitā in mēbrū distans: absqꝫ hoc ꝙ influat in membrum propinquius. Sicut nec in potestate solis: lumē in aerem non diffundere: neqꝫ est in eius potestate illuminare partē aeris distantē: quin prius

(manu:) cor est pimū viuēs · s̄m phz

illuminet partem aeris propinquaꝫ: ⁊ hoc inest
talibꝰ causis ex cōditione sue nature. Est ergo
in corpore naturali vna vita: ala scʒ vegetatiua:
q̄ quodā ordine icipit esse in corpore: primo in
corde: deinde in mēbris ꝓpinquioribꝰ: ⁊ sic do-
Pn̄cipiū nec mēbra singula viuificent. Nō sic in corpore
vite sp̄ua mystico: qđ est eccl̄ia ⁊ suis membris. Sicut eīm
lis ē xp̄s hec mēbra nō cōtinuant adinuicē: vt quid vere
vnū cōstituāt: sic in isto corpore nō est vna vita
nūero: sʒ q̄libet mēbrū viuēs viuit ꝓpria vita
distincta a vita alterius: alia siquideʒ est gr̄a et
charitas sortis: alia platonis: nec cōstituūt vnā
gratiā numero: sicut partes vite aīalis bruti cō
stituūt vnā vitā: scʒ vnā totalē alaꝫ: sicut partes
corpis vnū totale corpus numero. ¶ Participa
tio etiā vite sp̄ualis corpis mystici: non est sīlis
participatiōi vite naturalis corporis materia-
lis a pn̄cipio vite. Nā principiū vite sp̄ualis xp̄s
est: q̄ est caput eccl̄ie: a quo descēdit gr̄a q̄ est vita
⁊ oꝑationū meritoriaꝝ vitale pn̄cipiū. Est aūt
xp̄s huiꝰ gratie cā nō naturalis: sʒ mere libera ⁊
gratiosa: influēs hāc vitā cui vult: ⁊ prout vult.
Neqʒ ordinē talē hʒ ad mēbra eccl̄ie: vt nō pos-
sit vni mēbro influere: nisi prius influat alteri.
Qm̄ etsi in eccl̄ia vnū mēbrū sit cā influxꝰ vite i
aliis: vt sacerdos est cā baptizato ⁊ cōfitēti īfusio
nis gr̄e: nō tn̄ nisi ministerialis. Nō eīm causat
gr̄aꝫ effectiue i quocūqʒ: q2 gr̄a a solo deo creat̄
sʒ est cā ministerialis: q2 ꝑ ministeriū sacerdotꝫ
causat deꝰ gratiā: quo ministerio nō adhibito:
deꝰ gratiā nō influeret. Et qđ sic est cā vite dū-
taxat ministerialis: nō opʒ viuere vita tali: qua
ipm cui vita cōcedit̄ per ipm. Nec opʒ ꝙ sit ꝓ-
pinquius principio vite in participādo talē in-
fluxū: sed sufficit ꝙ sit ꝓpinquius in gradu ⁊ or
dine ministrādi. Vñ sacerdos sic vitā influit in
mēbra eccl̄ie ex suscepto ministerio qđ sibi ꝯue
nit: nō ex ꝓpria vita sp̄uali ⁊ sctitate: sed ex offi-
cio ⁊ ordine. Sicut eīm nō facit militē virtus et
fortitudo bellica: sʒ ascriptio principio ⁊ institu
tio. Nec robur corporis sup decē milites decu-
rionē: sʒ principis electio tradita ptās. Neqʒ ꝓ-
curatorē prudētia ⁊ solertia ꝓpria: sed constitu
tio a dn̄o litis ⁊ cause. Sic sacerdotē influere vi
tā gr̄e suo mō nō facit sanctitas vite: sʒ ordo et
officiū sacerdotale. Ratione cuiꝰ cōpetit sibi of
ferre preces eccl̄ie spōse xp̄i: cui xp̄s: qđ pie desi
derat: negare nō potest. ¶ F Per hoc patet re
Dubium spōsio ad oppositionē. Licet eīm sacerdos malꝰ
sit organū mortuum eccl̄ie pro quanto caret in
seipso vita gr̄e: influere tn̄ cā pōt in alia mēbra
ministerialiter. Qđ nihil aliud est dictu: nisi ꝙ
pōt exhibere suū ministeriū: offerēdo preces et
sacrificādo s̄m īstitutionē xp̄i ⁊ ecclesie: cuiꝰ mi
nisteriū xp̄s oꝑat̄ effectū ad quē ipʒ ministeriū
est ordinatū. Nec est sīle de mēbris naturalibꝰ
corporis: ⁊ mēbris officialibꝰ eccl̄ie certo mini
sterio deputatis: vt patet ex premissis. ¶ G Sʒ
adhuc restat breue dubiū: cū dictum sit ꝙ sacer
dos celebrans nuncius est deferens eccl̄ie pre-
ces ad spōsum ⁊c. Et si hoc saluari posset quoad
sacerdotē in mortali peccato occulto existētem
quđ aūt verū est quoad suspēsuꝫ ⁊ excōmunica-
tū: queꝫ ecclesia manifeste ꝓhibuit: ne tali lega
tionis officio fungeretur: ⁊ ita in officio qđ cele
brat contra ꝓhibitionē ecclesie: non videtur ꝙ
Solutio gerat tanq̄ nuncius personā ecclesie. ¶ Ad qđ
dubij. dicendū ꝙ sacerdos rite celebrans quātum ad
materiā: formā ⁊ intentionē: hoc est habēs de-
terminatā panis ⁊ vini materiam proferēs for
mam a christo institutam: intendēs qđ ecclesia
intendit: q̄ sunt de essentia officij ⁊ cōsecrationis
vt dictū est lec. vj. Hec inquā sic agens: sicut ve-
re cōsecrat: ita nuncius est ecclesie: ciusqʒ perso
nā gerit: licet fuerit suspēsus: excōicatus vel de-
gradatus: ⁊ ꝑ hoc ab eccl̄ia ꝓhibitus. Cuius ra
tio est: q2 esse sic nūciū eccl̄ie: ⁊ eiꝰ ꝑsonā gerere:
est īseparabiliter ordini ⁊ officio sacerdotali an
nexum: quo semel suscepto priuari nō pōt: pro-
pter characteris in susceptiōe ordinis impressi
indelebilitatē. Nec ꝓhibitio eccl̄ie hoc efficit vt
officiū ꝓhibitus simpliciter exercere nō possit:
sed vt nō licite possit. Est eīm in hoc quasi ꝓcura
tor ⁊ nūcius irreuocabilis eccl̄ie: habēs formā
sui officij: quā tenendo quotiens officiū exercet
ꝑsonā eccl̄ie representat: licet hoc faciens cōtra
prohibitionem peccet. Exemplū ad hoc in hu-
manis. Si princeps cōstituit officialē irreuoca
bilē ⁊ perpetuū: s̄m certā sibi traditā formā suo
noīe regentē: licet postea ꝓhibeat ne aliqua fa-
ciat: nihilominꝰ q̄ post ꝓhibitionē s̄m formaꝫ
in sua institutione traditā agit: virtute prime cō-
missiōis in ꝑsona sui dn̄i agit: ⁊ factū tʒ: lʒ sic fa
ciēdo dn̄m offendat. Ita ⁊ in ꝓposito: ꝙ ꝓ̇s sic
ꝓhibitus nihilominꝰ ⁊ celebrare attētans: vere
cōsecret seruatis ꝑdictis substantialibus: supra
ostēsum est lec. ij. Hec est de secunda questione.
¶ H Questio tertia quā questitū est quđ alicui
liceat ordinare vt missa specialiter celebret̄ pro
se: cū quilibet tenet̄ oēs primos sibi equaliter
diligere. Nā sic specialiter ordinando diminuit
bonū ꝓximi: qđ est cōtra fraternā charitatem.
Est ⁊ cōtra rationē huius sacrificij: qđ ideo cō-
munio dr̄: q2 oībus cōiter valet. Et bonū quā-
to cōmuniꝰ: tāto diuinius: ideo huic cōmunita
ti nihil subtrahēdū erit ꝑ specialē applicatiōeꝫ.
Questio ista cū precedentibꝰ: ⁊ earū solutiōe: vi
det̄ presupponere ꝙ missa celebrata ꝓ pluribꝰ:
minꝰ valeat cuilibet pluriū: q̄ si pro paucis siue
paucioribꝰ aut ꝓ vno solo celebraretur. de quo
paulo latius videndū est. ¶ Ubi nūc premittē- Bona q̄
dū: infra latius declarādū: ꝙ in effectu: siue fru plurima
ctu misse plura bona cōprehendunt̄: scʒ maloꝝ in effectu
ablatio: puta solutio pene pro pctis debite: ⁊ bo misse cō-
noꝝ gratuitoꝝ collatio: tā gratie gratū facientis ꝑhēdunt̄
q̄ gr̄e gratis date. Sicut ⁊ xp̄i passio quā missa
representat: pene debitū quo tenebamur obno
xij: absoluit: celū aperuit: gratiā ⁊ gloriā: ⁊ bona
cūcta nobis meruit. ¶ I Quantum ad pene
solutionē: cōmunis est ⁊ pene omniū sententia
missam vnam non tantū valere pluribus: si pro
cis ex equo celebret̄: quantum valeret si vni soli
vel paucioribꝰ applicaret̄. De hoc btūs Tho. in
scripto. iiij. disti. xlv. q. principali. ij. dicit. Suf- Thōas.
fragie vno modo valent ad hoc ꝙ per intentio-
nem vnius alteri applicant̄: etsi satisfactio vniꝰ
alteri cōputat̄. Et hoc mō nō est dubiū qui ma
gis valent ei pro quo fiunt: immo sic ei soli va-
lent. Satisfactio enim proprie ad remissionem
pene ordinatur: vnde quantū ad dimissionē pe
ne precise valet ad suffragium ei pro quo fit. Et
sequitur. Magis valet suffragium alicui quod
pro eo singulariter fit: q̄ qđ fit pro eo commu-
niter ⁊ pro multis aliis. Sic enīʒ effectus suffra
gij diuidunt̄ ex diuina iusticia inter eos pro qui
bus fiunt. Idem sentit magister eadem distin.
dicens. Potest dici plura subsidia contulisse di-
uitij ad celeriorem solutionem: non pleniorem.

¶ Quantũ vero ad collationẽ boni: quidam vt
prepositiuus: et ceteri dicere volebant: ꝙ missa
nõ plus valet vni vel paucis si pro illis celebrat:
ꝙ valeret eisdẽ si simul pro pluribꝰ diceret. Qḋ
sic ostẽdere nitunt. Bonũ spũale ꝓportionatur
spiritui: sed spũs est vbiq; totus: ⁊ nõ cõmunica
tur ꝑ partes: igitur bonũ spũale cõicat sine diui
sione: ⁊ ita nõ minuit: lz pluribꝰ cõicet. Hoc etiã
exẽplo corporali declarat: vbi minus apparet
ꝙ in ꝓposito. Nã aliqua corporalia de quibꝰ mi
nus videtur ꝙ de spũalibus: nõ minus cõicant
cuilibet si pluribꝰ cõmunicant: ꝙ si ei soli cõica
rent. Patet de lumine cãdele simul illuminãtis
plura illuminabilia et equaliter sicut si illumi-
naret quodcunq; illorũ solũ. Patet etiã de voce
que equaliter simul immutat quẽcũq; multorũ
audientiũ: sicut si imutaret vnũ eorũ tñ. Ad hoc
Hieronymus. facit auto. beati Hiero. de ꝯse. dist. v. Nõ medio
criter. vbi inter alia sic habetur. Cũ pro centum
aiabus missa vel psalmꝰ dicit: nihil minus ꝙ si
ꝓ vno quolibet eorũ diceret: accipit. ¶ R Alij
vero aliter opinant. vz ꝙ missa plus valet pau-
cis vel vni: etiã quantũ ad collationẽ boni: si ꝓ
eis determinate celebrat: ꝙ si cũ illis etiã pluri
bus aliis applicaret. Et hoc siue attendatur va
lor misse correspõdens ex ope opato institutio-
nis. s. xp̃i: siue ex merito offerentis ecclesie: siue
ex hoc opere operãte ꝑsonalis meriti celebran-
tis. Qḋ sic ꝓbat: quia oĩ merito finito ẜm plenã
iusticiã: correspõdet adequate aliqḋ premiũ de-
terminatũ ad certũ gradũ: sed meritũ celebra-
tionis misse est finitũ: ergo sibi correspondet in
premio bonũ finitũ: ⁊ ad certũ gradũ determi-
natũ. Consequentia est in tertio prime. Maior
nota: q; ẜm iusticiã retributiuã oportet esse pro
portionẽ premij ad meritũ. v. Eth. Ergo finito
merito nõ correspõdet infinitũ: sed determina-
tum premium: finiti enĩ ad infinitum nulla vn
ꝙ est proportio. ij. de cõsola. prosa. Minor autẽ
probat de quodlibet merito misse: nã de merito
ecclie offerẽtis: ⁊ de merito personali sacerdotis
celebrãtis: manifestũ est ꝙ infinitũ nõ est. Neq;
enĩ grã: que radix est meriti: neq; actꝰ ex grã eli-
citus ecclie vel sacerdotis: que creature sunt: est
infinita ⁊ infinitꝰ ergo nec meritũ. Meritũ enĩ
cõmẽsuratur grẽ ex qua: ⁊ actui qui ex ea elicit.
Attende de aceto. ad vltimū corruptionis a qua nō cōtingit regredi in vinū: qd simpliciter est alterius speciei: et de illo sanguis xpi nō cōficit. Vel nondū ad tantam corruptionē est deductū: sed est quasi vinū acidū nondū plene corruptū: et de illo pōt fieri cōsecratio. Ad hoc allegat Inno. dicentem. Licet diligenti studio vinū optimū sit inquirendū: vt in sacrificiū offerat: vitiū tamē vini nō maculat mundiciā sacramēti. Quocirca siue nouū vinū: qd dicitur mustū: siue vinū acidū: qd appellatur acetū in sacrificiū offerat: sacramētū cōficit: et diuinit⁹ cōsecrat. Et dicit Alex. ꝙ in aliquib⁹ regionib⁹ solū cōficit ex aceto: qꝫ ad illas regiones nō pōt deferri vinū manēs in suo esse potissimo. Item quedā glo. de cōse. dist. ij. sicut. j. dicit. De aceto cōficit si ex vino factū fuerit: alis nō: qꝫ prope eadem vsia est. Ex quib⁹ tamē si caute attendātur verba: manifestū est ꝙ nō loquunt de aceto proprie: qd iā vini speciē mutauit: sꝫ de aceto large .i. de vino acido qd est in via ad corruptionem: nondū corruptū: sed adhuc propriā speciē vini seruās. ¶ Quinto sequit ꝙ in musto pōt fieri cōsecratio: qꝫ mustū vinū est qd attestat eius dulcedo: q̄ signū est digestionis: et proprietas q̄ vini facit opus. Nā letificat: calefacit: et inebriat: qd vini speciē arguit. Nō tñ vsqꝫquaqꝫ cautū est quālecūqꝫ mustū assumere pp̄ter eius impuritatē: qꝫ feces cōmixte substantie vini in sanguinē nō cōuertunt: sed dūtaxat substantia vini. Idcirco magis videt ad reuerentiā huius sacramēti pertinere vinū purū et defecatū: ꝙ vinū nouū siue mustū turbidū. ¶ R Sed dubia quedam circa hanc materiā occurrunt. Primū: vtrū solū vinū sit materia apta consecrationis: an requiratur aque admixtio? Scdm: vtrū aqua vino admixta in sanguinē cōuertat? Quod autē aqua requiratur de necessitate sacramēti: ita ꝙ sine aque admixtione vinū nō cōuertat in sanguinē: arguit multis mediis. Primo autoritate canonis: naꝫ Alex. papa. vt habet de cōsc. dist. ij. c. j. oībus orthodoxis scribēs: dicit. Non debet in calice dñi aut vinū solum: aut aqua sola offerri: sed vtrūqꝫ permixtū: qꝫ vtrūqꝫ ex latere eius in passiōe sua pfluxisse legit. Et Cyprianus papa eadē disti. c. sicut. j. dicit. In sacrificādo calicē dñi offerri sola aqua nō pōt: quō nec vinū solū pōt. Nā si vinū tñ q̄s offerat: sanguis xpi incipit esse sine xpo. Qñ enī vtrūqꝫ miscet et adunatione cōfusa sibi inuicē copulant: tunc sacrm et spūale celeste efficitur. Et statim sequit. Sic vero calix dñi non est aqua sola et vinū solū: nisi vtrūqꝫ misceat: quō nec corpus dñi pōt esse sola farina: nisi vtrunqꝫ adunatū fuerit et copulatū et panis vni⁹ cōpage solidatū. Ex his arguit sic. Ex aqua sola nō pōt confici sanguis xpi: igit nec ex vino. Dicit enī ꝙ aqua sola nō pōt offerri sicut nec vinū solū. Silr ex alia silitudine. Ex farina sine aspsione nō pōt

consici corpus xpi: igit nec sanguis ex vino sine aqua. Dicat em: calix dñi non est vinũ solũ: sicut nec corp⁹ dñi põt esse sola farina. Cõcordat Julius papa eadẽ dist. cũ omne. vbi dicit: Nõ põt calix dñi aq̃ sola esse aut vinũ solũ: nisi vtrũq3 misceat. Et quasi rõnẽ premisit. Cuz in calice inq̃t vino aqua miscet: christo ppl's adunat: τ credentiũ plebs ei in quẽ credit: copulat. Sequit. Nã si vinũ tm̃ quis offerat: sanguis xpi icipit esse sine nobis. Si vero aqua sit sola: plebs incipit eẽ sine christo. Facit ad idẽ Martinus papa eadez dist. nõ oportet. vbi dicit. Nõ oportet aliõ aliq̃d in sacramẽto offerri preter vinũ τ aquã τ panẽ: que in typo christi benedicitur: q2 duz in cruce christus pẽderet: de corpore ei⁹ effluxit sanguis τ aqua. hec tria vnũ sunt in christo iesu. Hec hostia τ oblatio dei in odorẽ suauitatis. Sic habetur in ca. statim seq̃ẽte. ¶ Itẽ rõne ad idẽ: aut christus instituit aquã admisceri vino: aut non. Si primũ: igit videtur necessario apponẽda: q2 nihil aliud offerre licet: q̃ qõ dñs tradidit. eadẽ dist. in sacramẽto. Si scõz: tũc temeraria psumptiõe apponit ab ecclia Romana: q2 sacramẽta neq3 instituere h3: nec mutare. vt. s. probatũ est lectiõe. ¶ Itẽ illud est de substãtia sacramẽti qõ directe ducit in illud propter qõ institutũ est sacramẽtũ: sed hoc sacr̃m institutũ est in recordatione passiõis dñice.

Lu. xxii. Lu. xxii. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Hoc aũt facit aqua i hoc sacro vt ex canone Alexan. pape patet supra allegato. Itẽ res hui⁹ sacramẽti necessario significari d3 ipso sacramẽto: sed res hui⁹ sacramẽti est vnio corpis mystici cũ capite. Hec autẽ per admistione aque significatur: nã aqua ppl'm significat fideles.

Apo. xvii. Beda. Apo. xvii. Aquas quas vidisti ppl'i sunt. vñ Beda super Marcũ: Q2 nos in xpo: τ christuz in nobis manere oportet: vinũ cũ aqua miscet: q2 teste Job. aque ppl'i sunt. ¶ L Sed istis nõ obstãtibus: respondet ad dubiũ: q̃ aque admixtio nõ est de necessitate sacramenti: l3 sit de necessitate ministri cõsecrantis. Distinctio harũ necessitatũ supra lectione. j. declarata est. primũ patet per magistrũ. iiij. sentẽtiarũ dist. xj. Si quis nõ intẽdẽs introducere heresim obliuione aut ignorãtia aquã pretermiserit: nõ videt irritũ esse sacramẽtuz: sed ille grauiter est corripiẽdus. Ad hoc facit autoritas Cypriani pape de 9se. dis. ij. scriptura. vbi dicit: Si qs de antecessorib⁹ nr̃is vel ignorãter vel simpliciter hoc nõ seruauerit: et tenuerit qõ nos dñs facere exẽplo τ magisterio docuit: põt simplicitati eiusdẽ idulgẽtia dñi venia cõcedi. Nobis vero nõ põt ignosci q̃ nunc a dño admoniti τ instructi sum⁹: vt calicẽ dñi cũ vino mixtũ (s̃m q̃ dñs obtulit) offeramus. Nõ aũt ignorãtia vel simplicitas excusaret: si aq̃ nõ apposita non fieret cõsecratio. Itẽ dicit grecus aquã nõ apponere: τ tamẽ nõ negat ecclesia latinoꝝ eos vere 9ficere. Itẽ nihil est de necessitate hui⁹ sacramẽti materialiter qõ nõ remanet: neq3 s̃m substantiã: neq3 s̃m accidẽs: sed aqua admixta nõ manet s̃m substãtiã; q2 cõuertit in vinũ: neq3 s̃m accidẽs: q2 nõ manet odor neq3 sapor. Panis ꝟo τ vinũ etsi transeũt s̃m substãtiã: manent tñ s̃m accidẽtia τ ꝓprietates. ¶ Itẽ in nullo euãgelio legit dñm apposuisse aquã vino in istitutiõe hui⁹ sacramẽti: sed solũ cõfecisse de pane τ vino. Si aũt esset aqua de substãtia sacramẽti: vtriq3 sacra eẽt mẽtio sicut de pane τ vino. ¶ Itẽ in sacramẽtis noue legis: nihil est de substãtia ex parte sacramẽtoꝝ: nisi qõ efficit qõ figurat: sed aqua apposita nihil efficit: q2 nec verum corpus: nec mysticuz: q2 effectiue τ significatiue est ibi vtrũq3: et si aq̃ nõ apponat. ¶ M Scõz scz q̃ aqua sit apponẽda: τ si minister non apponeret: grauiter peccaret. Patet satis ex allegationibus in principio dubij adductis: tũ q2 contra ecclie preceptũ multiplr expressum ageret: tũ q2 sine aqua celebrãdo christũ nõ imitaretur: tum q2 dñicã passionẽ nõ sufficiẽter exprimeret: tñ q2 significatiões mysticas tolleret. ¶ Christ⁹ siquidẽ quoad scõm credit vinũ cũ aqua miscuisse anteq̃ vinũ in ꝓpriũ sanguinẽ cõuertisset. vñ Damascenus. iiij. sntarũ suarũ. Christus inq̃t calicẽ: ex aq̃ τ vino mixtũ: tradidit discipulis suis: dicẽs: Bibite ex hoc oẽs: hic est calix sanguinis mei. Cui cõsonat illud: In sacramẽto corpis τ sanguinis dñi nihil ampli⁹ offerat: q̃ qõ ipse dñs tradidit: hoc est panis τ vinũ aqua mixtũ. de cõse. dist. ij. in sacro. Ad idẽ facit. c. scriptura. eadẽ dist. Quotiẽscũq3 calicẽ in cõmẽorationẽ dñi: et passiõis ei⁹ offerim⁹: id qõ cõstat dñz fecisse faciam⁹. Et sequit: Calicẽ dñi cũ vino mixtũ (s̃m qõ dñs obtulit) offeram⁹. Hui⁹ aũt ꝓbabilitas sumit: q2 vinũ terre illi⁹ forte est τ substantiosuz. Cũ aũt xps vixit temperatissime: ꝓbabile videt vinũ cũ aqua miscuisse. ¶ Deniq3 Paschasi⁹ quãtũ ad tertius inq̃t: Cur in calice aqua misceatur: illa permaxime inq̃t cã est: q2 de latere xpi: vbi passio cõplet: sanguis pariter τ aqua manauit. Qõ certe apl'i mysteriũ plene intelligẽtes: fiendũ in calice censuerunt: vt nihil deesset nobis de sacramẽto ad cõmemorationẽ passiõis: qõ tũc extitit in cruce in 9summatiõe nr̃e redẽptiõis. Hoc q̃ad passionis sufficiẽtem expressionẽ. Tolleret etiã mystica significatio: scz vnio: q̃ vt argutuz est: aptissime per hãc aq̃ admixtionẽ designat. ¶ Per hoc ad rõnes in oppositũ factas: q̃ ꝓbare nitunt q̃ aqua requirit de necessitate sacramẽti. Ad autoritatẽ Alex. pape: q̃ ad hoc sonat q̃ vinũ solũ sine aqua offerri non debet. Et in autoritate Cypriani: Nõ põt. rñdet Inn. q̃ verba illa determinari debẽt: q2 recipiũt exceptionẽ hoc mõ. Non põt nisi ex simplicitate τ ignorãtia fiat. Uel non põt. i. nõ d3: q2 illõ d2 fieri nõ posse: qõ de iure fieri licite fieri nõ põt. Solũ em̃ vinũ legitie τ sine pcepti trãsgressiõe nõ põt offerri. Ita expõit magister. dist. xj. quarti τ ceteri doctores. Silr dicitur q̃ illa aduerbia sic τ sicut: dicũt nõ oĩmodaz silitudinẽ: cũ aqua sola vino solo cõparat: et vinũ sine aq̃ farine nõ asperse: dicunt em̃ silitudinẽ decẽtis τ legitie cõsecratiõis. Uñ neutrũ põt fieri legitime τ sine pcepti trãsgressione. Sed in hoc est dissilitudo: q2 ex aq̃ sola τ farina nõ 9spersa nullo mõ cõfici põt: ex vino aũt solo 9fici põt: licet nõ legitime. ¶ Et p hoc p3 solutio ceteraꝝ autoritatũ. Sic et qõ d2: si offertur vinũ solũ: incipit esse sanguis vel xps sine nobis τc. i. nobis nõ 9ficit hmõi oblatio: vt exponit gl'. i. c. cũ oẽ. allegato. Uel sanguis icipit esse sine nobis: quãtũ ad significationẽ: q2 deest aqua que nos xpo vniẽdos significat. Sic si aqua sola: plebs icipit esse sine xpo. i. significat esse absq3 significatiõe xpi. ¶ N Ad rõnẽ cũ arguit. Aut xps admiscuit aquã aut nõ: dicit q̃ admiscuit vt dictuz est: nec impedit q̃ null⁹ euãgelistarũ hoc scribit. Multa em̃ et alia signa fecit iesus in cõspectu discipuloꝝ suoꝝ: que nõ sunt scripta τc. vt habet. Job. xx. Et maxime in institutiõe huius sacramẽti:

vt habet de cele. missa. cũ marthe. ꝛ cum infert.
Ergo necessario est apponẽda: neget cõsequen-
tia. Quã dñs instituẽdo sacramẽtũ: nõ tm̃ appo
suit que erant de necessitate efficacie: sed etiaꝫ q̃
erant de necessitate significatiõis. Unde hec ap
positio aque: nõ est necessaria quantũ ad effica-
ciã sacramẽti: est tamẽ necessaria quantũ ad ple
nitudinẽ significatiõis. Dñs em̃ apposuit aquã
tanq̃ congruã propter significationẽ expressio-
rẽ: nõ tanq̃ necessariã simpliciter. Et qd̓ in pro
batiõe additur: Nihil offerre licet: veruꝫ est: nec
licet offerre calicẽ sine aqua: si tamẽ fit: nõ est ir
ritũ sacramentũ. ¶ Ad aliã dicit̃ cõcedẽdo ma-
iorẽ: intelligendo eã de illo propter qd̓ sacramẽ
tũ per se ꝛ principaliter institutũ est. Sed ad mi
norẽ dicitur: ꝙ recordatio passiõis nõ est finis
per se seu propter quẽ institutuꝫ est p̃ncipaliter:
sed spiritualis nutritio anime ꝛ fruct⁹ huius sa
cramẽti. Neqꝫ em̃ diceret dñs. Hoc facite ĩ meã
cõmemorationẽ: si nõ fuisset alius finis princi-
palior. Sed hoc dicit: vt celebrãtes hoc sacramẽ
tuꝫ propter finẽ principalẽ: vitã scꝫ ale: ꝛ vnionẽ
Johã. vi. cuꝫ christo gratuitã quẽ expressit dñs. Si quis
mãducauerit ex hoc pane: viuet ineternũ. Et pa
nis quẽ ego dabo: caro mea est pro mundi vita.
Et sequit̃. Qui mãducat meã carnẽ ꝛ bibit meũ
sanguinẽ: in me manet ꝛ ego ĩ illo. Propter hũc
quidẽ (celebrãtes) nihilomin⁹ recordarent̃ pas-
sionis sue. Exẽplũ. Cũ aliquis ex amore gratui-
to prestat bñficiũ aliqd̓ amico: bene vult ꝙ ami
cus suus recordet̃ bñficii accepti: ne arguẽd⁹ sit
ingratitudinis: nõ tñ illa recordatio est propter
qd̓ prestat bñficiũ: sed vtilitas quã vult amicuꝫ
ex eo cõsequi. ¶ Ad vltimũ dicit̃: res hui⁹ sacra-
mẽti q̃ est vnio ꝛc. significari debet p aliq̃d sacra
mẽti: nõ ideo aque admixtio qua hec vnio signi
ficat̃: est de necessitate sacri: q2 hec vnio ẽt signi-
Hugo. ficat̃ p aliq̃d aliud ĩ hoc sacramẽto: scꝫ corp⁹ xp̃i
verũ: qd̓ est res et signũ. Vñ Hugo de sacramẽtis
lib. ii. parte. viii. c. vii. Hec res: scꝫ corpus xp̃i est
integrũ sacramentũ alteri⁹ rei: scꝫ vnitatis capi
tis ꝛ mẽbrorum. Vñ ait: Corp⁹ ꝛ sanguinẽ sacramẽ
tũ esse credim⁹ grẽ spũalis: qua scꝫ grã mẽbra ca
piti vniũtur. ¶ O Nũc de scd̓o dubio: vtruꝫ aq̃
vino admixta in sanguinẽ xp̃i cõuertat̃: De hac
q̃stiõe recitat Inno. iii. in. c. cũ marthe. de cele.
missa. tres opiniões. Quarũ vna est: ꝙ aq̃ adiũ-
cta vino manet in sua specie: vini accidẽtib⁹ cir-
cũfusa: ita ꝙ vini saporẽ assumit: nõ tñ sui substã
Ambro. tiã derelinq̃t. Hec opinio quã pro tertia recitat
Inno. est ꝯtra bea. Amb. ĩ li. de offi. dicẽtẽ ꝙ ĩ sa
cramẽto altaris post cõsecrationẽ: nihil est nisi
corp⁹ ꝛ sanguis xp̃i. vñ ait. Ante bñdictionẽ illa
spẽs noiat̃: post benedictionẽ corp⁹ significat̃. ꝛ
Augusti. habet̃ de cõse. dist. ii. ante bñdictionẽ. Et Aug. ĩ
li. sniarũ ꝓsperi. eadẽ dist. c. nos aũt. Fateamur
ante ꝯsecrationẽ panẽ esse ꝛ vinũ qd̓ natura for
mauit: post cõsecrationẽ vero carnẽ xp̃i ꝛ sangui
nẽ: qd̓ bñdictio ꝯsecrauit. Itẽ Amb. de sacris ca
dẽ dist. panis. ii. calix est vini ꝛ aq̃ plen⁹. vbi ṽba
xp̃i opata fuerũt: ibi sanguis efficit̃ q̃ plebẽ rede
mit. Ad idẽ multa adduci pñt ex dist. ii. de cõse.
vbi nullibi mẽtio fit ꝙ manet post benedictiõeꝫ
aqua: sꝫ tm̃ xp̃i sanguis. ¶ Preterea si aq̃ mane
ret in ꝓpria specie: vino in sanguinẽ ꝯuerso: tũc
nõ liceret sacerdoti in casu eadẽ die duas missas
aut plures celebrare: sicut nec lꝫ semel nõ ieiunuꝫ
(ieiuno nature) celebrare. vt. d. habitũ est lec. x.
qd̓ tñ falsuꝫ est: cũ ĩ plerisqꝫ casib⁹ lꝫ vna die plu
res missas celebrare. Probat̃ aũt illa ꝯseq̃ntia.
tuꝫ q2 celebrãs sumẽdo xp̃i sanguinẽ sil' sumeret
aquã calici admixtã ĩ ꝓpria natura ꝛ specie ma-
nẽtẽ: ꝛ sic solueret ieiuniũ nature: q̃re nõ posset
scd̓o celebrare. Et hãc rõnẽ tãgit gl. ĩ. c. cũ mar-
the. allegato. ¶ Ideo fuit scd̓a opinio: ꝙ vinũ cõ
uertit̃ in sanguinẽ: ꝛ aqua in id qd̓ cũ sanguine
de latere xp̃i effluxit. vñ dicit: Cuꝫ de latere xp̃i
duo p̃cipue fluxerũt sacramẽta: redẽptiõis ĩ san
guine: ac regenerationis ĩ aqua: in illa duo vinũ ꝛ
aqua q̃ cõmiscent̃ in calice diuina virtute mutã
tur. Hoꝝ aliq̃ dicũt ꝙ aqua cõuertit̃ in humo-
rẽ aqueũ quẽ phlegma vocãt: vt recitatur in. c. ĩ
quadã. de cele. missa. ¶ Sed hi tripl'r deficiunt.
Primo: q2 sicut priores negãt actiuitatẽ vini in
aquã. Scd̓o: q2 ſm hoc aqua seorsum esset cõse-
crãda: sicut vinũ seorsum a pane cõsecrat̃. Uirt⁹
em̃ verboꝝ nõ se extẽdit ad aliq̃d qd̓ ĩ verbis nõ
exprimit̃. Cũ aũt dicitur. Hic est calix sanguinis
mei: exprimit̃ sanguis xp̃i: et nõ aqua q̃ effluxit
ex latere xp̃i. Tertio peccãt ĩ hoc: ꝙ dicũt humo
rẽ q̃ fluxit de latere xp̃i: humorẽ fuisse phlegma
ticũ ꝛ nõ aquã. Hoc aũt reprobat Inno. in. c. in
quadã. de cele. mis. Ubi cõtra tales ponit q̃tuor
rõnes pbãtes ꝙ vera aqua fuit q̃ fluxit de late-
re christi. ¶ P Ideo fuit tertia opinio: ꝙ aqua
cũ vino trãssubstãtiatur ĩ sanguinẽ mixta vino.
Hãc opinionẽ probabiliorẽ dicit Inno. quã cõi
ter sequũtur docto. theologie: scꝫ Tho. Sco. ꝛ ce
teri tãq̃ indubitatã. Si tñ sic intelligit̃ ꝙ aqua
post admixtionẽ cũ vino: p actiuitatẽ vini trãsit
et cõuertitur in vinũ: ꝛ facta vinũ: cõuertitur in
sanguinẽ christi. Vñ dicit Sco. in. iiii. dist. xi. q. Scotus.
vi. Uino apponere aquã non est simpl'r necessa
riũ de necessitate sacramẽti: q2 etiã qñ apposita
nõ est cõuertit̃ in sanguineꝫ: nisi pri⁹ sit cõuersa
in vinũ. Sicut em̃ modicũ vinuꝫ admixtũ aque
absorbet̃ ab aqua: ꝛ pdit virtutẽ ꝛ speciẽ vini: vt
si gutta vini in doliũ aque mittat̃: statim corrũ-
pitur: ꝛ conuertit̃ in aquã: ita viceuersa modica
aqua missa in calicẽ vini ex vino alterat̃: ꝛ tandẽ
corrũpitur ꝛ cõuertitur in vinũ. Et sic aqua ĩ vi
nũ naturali opatiõe cõuersa p trãssubstãtiatio-
nẽ supernaturalẽ cõuertit̃ in xp̃i sanguinẽ: ꝛ nõ
alr̃ nec aliter. ¶ Vñ modica aqua apponi d3: ne
vinũ distrahat̃ a sua specie p nimiã aque appo-
sitionẽ: sed econuerso aqua ꝓpter sui modicitatẽ
a sua specie cito in vinũ trãseat: ꝛ demũ totuꝫ in
sanguinẽ cõuertat̃. Et tãto minus de aqua ap-
ponendũ est: quãto vinuꝫ debilius fuerit et mi-
nus substãtiosum. ¶ Et si q̃ris: quãta aqua suf- Questio.
ficit. Rñdet Alexan. de Ales: ꝙ vna gutta sufficit
quãtũcũqꝫ parua sit: dũmodo possit a suo toto
separari. Et hinc sumitur alia ratio preter eã q̃ Rñsio.
supra posita est: cur forte et optimũ vinũ in hoc
sacrificio offerẽdũ est: vt sit vigorosuꝫ ad alterã-
dũ ꝛ cõuertẽdũ aquã appositã ĩ se: ꝛ a ꝓpria sua
specie trãsmutãdũ. ¶ Propter idẽ caute faciunt
celebrantes: qui aquã satis tẽpestiue ꝛ hora bo-
na: vt in principio misse: vel ante euãgeliũ vino
cõmiscẽt: q2 cõuersio aq̃ in vinũ nõ fit per mira
culũ: sicut vini cõuersio fit immediate a virtute
diuina in sanguinẽ: sed fit per naturalẽ actionẽ
vini in aquã: q̃ requirit preuiã alterationẽ. Hec
aũt fieri nõ põt in instãti: sed in tp̃e. Oportet em̃
qualitates aque corrũpi: ꝛ qualitates alias vini
forme ꝯuenientes introduci: vt corrupta forma aq̃
ad introductionẽ q̃litatũ ei discõuenientiũ: ĩ mate
ria iã cõtrariis qualitatib⁹ disposita: forma vini

generet. Hec aũt q꞉ fiũt ab agente naturali: nõ possunt nisi in tp̃e ꝛ successiue fieri. ¶ Q. Hui⁹ absorptionis aque in vinũ: p̃ quã nõ manet ĩ se Alex. de ales põit quasdã mysticas rõnes: vt scꝫ sit ↄformitas signi ad signatũ. per hãc em̃ vnionẽ aque vino ipsam absorbẽte: significat triplex vnio ↄfecta: qua vnũ ab altero quodãmõ absorbet. primo est vnio mẽbroꝝ cũ capite: q̃ nõ habent esse distinctũ a capite. Scõa est nr̃e mortalitatis absorptio. Tertia est gẽtiũ ĩsertio. ¶ Primo hec mixtio aque cũ vino: significat vniones mẽbroꝝ cũ capite: q̃ vnio est res hui⁹ sacramẽti. Sicut em̃ habet ab Inno. tria sunt in hoc sacro forma visibilis panis ꝛ vini: v̓itas corporis ꝛ sanguinis xp̃i virtus sp̃ualis vnitatis ꝛ charitatis cõicãtis ppl̃i. primũ est sacr̃m tm̃. Scõm est sacramentũ ꝛ res. Tertiũ est res tm̃. ¶ Sed notãdũ ꝙ est vnitas charitatis mẽbrorũ mystici corporis xp̃i adinuicẽ: huius signũ ꝛ causa est corp⁹ verũ: vñ Inno. Verũ corpus xp̃i est res prima: q꞉ significat ꝛ cõtinet a primo: ꝛ sacramẽtũ tertiũ: q꞉ significat ꝛ efficit tertiũ. i. vnitatẽ ecclesiasticã. Alia est vnio corporis cũ capite: cui⁹ cã est corpus xp̃i verũ: sed vni⁹ vnionis hec mixtio est signũ. Hac aũt v̓tute vnionis q̃si mutat homo in deũ: f̃m ꝙ dicit apl̃s. j. Cor. vj. Qui adheret deo vn⁹ sp̃us efficit. Unde ꝛ huius cibi sp̃ualis: alia est virtus ꝙ̃ cibi materialis: nã materialis cibus cõuertit in sumẽtẽ: iste aũt cibus cõuertit in sui naturã sumẽtẽ. Cibus sum grãdium (ait
Augusti. Aug.) tu mutaberis ĩ me: nõ ego mutabor ĩ te. Q꞉ igit v̓tute hui⁹ cibi qua fit hec vnio: mutat homo in deũ: vt sit cõformitas signi ad rẽ: cõueniebat vt aqua mutaret in vinũ. ¶ Significat scõo hec aque mixtio aliã vnionẽ: q̃ est nr̃e mortalitatis absorptio. Aqua em̃ nostrã mortalitatẽ designat. ij. Reg. xiiij. Oẽs morimur et tanq̃ aque dilabimur in terrã q̃ nõ reuertunt. per vinũ: quo signat sanguis xp̃i: eiusdẽ mortalitatis absorptionẽ siue mortificationẽ. j. Cor. xv.
Osee. xiij Absorpta est mors in victoria. ꝛ Osee. xiij. Ero mors tua o mors. Licet aũt in nobis morimur in xp̃o tñ viuim⁹. Col. iij. Mortui estis: ꝛ vita vestra abscõdita est cũ xp̃o in deo. ¶ Significat tẽr hec aque mixtio vnionẽ gẽtiũ: q̃ inserẽde erant ecc̃lie de iudeis: sicut oleaster oliue. ad Rom. xj. Aqua aũt ↄuertit in naturã vini: in signũ ꝙ gẽtes erãt ↄuertẽde: ꝛ fideliũ ecc̃lie ex iudeis incorporãde. Propter qd̃ dictũ est petro. Occide et mãduca. Act. x. Sicut em̃ qd̃ mãducat: ĩ naturã cõ-
Actuũ. x. uertit mãducãtis: sic aqua q̃ gẽtes ĩcorporãdas significat: in naturã vini cõuertit. per qd̃ ecc̃lia de iudeis q̃ gẽtes incorporat rep̃sentat. ¶ Neqꝫ huic mixtiõi ꝛ vini ↄuersiõi obest: qd̃ ꝑ se tertia opinio recitata assumpsit: scꝫ de latere xp̃i fluxerũt sacramẽta redẽptiõis in sanguine: ꝛ ac regenerationis in aqua ꝛc. qm̃ in sacr̃o redemptiõis aqua apposita nõ est signũ regeneratiõis. Est quidẽ aqua sacr̃m regeneratiõis nõ mutata nec cõmixta: sꝫ ĩ baptismo sub ea ꝓprietate: qua sibi ꝓpriissime cõuenit virt⁹ abluẽdi. In sacramẽto aũt redẽptiõis apposita vino: ꝛ mutata in vinũ: est significatiua vnionis ppl̃i cũ capite glorioso xp̃o: ꝛ ea ꝓprietate qua aqua: q꞉ semꝑ defluit in terrã populũ significat: qui cõtinue decurrit in mortẽ: f̃m illud supra allegatũ. Omnes morimur ꝛ tanq̃ aque dilabimur in terrã. Hec igit sunt rõnes mystice cur aqua in vinũ pri⁹ est cõuertẽda. ¶ R. Sed forte quis diceret. Quid si in instãti cõsecrationis aqua nondũ cõuersa est
Obiectio in vinũ nunq̃d et ipsa cõuertit in sanguinẽ? Et
Rñsio ad q꞉ supra responsum est ꝙ nõ: quid fiet de aqua?
obiectionem. Respõdet: si fuerit in tanta quãtitate: ꝙ ipsa cõuertisset vinũ in se: si vinũ nõ fuisset prius ↄuersum in sanguinẽ: tũc alterabit species remanẽtes post cõsecrationẽ: ꝛ in instanti quo corrũperet forma vini si nõ fuisset cõuersum: ꝛ introduceret forma aque in materiã vini: corrũpũt q̃litates vini: ꝛ de⁹ creat nouã substãtiã cõpositam ex materia ꝛ forma aque: sub qualitatib⁹ de nouo introductis. ¶ Et dico notãter ꝙ de⁹ creat: q꞉ aqua nõ põt educere formã de materia quia nulla est ibi: nec põt ipsaꝫ materiã ꝑducere q̃ a solo deo creatur: recte sicut de corruptione specierũ in ei⁹ mãducatione. de quo. j. ¶ Si autẽ aqua illa est tã modica: ꝙ viuũ ipsam in seip̃m cõuertisset si nõ fuisset trãssubstãtiatũ: tũc sp̃es vini remanẽtes post cõsecrationẽ: alterãt aquã corrũpẽdo ipsi⁹ qualitates: ꝛ in instãti quo vinũ corrũperet aquã: si eẽt p̃sens: corrũperet forma aque: ꝛ produceret forma vini noua in materia aque: vel ab accidẽtibus: vel a deo f̃m diuersas opiniones. de quib⁹. j. Et saluaret ibi tãdiu sanguis xp̃i: q̃diu manẽt species vini trãssubstãtiati: nõ tñ sub specieb⁹ vini de nouo ꝑducti ĩciperet esse sanguis xp̃i. ¶ Et notãdũ ꝙ hic quidẽ sanguis sub nullis specieb⁹ ĩcipit eẽ aut manet: nisi isti⁹ vini supra qd̃ ꝓlata est v̓boꝝ forma ad cõsecrationẽ sanguinis requisita. Hec aũt non est ꝓlata sup̃ vino de nouo ex aqua genito post ↄsecrationẽ: qm̃ etiã si post ↄsecrationem vinũ purũ apponeret specieb⁹: nõ trãsit in sanguinẽ sicut aqua nõ benedicta addita benedicte efficitur bñdicta: ꝛ oleũ nõ cõsecratũ additũ cõsecrato reddit cõsecratũ. Nõ sic in ꝓposito: nã sanguini xp̃i in calice: q꞉ nõ est extra venas corporis xp̃i sed in venis glorificatis: nõ ei null⁹ liquor appositus põt cõmisceri: nec ꝑ cõsequẽs aliq̃s in ip̃m cõuerti: nisi diuina v̓tute v̓bis cõsecratiõis assistẽte. In aqua aũt benedicta est ↄfecta vnio alteri⁹ aque apposite cũ aqua benedicta: ꝛ constituũt vnã aquã: ꝓpter qd̃ totũ resultãs sortit nomẽ aque bñdicte: ita ꝛ in oleo. Nec ex bñdictiõe aque vel olei fit substãtialis trãsmutatio aq̃ vel olei: q̃lis fit in ꝓposito: vbi substãtia vini cõuertit in substãtiã corporis xp̃i. ¶ S. Sed q̃d de sumẽte calicẽ in quo apposita aqua nõdũ esset in
Questio. Solutio
vinũ cõuersa: ꝛ ꝑ cõsequẽs nec in sanguinẽ: nõne solueret ieiuniũ ĩpediens ab iterata celebratiõe? Rñdet: solueret quidẽ ieiuniũ: sꝫ nõ impediret ab iterata celebratiõe: q꞉ ignorãtia inuincibilis excusat. Nõ em̃ põt sciri vel euidenter ap p̃hendi instãs h̓mõi ↄuersiõis a sacerdote: nisi forte tanta fuisset aqua apposita: ꝙ notabiliter dep̃hẽderet sapor aque: tũc esset ab iterata celebratiõe abstinẽdũ. ¶ Si querit q̃lis esse debeat aqua? Et q̃d si apponeret rosacea: vl̓ ex aliis herbis distillata? Rñdet ꝙ dꝫ esse aqua talis qualis credit xp̃s vsus fuisse in vltima cena: hoc est aq̃ elemẽtaris: verũtñ q꞉ elemẽtaris aqua si nõ apponit nõ impedit cõsecratio: nõ si apponeretur modicũ aque distillate ꝙ nõ posset corrũpere vinũ: lꝫ apponẽs grauiter peccaret: effect⁹ tñ cõsecratiõis nõ ĩpediret. Snĩa est Alex. ꝛ scti Tho.
Aliud q̃situm. Rñsio ad quesitũ.
¶ Si demũ querit. Nũq̃d sufficit si aqua admisceat in dolio: q꞉ ante misse inceptionẽ: frequenter calix ꝑ aque ꝛ vini infusionẽ p̃parat. Solutio f̃m Alex. Nõ sufficit: qm̃ cũ cõmixtio aque et
Questio. Solutio q̃stionis

vini est sacramētalis: nō debet fieri anteq̄ my-
steria inchoent: vel fiat preparatio ad inchoan-
dū: in vasis scrificatis et ministris ad hoc ordi-
natis. Vñ in missa solēni solet apponi post euā
geliū: in priuatis vō solet fieri ante: qm̄ in mis-
sa solēni ppter cantū chori et prefationis copio
sius tps habet quo pōt fieri aque in vinū trans-
mutatio: q̄ in missa priuata que legit sine can-
tu. ¶ T Nunc iuxta diuisionem in principio
huī lectionis factā: videndū est breuiter de cō-
gruitate institutionis huī sacramēti sub mate
ria panis et vini. Assignāt aūt doc. et scti varias
causas institutiōis: quarū vna principalior est
alia. Principalis itaq3 cā est: vt nutrimēto pue
niēti aīam ad vitā p baptismū regeneratā: dñs
aleret cibo vite ministrato ptra cibū illū primo
rū parētū: q erat cibus mortis: vñ eis dictū est.
In quacūq3 die ex eo comederitis: morte morie
Gen. ii. mini. Gen. ii. De cibo aūt isto dr. Quicūq3 man
ducauerit ex hoc pane: viuet in eternū. Joh. vi.
vñ Inno. Ut suā erga nos charitatē ostenderet
et nostrā erga se charitatē accēderet: dedit se p
nobis in pciū. vt p pciū nos redimeret a morte
p cibū aleret nos ad vitā. Alia cā est ad gustum
diuinitatis inuitatio. Instituit em̄ diuina sapiē
tia (ait Alex. de ales. q. xxx. mēbro. vi. par. iiii.)
Alex. de Ales. Lu. xxii. sacramētū corpis et sanguinis sui: vt ad gustū di
uinitatis sue: p gustū humanitatis nos dñs in-
uitaret. ¶ Tertia est mortis sue cōmemoratio:
q amorē nrm̄ ds sibi totalr vēdicare. Hoc facite
inqt in meā cōmemorationē. et. i. Cor. xi. Quo-
tiēscūq3 mā. panē hūc et ca. bi. mortē dñi an. do.
Innocē. ve. ¶ Quarta pctōr cotidianor venia: vñ Inn.
Dedit nobis dñs hoc sacrm̄ salutis. vt q2 nos
cotidie peccam9: et ipe iā mori nō pōt: p h sacrm̄
qd i memoriā mortis accipim9: remissionē pec
catorum cotidie cōsequamur. ¶ Quinta est scriptu
rarū et figurarū ipletio. Esa. vii. Uocabit nomē
Esa. vii. Mat. vlt. ei9 emanuel: qd interptat nobiscū de9. et Matt.
vlt. Ego vobiscū sum (inqt dñs) oīb9 dieb9 vsq3
ad cōsummationē scli. Sz de hoc. j. cū de figuris
quib9 pfiguratū est lati9 dicet. ¶ U Cur autē
cū cib9 sit ale: multaq3 sint cibor gña: quare sub
specie panis et vini placuit illud instituere. Ad h
ponit magister dis. xi. quarti tres rōnes. ¶ Pri
ma: vt fides habeat meritū: dū sumeret corpus
xpi sacratissimū sub aliena specie occultatum.
¶ Scda: ne abhorreat anim9 qd cerneret ocls:
dū māducādū in spē ppria pponeret verū hois
Augusti. xpi corp9. ¶ Tertia: ne ab infidelibus nostre fi
dei insultaret. vñ Aug. Nihil rōnabili9 q̄ vt san
guinis silitudinē sumam9: vt ita et veritas non
desit: et ridiculū nullū fiat a paganis si bibam9
cruorez occisi hois. De hoc sunt metra. Sumit
occulte xps: ne sit tibi stulte. Horror vel risus:
sitq3 lucrosa fides. ¶ His trib9 addit rō quarta
sm̄ Hug. q est significationis perfectio. Signi-
ficatiōis dico duplicis: scz veri et ptēti xpi corpo
ris: et spūalis refectiōis et saginatiōis mētis. Hz
em̄ panis expressaz silitudinē corpis: nā panis
materia: granū scz frumēti in terrā iacit: in ter-
ra mortificat: vt multū fructū afferat. Grana cō
trita in farinā resoluunt: quib9 apposito liqre:
pasta pficit: que cocta ignis calore i panē pfectū
maturat. Sic xps terre iserit: vtero scz virginali.
De qua pphetice scriptū est. Bñdixisti dñe terrā
tuā auertisti captiuitatē iacob. Et iterū. Terra
nra dabit fructū suū. In terre medio mortifica
tus est. Uñ salutis fruct9 plurim9 subsecutus est

scz toti9 humani gñis a diabolica seruitute re-
dēptio: pctōrū remissio: regni celestis apertio:
ac immarcessibilis glorie ac beatitudinis pleni
tudo. Ex quo multiplici fructu integrat mysti-
cū xpi corpus: ecclia scz militās et triūphans: q
ex multis mēbris colligit: fidei liquore et diuini
amoris ardore inuicē cōbinatis. ¶ Refectio in
sup mētis: quā p hoc sacrm̄ dñs pstat: quō aper
tius significari potuisset: q̄ in pane et vino: quo
pfecta refectio celebrat: et quotidie alimur: ac in
vita corpali sustētamur: cōfortamur: roboramur
De quo ppheta. Panis cor hois cōfirmat: vinū
letificat cor hois. Qui panis: q2 cōis est oībus:
visusq3 ei9 delectabilis sine fastidio: iz quotidia-
nus. Cōgrue itaq3 xps sapia pris: sacrm̄ spūa-
lis refectionis in pane et vino instituit: vt sicut
materia baptismi q signū est interioris ablutio-
nis est aqua: inter cetera magis ad corpis lotio-
nē cōgrua: p quā spūaliter regeneramur et in esse
spūali cōstituimur. Sic materia eucharistie di-
uinissime: qua i vita spūali fouemur: nutrimur:
et augmētamur: est panis q corpali refectiōe est
aptissim9: nec aliqn̄ sicut ceteri cibi est fastidio et
horrori. ¶ X De hoc pulchre scribit venerabi
lis Hugo li. ii. de sacra. par. viii. c. viii. i vba hec. Hugo.
Uoluit sapientia dei: q se p visibilia manifestat:
ostēdere qm̄ ipa aiar cib9 et refectio est. Et pptere-
ea carnē assumpeā i eduliū pposuit: vt p cibum
carnis ad gustū inuitaret diuinitatis. Sz ne rursū
hūana infirmitas ptactū carnis in assumptione
horreret: pluctis pncipalis edulii spē illā velauit
et sic sumēdā pposuit vt sensus i vno fouerent: et fi
des in altero edificaret. Fouet em̄ sensus i vno:
dū solita tm̄ et pluera pcipit. Edificat aūt fides i
altero: dū i eo qd videt: qle sit illud qd nō videt:
agnoscit. Proponit igit spēs panis et vini: vt do
ceat plena et pfecta refectio esse in sumptiōe cor
poris et sanguinis xpi ex diuinitate xpi. Plena
aut refectio cib9 et potus est: cibi aūt et potus: pa
nis et vinū principalis substātia est. Et pponit
spēs ex principali substātia refectiōis: vt in ea su
mat: et p eā veritas corpis et sanguinis xpi signi
ficaret. sicut ipse testat: dicēs. Caro mea vere est
cib9: et sanguis me9 vere est potus. Que tm̄ corpo
ris et sanguinis sumptio: q2 sola sine spūali effe-
ctu salutē nō cōfert: idē ipse saluator manifestat
dicēs. Caro nihil pdest: spūs est q viuificat. Uir
tus ergo et plenitudo spūalis refectiōis: q i cor-
pore xpi et sanguine est: p spēm quidē panis et vi
ni significat. In pceptione aūt grē infusio inter-
ne et eterne refectiōis pficit. Et sic quidē cū tria
in vno ibi sint. In primo quidē signū inuenit se-
cūdi. In scdo aūt cā tertii. In tertio vō virt9 scdi
et veritas primi: et hec tria i vno sunt et vnū sacrm̄
Claret itaq3 quō diuinissime eucharistie sum-
ptio sacrm̄ est et imago pticipatiōis iesu: q2 hoc
q ei9 sacrm̄ visibilr pcipim9: signū est q ei spūa
liter vniri debem9. Ipa aūt eucharistia. i. bona
gra: ipa scz hostia sacra diuinissima vocat qm̄ di
uinos facit: et pticipes diuinitatis eos q se digne
pticipāt. Et q2 ipa signū est et virtus: in q vera ca
ro in spē panis sumit: et in carne ei9 digne sum-
pta ipsi9 ēt diuinitatis susceptio et pticipatio et
cōsortiū cōdonat. hec venerabilis Hugo. ¶ Y
Ptz igit q cōgrue id qd nobis est pncipalis cib9
et pot9: corp9 dñi significat: q verus cib9 est ale: et
pfect9: hñs in se cōditiōes pfecti cibi: q noue sm̄ Perfecti
dñm Alb. in de officio misse pte. ii. enūerant. De cibi cōdi
sūt cibi nobilitas ex gñe: suauitas ex sappe: nu tiones.

tristiuitas ex virtute: ad cibatū ꝯgruitas ⁊ simili tudine: penetrabilitas ex subtilitate. vnibilitas ex cōnaturalitate: et firma hesibilitas ex cibari appzehēsione: q̄ ꝑ lōgū ꝓsequit̄ sed rescindūtur ꝓpter nimiā ꝑlixitatē. ¶ Sūt et alie cause quare sub duplici specie institutū sit: q̄ reseruantur vsqz ad eā canonis partē: vbi de sanguinis cōsecratione agit̄: ad lec. scz. lij. ¶ 3 Habet autem mos: ⁊ rubrica docet romani ordinarij: q̄ sacerdos celebrās dicēs hec ꝟba. Qui pridie ⁊c. digitos suos pollices ⁊ indices vtriusqz manus ducat sup pallā corporalis tergēs eos: licet etiā ante canonis inceptionē lotos: ad significandū q̄ hoc sacrificiū nō nisi mūdis manib⁹: nō viciatis nō pollutis: dz venerabiliter ac summa reuerentia ptractari. Eapropter ⁊ eps sacerdotes ordinās: manus eoꝝ chrismate vngēdo sacrificat: vt digne scīs manibus tractēt hostiam salutare. Fit aūt hec tersio digitoꝝ: quib⁹ dñicū corp⁹ sub specieb⁹ tractādū est: nō ꝓpter timorē contaminationis corporis xp̄i: quasi ipsum possit corporali immūdicia maculari: cū sit sub hoc sacramēto mō nō quātitatiuo ⁊ q̄si indiuisibili: quo aīa intellectiua est in corpore: ſm quē modū a nullo corpore cōtingi pōt. Sed fit potius ad reuerentiā exhibēdā: excitandū qz deuotionē ⁊ attētionē ad bñdictū xp̄i corp⁹: qd̄ realiter post ꝓlata ꝯsecrationis ꝟba: sub specieb⁹ panis cōtinet. Magnā eñ reqrit puritatē ⁊ reuerētiā immolatio hui⁹ sacrificij: q: inter oīa sacrificia ipsum est poti⁹: ⁊ in dignitate quecqz alia supexcedit: dicēte Alexādro papa: vt hr̄ de cōse. dist. ij. nihil. Nihil in sacrificijs maius esse pōt q̄ corpus ⁊ sanguis xp̄i. Nec vlla oblatio hac potior est: sed omes hec precellit: q̄ pura cōscia dño offerenda est: ⁊ pura mēte sumēda: atqz ab oībus venerāda. Et sicut potior est ceteris: ita poti⁹ excoli ⁊ venerari debet. Hec ibi. ¶ Debet autē sacerdos hec verba proferēdo panē de palla corporali: vbi ante canonis inchoationē reposit⁹ fuerat: suscipere: sicut christ⁹ accepit panē in manus suas volēs cōsecrare: dans per hoc formā ⁊ exēplum simil'r faciēdi. Debet sacerdos cauere ne multū ante hostiā sic in man⁹ receptā eleuet priusq̄ cōsecrationis verba proferat: ne circūstās ppl's panē nōdū cōsecratiōe in corpus dñi cōuersum adoret: ⁊ ita idolatria incidat dum pro xp̄o panē adorat. Unde nō satis cauta est nōnulloꝝ sacerdotū cōsecrātium solicitudo: qui hostiā ꝯsecrandā in manus recepturi: genua flectūt: in altū eleuāt: ꝑplo respiciētē: ⁊ post ad cōsecrandum procedūt. Teneat ergo i manu hostiā sacerdos nō multū eleuādo ipsaz de altari: nec genuflectat quousqz cōsecratiōis mysteriū est perfectū: qd̄ vsqz ad verboꝝ ꝯsecratiōis panis (que sunt: hoc est eñ corpus meū) prolationē integrā perficit. Siquidē vt infra dicitur: in primo nō esse verboꝝ incipit esse corpus christi sub speciebus panis ⁊ in eodē panis substantia desinente.

Sacerdos non debet genu flectere donec consecrationis mysteriū sit perfectū

¶ Lectio. xxxvj. A

ET eleuatis oculis in celū ad te deū patrē suū omnipotētem. ¶ Hec est tertia pars subdiuisiōis quarte partis pzincipalis canonis: in qua premissis huius sacrosctē institutiōis hora ⁊ materia: tangitur eius modus et circūstātia. Unde dicit̄. Et eleuatis oculis in celū. Et eleuatis. i. sursum leuatis: oculis scz mētis et corporis in celū a quo omne datū optimū est descēdens: ad te deū eius ſm humanitatē: patrē suū ſm diuinitatē: oīpotentē per deitatis infinitatē: que ſm Dam. pelagus est infinite substātie. Etiā oīpotētem per creatiōis ⁊ trāssubstātiatiōis ptātē: que q: infinita est oīpotētia: tibi pr̄i oīpotēti et clemētissimo grās agēs ⁊c. In quibus verbis ſm Alex. de ales: arduitas feti ⁊ dignitas sacramēti designatur. Non eñ sic fecit dñs in institutiōe alicuius alteri⁹ sacramēti: de q̄ de ꝯse. dist. ij. nihil dicit. Alexā. papa quītus vt supra allegatū est in fine lectiōis precedētis. Nihil in sacrificijs mai⁹ esse pōt: q̄ corpus ⁊ sanguis christi: nec vlla oblatio hac potior est: sed oēs hec precellit que pura cōsciētia dño offerēda est: ⁊ pura mēte sumēda atqz ab oībus venerāda. Et sicut potior est ceteris ita poti⁹ excoli ⁊ venerari debet. Hec ibi. ¶ Sed hic diceret aliqs: cū nullus euāgelistaꝝ institutionē hui⁹ viuifici sacramēti describētiū: christū eius institutorē oculos suos ad celū eleuasse cōmemoret: quis tāte presumptiōis extitit ⁊ audacie: vt ꝟba suo de corde iterponere tētauerit: ⁊ q̄ xp̄s in celū ocl'os suos leuauerit affirmare. Respōdet dñs Innoc. q̄ tria cōmemorātur hic in. ca. de cele. missa. Cū marthe. que nullus euāgelistaꝝ describit videlz. Eleuatis ocl'is in celū. eterni testamēti: mysteriū fidei. Sed vnde tunc canoni hec inserta sunt quasi christ⁹ sic fecerit: ⁊ sic dixerit. Respōdet idē q̄ formā istoꝝ verboꝝ acceperūt apl'i a christo: ⁊ ab ipsis apl'is cepit ecclesia. Multa siquidē tā de factis: q̄ verbis dominicis pretermiserūt euāgeliste: que tñ apostoli vel facto suppleuisse: vel verbo expressisse legunt̄. Paulus nanqz in actibus apl'oꝝ sic ait. Meminisse nos oportet verbi dñi nr̄i iesu: qui dixit beati⁹ est dare magis q̄ accipere. Hoc nullus quatuor euāgelistarū scripsit. Null⁹ etiā eorū expssit qd̄ ad corinthios de xp̄o scribens ait. Uisus est pl⁹ q̄ qngētis fratrib⁹ simul. Deinde visus est ⁊ iacobo: nouissime aūt oīm tāq̄ abortiuo visus est mihi. Euāgeliste etiā mutuo iter se suppleuisse legunt̄: q̄ ab eoꝝ aliq̄ vel aliqb⁹ omissa sunt. Uñ cū tres euāgeliste posuerūt: h̄ est corp⁹ meū: sol⁹ lucas adiecit: qd̄ ꝓ vobis tradet̄. Et cū matthe⁹ et marc⁹ dicāt ꝓ multis: lucas dicit ꝓ vobis: matthe⁹ aūt in remissionē peccatoꝝ adiūxit. Ceterū ea q̄ addunt̄ in canone misse ꝓbāt ex aliis locis euāgeliū cōprobari. Johānes eñ suscitationē lazari describēs: Jesum sursum oculos leuasse asserit ⁊ dixisse. Pr̄ grās ago tibi qm̄ audisti me ⁊c. Et īfra. Si tūc igit̄ i celū ocl'os leuauit ad patrē: cū ad corp⁹ exanime animā lazari reuocauit: ꝓbabili⁹ esse videt̄ q̄ tūc ocl'os leuauerit ad deū patrē i celū: cū panē ⁊ vinū i corp⁹ ⁊ sanguinē ꝓpriū cōmutauit. Hec ibi. ¶ B Leuauit aūt ocl'os i celū ad deū patrē suū oīpotētē duplici de cā. Pria vt nobis īsinuaret se ptātē a deo pr̄e h̄ op⁹ magnificū pficiēdi accepisse. Hoc siquidē ⁊ in aliis locis plurimis ꝟbo attestat⁹ est. vñ Mat. xj. Oīa mihi tradita sūt a pr̄e meo. Et iterū Jo. vij. Mea doctrina nō est mea: sz ei⁹ qui misit me pr̄is. Quāuis eñ xp̄s ver⁹ fuit ⁊ est de⁹ pr̄i ꝑ oīa equalis: q: tñ per gñationē a pr̄e originat̄: qua generatione sibi a patre cōmunicata est essentia qua de⁹ est. Oīpotētia qua ei equalis est: et q̄cq̄d pater habet eo dūtaxat excepto: quo sibi opponit̄: id est pr̄nitatis relatione: qm̄

Alexā. de ales.

Obiectio

Responsio

Act. xx.

i. Cor. xv

Christ⁹ leuauit oculos in celū ad patrē dupli ci de cā.

Mat. xj.

Pria cā.

relationes in diuinis opposite originis sunt in eodẽ supposito incõpossibiles: ideoq3 patri oĩa que facit attribuit: q2 oẽm faciẽdi potestatem a patre se accepisse profitet. Data est inquit: mihi oĩs potestas in celo ꝛ in terra. Matth. vlti. Sic in recognitionẽ ꝙ hãc potestatẽ trãssubstantiãdi panẽ ꝛ vinũ i corpus suũ et sanguinẽ a patre accepit: oculos suos in hac actione ad deũ patrẽ eleuauit.

Matth. vlti.

¶ Scđa causa est ꝓpter nostrã eruditionẽ: vt sc3 ꝑ suã actionẽ nos instruat quatenꝰ in principio actionũ nostrarũ oculos mẽtis ad deũ tanꝗ ad autorẽ ꝛ datorẽ bonorũ oĩm subleuaremꝰ: de quo ait Inno. Hoc ad nostrã instructionẽ faciebat xp̃s: vt ꝛ nos oculos cordis non deprimamꝰ in terrã: sed eleuemꝰ in celũ si quod petimus volumꝰ impetrare. Sic fecisse ꝓpheta legitur. Oculi mei semꝑ ad dñm. Et iterũ. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Sic sacerdos hec ꝓferens etiã suos corporales oclos sursum eleuet in celũ: quatenus excitatꝰ mentis oculis recognoscat ministerium illud angelicis humeris tremendũ a solo dño celorũ rege accepisse.

Secũda causa.

Sequit. Tibi grãs agẽs. Tibi sc3 oĩpotẽti deo patri suo: grãs agẽs de tãto dono: de tã excellẽti gratia: de tã efficaci cibo: sacramento dignissimo ꝛ mysterio tã ꝓfundo. Circa qđ diuina virtus secretius operat. Joh. xj. Pater grãs ago tibi qm̃ exaudisti me. Ego autẽ sciebã q2 tu semper me exaudis. ꝛ. ij. ad Cor. ix. Gratias ago deo sup inenarrabili dono eius. Hec Albertꝰ.

Joh. xj.

¶ Uel gratias egit ſm Inno. nõ pro se: s3 pro nobis. i. nostra reparatione ꝛ salute oĩm ꝑ hoc sacramẽtum futura: q2 per vsum istiꝰ sacramẽti: augetur gratia que est causa salutis. Uel gratias egit nobis in exemplum: vt et deũ in singulis actibus nr̃is pre oculis habẽtes: grãꝝ actiões de oĩbus bonis collatis referamꝰ. Unde Bern. Sicut de veteribꝰ terminãdis: sic de nouis incipiẽdis gratias egit christus: nobis pariter exẽplũ tribuẽs in oĩs boni oꝑis inchoatiõe vel perfectiõe pr̃e3 qui est in celis esse glificandũ: vnde ad Ephe. v. Grãs agẽtes semꝑ pro oĩbus in noĩe dñi nr̃i iesu christi deo ꝛ patri.

Bernardus.

Ad eph. v.

¶ Uel grãs egit ſm Chrys. docẽs nos qualr oportet nos hoc mysteriũ perficere: ostẽdẽs per hoc ꝙ in sumptiõe: ꝛ ante sũptionẽ huius sacramẽti preexigit deuotio ꝛ oratio: ac mẽtis in deũ eleuatio: atq3 vt in aduersitatibꝰ positi a grãꝝ actiõe nõ cessemꝰ. Unde subdit Chryso. Accepto pane grãs egit: iã proximꝰ passioni: vt ꝛ nos grãs agamus in flagellis positi. Et dicit Inno. ꝙ ex hac grãtiꝝ actiõe hoc sacramẽtum sacrificiũ laudis appellat: q2 sc3 cum laudibus et grãꝝ actiõe christus ipsu3 instituit.

Chrisostomus.

Innocẽ.

¶ Sequit ꞇ Benedixit. Ad prolationẽ huius verbi facit sacerdos crucẽ super oblatã: non q2 christus benedicẽdo panẽ crucẽ formauerit: q2 nondũ facta fuerat crux character bñdictiõis ꝛ sctificatiõis: sed fit a mĩstro nũc post crucis christi sctificationẽ: per cõtractũ preciosi corporis ꝛ sanguis crucifici: sup materiã panis ꝛ vini. Tũ propter materie sanctificationẽ: q2 cruce christi oĩa sctificant: vt in ca. Nunqđ. de cõse. dist. v. vt supra habet lec. xxj. Tũ ad representandũ. Nam due cruces hic fiunt in verbo bñdixit reperito. Primo ad rep̃sentãdu3 prefignationẽ passionis christi factã in cena per huius sacramẽti institutionẽ sub specie panis ꝛ vini: vt dicit sctũs Tho. in. iiij. par. q. lxxxiij. arti. v. in solutiõe tertie rationis. Scđo ſm Alexã. ad significãdu3 ꝙ morte christi hic specialr representata: duplex hoĩs natura: sc3 corpus ꝛ aĩa redẽpta est. Tertio ad insinuãdu3 dñm in duplici natura: corpore sc3 ꝛ aĩa passionẽ sustinuisse. Na3 corpꝰ ad carnẽ: sanguis ad aĩa3 (cuius sedes in sanguie esse dicit) referri solet.

¶ Quia autẽ bñdicẽdo christus cõsecrasse intelligit: querit vtrũ aliquo sensibili signo: an certorũ verboꝝ prolatiõe: an sola virtute ꝑtãte ꝯsecrauit: ꝛ per hoc qua forma cõsecratiõis dñs vsus est. Et circa hoc Alex. par. iiij. q. xxxiij. mẽ. ij. quatuor recitat opiniones: nõ tñ eo ordine quo hic recitant.

Quomodo Christus consecrauit.

¶ Prima fuit: ꝙ sicut christus prius baptizatus est: ꝙ formã baptismi instituit ita ꝛ prius cõfecit: ꝙ verba aliq̃ protulerit. Ipse siquidẽ q2 est verbũ patris: sine verbo sua virtute ꝯfecit. Nobis aũt qui diuini verbi virtute egemus: dedit formã verboꝝ qua ꝯsecramus: vt sic differẽtia in cõsecrãdo inter ministros et sacramẽti autorẽ appareret. Huic fauere videt Juñ. Sane põt dici inq̃t: ꝙ christus virtute diuine cõfecit: ꝛ prius formã expressit sub qua posteri bñdicerẽt. Ipse nanq3 per se virtute propria bñdixit: nos aũt illa3 virtute quã verbis indidit.

Prima opinio.

¶ Pro ista opiniõe quidã arguũt. Si christi corpus nõ fuisset sub sacramẽto ante istorũ verborũ prolationẽ: non vere dixisset christus: hoc est corpus meũ. Oportuit ergo corpꝰ christi preexistere in sacramẽto ante ꝙ dixit: hoc est corpus meũ: vt vera esset oratio. Precessit ergo aiũt: aliq̃ benedictio cõsecratiua: ꝛ de illa intellexit euãgelista: cũ ait: bñdixit. i. cõsecrauit. Huius opiniõis videt fuisse Frãciscus maronis: addẽs ꝙ christus protulit hec verba indicatiue: nos recitatiue. Indicatiuũ autẽ presupponit hoc qđ indicat. Cum ergo dixit: hoc est corpus meũ: oportuit ad veritate3 huius locutiõis: preexistere id qđ per pronomẽ hoc indicaret non aũt sic oportet ad nostrã prolationẽ verboꝝ: q2 recitatiue tantũ proferimus illa verba: ideo nõ oportet ꝙ aliq̃d preexistat. Sed quãuis nõ sit dubiũ christũ sola virtute sine verbis ꝛ signis potuisse pane3 in corpus suũ conuertere: hoc tñ ita fecisse nulla rõne aut autoritate ꝓbatur.

Franciscus maronis.

¶ Unde est scđa opinio ꝙ dñs accipiẽs panẽ benedixit ꝛ cõsecrauit illũ quadam benedictione secreta nobis ignota: ad quã facta est trãssubstãtiatio: post modũ fregit: ꝛ dedit discipulis suis dicẽs. Accipite et co. hoc est corpꝰ meũ: ꝛ in ꝓlatiõe hoꝝ verboꝝ: contulit eis ꝑtãtẽ ꝛ vim ꝯuertẽdi in posterũ panẽ in corpus xp̃i.

Secũda opinio.

¶ Tertia opinio est: ꝙ dñs cõfecit hoc verbo hoc est corpus meũ: sed verbum illud dixit bis: licet nõ scribat nisi semel. Postꝙ enĩ benedixit tacite dixit: illud verbum hoc est corpꝰ meu3 ꝛ tũc cõfecit: ꝛ q2 tacite dixit tacuit euangelista. Per illud autẽ verbu3 scđo dictũ duo nos docuit sc3 quid fuit ꝙ sc3 dedit corpus eius: et qualiter alius consecrans facere deberet. Omes ille opiniones: q2 nulla autoritate probantur: ꝛ quia superflua videt eorũ dez verborũ repetitio: ideo ea facilitate cõtemnuntur: qua acceptant.

Tertia opinio.

¶ Ideo est quarta opinio ceteris probabilior ꝛ communior: quam etiã tenere videntur Alexã. Alber. et sanctus Tho. ꝛ cõmuniter aliĩ: videlicet ꝙ christus in vltima cena cõsecrauit per eadem verba per q̃ nos cõficimus. Quodq3 semel tantũ protulerit ipsa: ꝛ per vnicã eorũ prolationẽ oĩa tria sci3 consecratio significatio et informatio fiebãt. Protulit tamẽ non eodem ordine quo hic sunt posita quo et euangelista ponit: quia non fuit

Quarta opinio.

euangelistis cura seruare ordinē verborū quo
plata sunt a dn̄o. sicut ⁊ in multis alijs: sed dū-
taxat facta ⁊ plata a dn̄o narrare. Ordo aūt ta-
lis fuit. Accepit panē ⁊ benedixit dicēs. Hoc est
corpus meū. ac deinde fregit ⁊ dedit discipulis
suis dicēs. Accipite ⁊ māducate. Et hoc (vez: q2
dn̄s cōsecrauit borū ꝟbor̄ platiōe semel facta)
magis videt̄ elici ex ꝟbis euāgelij et dictis san-
Eusebi⁹. ctor̄ patrū. vñ Eusebius emissenus: ⁊ habet̄ in
canone de cōse. distin. ij. Q2 corpus. Inuisibilis
(ait) sacerdos: visibiles creaturas in substantiā
corporis ⁊ sanguinis sui: verbo suo secreta pote
state cōuertit: ita dicēs. Accipite ⁊ comedite: hoc
est corpus meū. Et sanctificatione repetita. Ac-
cipite ⁊ bibite ait. Hic est sanguis meus. Ergo
sicut ad nutū p̄cipiēt[dn̄i repēte ⁊ ex nihilo sub
stiterūt excelsa celor̄: pfunda fluctuū: vasta ter-
rarū: ita pari potestate in spiritualib⁹ sacramē-
tis: vbi p̄cipit virtus seruit effectus. Ecce pla
ne dicit ꝙ dn̄s cōuertit visibiles creaturas in-
substantiā corporis ⁊ sanguinis sui hec ꝟba p-
ferēdo: hoc est corpus meū. Itē cōueniens est ꝙ
cōsecratio: q̄ exercet̄ ab ecclesia: eadē forma ver
borū fiat qua fiebat ab ip̄o: a quo ecclesia habet
cōficiendi autoritatē. ¶ E Uerū sunt quidam
tenētes cū opinione quarta: ꝙ xp̄s his verbis
semel platis: hoc est corpus meū: cōsecrauit: sed
aiunt ꝙ ea post fractionē panis protulerit. Un
de dicunt ꝙ xp̄s confecit post diuisionē omniū
partiū panis: in termino scilicet vltime fractio
nis: in quo cōfecit dicēdo. Hoc est corpus meū.
Sicut eñ duodecim fuerūt apl̄i: ⁊ ipse tredeci-
mus: ita in tredecim partes fregit panē: ⁊ p vl-
timo instanti fractiōis porrexit discipulis ⁊ cō-
fecit. ¶ Et si opponit̄ ꝙ ecclesia q̄ xp̄m imitat̄:
prius ꝯsecrat ꝙ̄ frāgit. Respondēt ꝙ duplex est
fractio sacramēti quedā ad figurandū: quedam
ad distribuendū. Illa que fit ad figurandū: fit a
sacerdote in altari post cōsecrationē. de qua in
ferius dicet̄. Illa ꝟo q̄ fit ad distribuendū mul-
tis qui sunt sacramētū percepturi: pōt p̄cede-
re cōsecrationē: vt si quis conficeret pro multis
non habēs distinctas hostias: sed vnū panē in-
tegrū: congrue prius frangeret in particulas et
postea consecraret: ita xp̄m dicunt cōfecisse: sed
Questio. primū est cōmunius. ¶ Si queris quid fregit
Rñsio ad xp̄s. Respōdeo id qđ frāgit sacerdos euangeli-
q̄stionē. cus: species scz sacramētales ⁊ nequaꝙ̄ corpus
dn̄i: de quo infra suo loco dicendum erit. ¶ Se
quit̄. F Dedit discipulis suis dicēs. Accipite ⁊
manducate ex hoc omnes. Hec est quarta pars
subdiuisiōis partis quarte principalis: in qua
ostensis diuinissime eucharistie institutionis
modo atq3 circūstantia: tāgit̄ eiusdē institutio-
nis finis ⁊ ratio motiua: vñ dr̄. Dedit discipulis
suis xp̄s tāq3 hoc sacramentū instituit s̄m fre-
quēter repetita: vt esset memoriale signū passio
nis sue: ⁊ vt esset remediū cōtra peccata quoti-
diana ⁊c. Hec aūt cōueniūt huic sacramēto pl⁹
per sui vsum ꝙ̄ cōueniāt ei s̄m se. Hic dicit apl̄s
j. Cor. xj j. Cor. xj. Quotienscūq3 māducabitis panē hūc
⁊ calicē biberitis: mortē dn̄i annūciabitis. Nō di
Augusti. cit cōficitis: sed sumitis. ⁊ Aug. in lib. sentētiar̄
prosperi. Dū frāgit̄ inquit hostia: dum sanguis
de calice in ora fideliū fundit̄: q̄d aliud ꝙ̄ domi
nici corporis in cruce immolatio: eiusq3 sangui
Ambro. nis de latere effusio designat̄. Et habet̄ de con-
se. dist. ij. dum frangit̄. Itē amb. super epl̄az ad
Hebre. ⁊ habet̄ eadem dist. In chrysto. Nos per
singulos dies hostiā offerim⁹ ad recordationez
mortis xp̄i. Itē aug. li. de trini. Q2 dn̄i morte li
berati sum⁹: hui⁹ rei memoriā in edendo ⁊ potā
do carnē ⁊ sanguinē q̄ oblata sunt: significam⁹.
eadē dist. Quia dn̄i. Remissio etiā peccator̄ pl⁹
fit per vsuz huius sacramēti: ꝙ̄ per ipsum in se.
Nō eñ tantū prodest in pixide conseruatū: sicut
oblatum ⁊ sumptū in vera fide et deuotione. vn
de Aug. eadē distin. vtrū sub figura. Quia quoti
die labimur: xp̄s quotidie mystice p nobis im-
molat̄. Ad idē paschasi⁹ cap̄. immediate prece-
dēte. Hinc frequēter xp̄s volens exprimere fru
ctū hui⁹ sacramēti dixit. Qui manducat carnez
meam: ⁊ bibit sanguinē meū habet vitam eter-
nam. Māducatio ⁊ potio huius sacramenti est
vsus. Hinc ⁊ volens discipulos suos xp̄s fruct⁹
huius sacramēti participes fieri: postꝙ̄ corpus
suū cōsecrauit nō sistebat in cōsecratione. Neq3
dedit discipulis vt ipsum honorifice cōseruaret
s3 dedit in sui vsum dicēs. Accipite ⁊ māducate.
Et qm̄ per vsum māducatio transit ⁊ cōsumit̄:
dedit eis quotiens vellent cōsecrandi potestatē
dum addit. Hoc facite in meā cōmemorationē
vt ita nunꝙ̄ fructu (vsum sacramēti cōsequēte)
priuarent̄ pp̄ter sacramēti carentiā ⁊ defectuz.
Ex his satis patet ꝙ cōsecratio ad vsum qui est
ei⁹ māducatio tanꝙ̄ ad finē quodāmodo proxi
mū ordinat̄: q2 xp̄s postꝙ̄ accepit panē bene-
dixit: dedit discipulis suis vt māducarēt. ¶ De-
dit autē discipulis suis qui secum in vltima ce-
na agnū paschalē: qui figura fuit hui⁹ sacramē-
ti comederūt. vt sicut cū ipsis finē dedit sacrifi-
cijs legalib⁹ ac cerimonijs iudeor̄: ita cū ipsis
inchoaret sacrificiū nouū vsq3 in finē mūdi du
raturū. ¶ Dedit discipulis suis: ad instruēdū ꝙ
nemo hoc sacramētū digne percipit nisi ipsius
fuerit discipul⁹. Sunt aūt xp̄i veri discipuli qui Qui sint
qđ summ⁹ veritatis magister de hoc altissimo veri xp̄i
sacramēto credēdū pposuit: fide certissima fir- discipuli
miter amplexant̄. Propterea nō fuerūt veri di-
scipuli: q̄ audita xp̄i doctrina de hoc sacramēto
abierūt retrorsum: dicētes. Quō pōt hic nobis
dare carnē suā ad māducādū. Durus est hic ser Iohā. vj
mo. Quis pōt eū audire. Iohā. vj. Discipuli xp̄i
sunt q̄ preceptis eius studiose obtēperāt: s̄m qđ
dixit Ioh. xv. Uos amici mei estis: si feceritis q̄
ego precipio vobis. Propterea nō fuerūt veri
discipuli xp̄i: quib⁹ imprecans dixit. Uos irritū
fecistis mādatū dei pp̄ter traditionē vestram.
Mat. xv. Discipuli xp̄i sunt qui valde in frater- Mat. xv
na solidant̄ charitate. De quo Ioh. xiij. In hoc
cognoscēt omēs ꝙ discipuli mei estis: si dilectio
me opinionis tāgit: an scꝫ possibile sit vnū ⁊ idē
corpus ꝓ eodē tp̄e esse simul mortuū ⁊ viuum:
animatū ⁊ inanimatū: pati ⁊ habere dotē ipassi
bilitatis: ⁊ an illa sequant̄ ad positionē illā pri-
mā: q: innuit̄ alijs principijs: posterius scilꝫ lec.
xlvj. ptractandis ideo vsq3 ibi differat̄: vna cum
Tertium solutiōib⁹ rationū hincinde adductaꝝ. ¶ J De
dubium. tertio dubio: scꝫ vtrū xp̄s sumpsit corpus ⁊ san-
guinē suū in cena? Recitat Alex. de ales pte. iiij.
q. xliij. et post eū sanctus Tho. parte. iij. q. lxxxj.
duas opiniones. Nā quidā dixerūt ꝙ xp̄s in ce-
na corpus ⁊ sanguinē suū discipulis suis tradi-
dit: nō tñ ipse sumpsit. Nō enī aliq̄d de xp̄i factis
et dictis asseri debet qḋ autoritate sacre scriptu-
re nō traditur. In euāgelijs autē nō habetur ꝙ
xp̄s corpus suū mādu cauerit: aut sanguinē suū
biberit: ergo non est asserendū. ¶ Itē nihil est a
seipso diuisum neq3 xp̄s: sed assumptū est diui-
sum a sumente: ergo. Itē frustra assumpsisset: q:
aīa xp̄i nō indiget nutritione: sacr̄m aūt corpo-
ris xp̄i nutritio est spūalis aīe. Sed hec opinio
R̄nsio ad non acceptat̄: q: obuiat scripture canonice sane
tertium intellecte et autoritatib⁹ sanctorū. Vn̄ r̄ndet̄ ad
dubium. dubiū: ꝙ xp̄s in cena accepit corpus suū mādu-
cando: et sanguinē suū potauit primo: ⁊ dehinc
suis discipulis tradidit. Vn̄ sicut xp̄s suscepit cir
cūcisionē ⁊ baptismū q̄ fuere maxima sacramē-
ta quantū ad necessitatē inducē. et no. testa. non
tñ suscepit necessitate purgationis: sed dispensa
tione nostre informationis: vt esset alijs exem-
plum et informatio: vt que obseruāda ab alijs
Act. j. instituerit: prius ipse obseruaret: ꝑm illḋ Act. j.
Chrys. Cepit iesus facere et docere. Unde Chrys. super
Mat. xxvj. dicit. Bibit ex eo vt audiētes hoc nō
dicerēt: quid sanguinē bibo et carnē manduco.
Ut enī nō turbarent̄ sicut turbati fuerūt: quādo
multi abierunt retro: prius sanguinē suū bibit.
Hoc etiā innuit textus euangelicus vbi legit̄ in
Matth. Marco ⁊ Luca: ꝙ xp̄s accepit panē ⁊ ca
licē: qḋ non est intelligendū ꝙ accepit solū ma-
nibus ad distribuēdū discipulis: sed eo mō acce
pit quo mō accipiēdū alijs tradidit. ¶ Qḋ autē
sic intelligendū est probāt sanctoꝝ autoritates.
naꝫ Ruth. iij. dicit glo. sup illud. Cūq3 cōedisset
et bibisset. Comedit xp̄s ⁊ bibit cū in cena corpo
ris ⁊ sanguinis tradidit sacr̄m aplis. Vn̄ q: pue
ri cōmunicauerūt carni ⁊ sanguini ⁊ ipse partici
pauit eisdē. Itē Leuiti. viij. super illud. Cūq3 de
sanguine arietis ⁊c. glo. Eliꝫ. Primo sacerdos:
postea filij eius sanguine vngebant̄: q: xp̄s in ce
na primo sanguinem accepit: deinde discipulis
suis dedit. Itē alia glo. ibidē. Cū bibit ⁊ alijs bi-
bere dedit: intelligibilē saguinē sup altare. i. cor
Hiero. pus suū fudit. Itē ad hedibiā Hiero. ⁊ habet̄ de

cōse. dis. ij. nec moyses. Nec moyses dedit vobis
panē verū: sed dn̄s noster iesus ipse cū aplis cō-
uiua ⁊ cōuiuiū: ipse comedens ⁊ q̄ comedit̄. Vn̄
de hoc etiā quidā metrice dixit. Rex sedet in ce-
na turba cinct⁹ duodena. Se tenet in manib⁹:
se cibat ipse cibus. ¶ Per hoc ad primū ptꝫ: quḋ
hec veritas in euangelio cōtinet̄: sane ꝑm sctoꝝ Dupl'r in
expositionē intellecto. ¶ R. Ad scḋm dꝫ: ꝙ aliq̄d telligi po
a se esse diuisum potest intelligi dupliciter. Uno test aliq̄d
mō quātū ad intrinseca. i. substātialiter: vel ꝑm esse a se
naturā qua diuisuꝫ nō retineret naturā ⁊ substā diuisum.
tiā eius a quo diuidit̄. Alio mō quātū ad locum
aut extrinseca: ⁊ sic pōt esse diuisum a seipso: ꝓ
quāto idē pōt esse in diuersis locis ⁊ in vno loco
habere aliq̄d qḋ in alio loco nō habet. sicut dicit̄
de aīa q̄ est in pede et in corde. et habet intelle-
ctionē ⁊ volitionē i corde nō pede: saltē nō opꝫ.
Primo modo idē a seipso diuidi nō pōt: sꝫ bene
secūdo mō: q: sic idē diuidi a se nō est aliud nisi
idē esse in diuersis vbi: vel habere aliq̄d in se in
vno loco ⁊ eo carere in alio loco. Quod quḋ est
possibile postea patebit. Ad tertium patebit sta-
tim. ¶ Z. Sꝫ hic queri posset an xp̄s sumpsisset Questio.
seipsum in cena sacramētaliter vel spūaliter. Et
videt̄ ꝙ nō spūaliter: q: māducatio spūalis gra
tiā auget: ⁊ vnit manducantē xp̄o ⁊ incorporat:
sed xp̄s est sibiipsi summe vnus: et habet gratiā
inaugmentābilē ab instanti sue cōceptionis: igi
tur nō spiritualiter. Nec sacramentaliter tñ: q:
hoc est tantū malorum. Item sic in suo dedisset
se sibi ꝙ discipulis quib⁹ dedit ad manducandū
sacramentaliter ⁊ spiritualiter. R̄ndent quidaꝫ R̄nsio ad
vt recitat Alex. de ales. q. xliiij. par. iiij. membro q̄stionē.
ij. ꝙ xp̄s sumpsit se: ⁊ nec sacramētaliter nec spi-
ritualiter. Vn̄ dicūt hāc diuisionē manducatio
nis vel sumptionis in sacramentalem ⁊ spiritua
lem esse manducationis mēbroꝝ ⁊ non capitis.
Cuius māducatio nō erat ꝓpter alicuius defe-
ctus reparationē: aut propter effectū gratie in
ipso assequendū: sed vt esset exēplū nostre man-
ducationis. Sed hoc non placet Alexādro: ideo
r̄ndet ꝙ sumpsit sacramētaliter tñ: nā sicut ba-
ptismū suscepit sacramētaliter tñ ⁊ nō rem: sic ⁊
hoc sacramētū. Fuit enī in xp̄o cognitio hui⁹ sa
cramēti quā ꝑsupponit sacramētalis sumptio.
Nō aūt fuit spūalis manducatio: q: nō spiritua-
lis refectio per incorporationē: q: sibi incorpo-
rari nō potuit q̄ sibi idē fuit. Incorporatio aūt
distinctionē ponit incorporati: ⁊ ei⁹ cui fit incor-
poratio. Neq3 charitatis augmētatio: q: lꝫ xp̄s
fuit viator: fuit tñ ꝑfectissim⁹ apprehēsor: ⁊ ideo
proficere nō poterat: nec habitu charitatis: nec
motu feruoris. Alius autē viator q̄nq3 ꝑfectus:
si digne et spiritualiter recipit hoc sacramentū:
intendit̄ in eo charitas motu vel habitu. Ratio
ne enī gratie vnionis qua maiorē nō pōt habe-
re creatura: nō potuit in xp̄o augeri gr̄a. Ab in- nota.
stāti enī ꝯceptionis: tāta abundauit gr̄a ꝙ nulla
ei potuit fieri additio: sꝫ nec meruit sibi: lꝫ me-
ruit nobis. Nō ergo spūaliter manducauit: sꝫ sa
cramētaliter tñ: non spūaliter ꝓpter vltimitatē
sue ꝑfectionis ⁊ sctitatis. ¶ M. Per hoc ad rō-
nes in ꝯtrariū. Ad illā q̄ arguit ꝙ māducatio sa R̄nsio ad
cramētalis est tñ malorū: hoc negat̄: q̄m nō tñ rationes.
malicia sumentis est cā sacr̄alis sumptionis: sed
q̄nq3 ꝑfectio gr̄e ꝑm vltimitatē ꝑfectionis. Vn̄
ratio sacramētalis sumptionis tñ est: q: sumens
nō est capax spūalis effect⁹ hui⁹ sacramēti. Hoc
aūt pōt cōtingere duplici de cā: aut ꝓpter mali

ciā sumētis: ꝛ hoc īdignitatis est vt in peccatori
bus: aut ꝓpter plenitudinē grē: ꝛ hoc ꝑfectiōis
est: et in solo xp̄o fuit. ¶ Ad aliud patet ꝙ nō mi
nus dedit sibi ꝙ̄ discipulis quantū ad veritatē
primi ꝑcti in sacro: scꝫ corporis ꝛ sanguinis sui:
nec quantū ad gratiā ꝛ charitatē: quā lꝫ tūc non
recepit: tñ eā prius in summo habuit: ita ꝙ ma
iorē ſm ordinatā dei potentiā habere non po
Alexan. tuit. ¶ Addit tñ Alexā. quēdā modū ſm quē sal
uari posset xp̄m sacraliter mādūcasse: vi. Uel pōt
dici ꝙ in spūali mādūcatiōe sunt p̄la instar mo
dificationis corporalis: scꝫ deliberatio: delecta
tio: assimilatio: vnio seu incorporatio. Quantū
ad duo prima scꝫ deliberationē ꝛ delectationē
mādūcauit se: q: plene deliberauit ꝛ cōsiderauit
q̄d sumebat ꝛ quātū erat ꝛ quale. Plenā etiā ibi
habuit delectationē. Quāto eñ magis cognosce
bat totā virtutē mysterij ꝛ meli⁹ dispositus erat:
tanto magis delectabiliter sumpsit. Quantū ad
ad alia duo: nō mādūcauit se: vt pꝫ ex premissis.

¶ Lectio. xxxviij. A

Hoc est enim cor
pus meū. ¶ Premissa hui⁹ sa
cramēti institutiōe quātū ad
xp̄s et materiā: modū: finē: et
rōnē motiuā facta a xp̄o: sub
dit ꝟboꝝ forma quib⁹ ꝑficit
ipsa ꝯsecratio. Quāuis eñ (vt
s. dictū est) xp̄s dñs dei patris naturalis fili⁹ et ei
dē cōsubstātialis natura: equalis virtute ꝛ potē
tia sua diuina ꝑtāte panē in corp⁹ suū cōuertere
potuit absqꝫ verboꝝ quorūlibet ꝓlatione: sola
sua qua celū ꝛ terrā creauit ꝛ vniuersa de nihilo
oīpotēti volūtate: vsus tñ est paucis certisqꝫ ver
bis: q̄b⁹ panē ī corp⁹ suū trāssubstātiauit. Perfe
ctur⁹ eñ hoc sacr̄m ait cōcenātib⁹ ap̄lis. Acci pi
te et cōedite: hoc est corp⁹ meū. Nec sol⁹ ipse his
ꝟbis vti voluit in sua ꝑsonali cōsecratiōe: verū ꝛ
ap̄los: q̄b⁹ se primū dedit in cibū: nec tñ ap̄los:
sꝫ oēs coꝝ in sacerdotio legitimos successores ri
te ab ecc̄lia ordinatos ꝓut supra lec. ij. ꝛ. vj. lati⁹
est ꝓbatū. His ergo ꝟbis cōtulit dñs vim conse
Paschasius. cratiuā eucharistie. De quo Paschasius ī quodā
tra. de sacr̄o sic ait. Nulli dubiū ꝙ sicut qñ ī noīe
patris ꝛ filij ꝛ spūsscti: ter mergimur ī fōte vtrīqꝫ
baptizamur: nō ī ꝟtute ꝑtāte illi⁹ q̄ hoc dicit: sꝫ
in ꝟtute xp̄i q̄ hoc ꝓcepit: dicēs. Ite docete oēs
gētes: baptizātes eos ī noīe ꝛc. Sic ꝛ hoc sacr̄m
nō meritis: nō ꝟbis humanis. i. ī ꝑsona hois ꝓ
latis: sꝫ ꝓculdubio diuinis efficit ꝛ cōsecrat mā
datis. Idcirco estimādū nō est ꝙ alteri⁹ ꝟbis: ꝙ
vllis meritis: ꝙ ꝑtāte alicui⁹ ista fiāt: sꝫ ꝟbo vtri
qꝫ creatoris. Et post modicū. Propterea veniē
dū est ad verba xp̄i: ꝛ credendū ꝙ in eisdē verbis
id cōficiat. Reliqua oīa q̄ sacerdos dicit: aut cle
rus canit: nihil aliud ꝙ̄ laudes ꝛ gratiarū actio
nes sunt: aut certe obsecrationes: fideliū postu
lationes ꝛ petitiones. Uerba autē xp̄i sicut diui
Matth. xxiiij. na sunt: ita ꝛ efficacia vt hoc scꝫ proueniat: qd iu
bet. Celū inq̄t xp̄s ꝛ terra trāsibūt: verba autem
Marci xiij. mea nō trāsibūt: sed facient oīa ad q̄ missa sunt.
Cū igitur dicit xp̄s. Accipite ꝛ mādūcate ex hoc
Luc. xxj. oēs: hoc est corpus meū. ilico ibi cōparuit corp⁹
suum. Et subdit Paschasius. Sane forte puta
res ꝙ de illo solo vno pane: et ī illa hora hoc esse
iusserit. Ad qd tollendū: adiungit. Hoc facite in
meā cōmemorationē. Unde sciendū ꝙ quicq̄d

illud fuit qd ap̄li a xp̄o perceperūt: hoc totū est
istud quod sacerdotes ꝛ fideles percipiunt. Et si
velis audire quid est. Hoc est inquit corp⁹ meū:
qd pro vobis tradetur. In hoc ergo verbo creat
illud corpus: q: diuinū verbū est et omnipoten
tia plenū est. Et quod dicit: hoc est corpus meū
quod pro vobis tradet: crede o fili q: ita est: qm̄
ipse dixit et factū dubitare nō potes. Ipse man
dauit et creatū est. Preceptū ergo posuit in meā
cōmemorationē hoc facite: et ideo quotiēscūqꝫ
fit catholice: vere hoc fit qd dictū est hoc est cor
pus meū. ¶ Ex quib⁹ verbis Paschasij satis ha
betur: ꝙ his verbis xp̄i: hoc est corpus meū: cor
pus xp̄i cōsecrat. Hoc ipsum expresse dicit Am Ambro.
bro. de cōse. dist. ij. panis est in altari. Ubi inq̄t:
sacramentū cōficitur: iā nō suis sermonibus sa
cerdos: sed sermonibus vtitur xp̄i: ergo sermo
ne xp̄i conficit sacramentū. Accipe que sunt ver
ba xp̄i. Accipite ꝛ mādūcate: hoc est corp⁹ meū.
Idem Inno. in. c. cū marthe. de celebra. missa.
Forma ait: verboꝝ qua xp̄s vsus est: cū panem ꝛ Innocē.
vinū in corpus ꝛ sanguinē trāssubstantiauit: est
que ponit in canone misse: qua vniuersalis vtit
ecclesia: quā ap̄li acceperūt a xp̄o: et ab ipsis eo
rū acceperūt successores. ¶ B Sed pro intelle
ctu dicendorū de forma huius sacramenti: notā
dū ꝙ ꝓprie loquēdo refert loqui de forma hui⁹
sacramenti: et de forma cōsecrationis huius sa
cramenti: quod singulare est in hoc sacramēto.
Siquidē ſm Sco. q. j. distin. viij. lib. iiij. omnia
alia sacramenta cōsistūt solū in vsu quodā et in Scotus.
fieri: ita ꝙ idē ibi est sacramentū ꝛ perceptio sa
cramenti: sicut idem est baptismus: ꝛ perceptio
baptismi. Nō eñ baptismus est aqua: aut confir
matio chrisma. Sed hic est lotio facta ī aqua cū
certa verborū forma: et hec est vnctio hominis
in fronte facta a pontifice sub forma verboꝝ de
bita. Nec in his ꝑmanet sacramentū trāseunte
vsu seu tali ꝑceptione aut actu. Sacramentū ꝟo
eucharistie est quoddā permanēs etiā añ vsum
eius: qui consistit in eius sumptione: et hoc con
gruū erat: q: xp̄s ꝑmanēter voluit esse nobiscū:
ergo in aliquo signo ꝑmanēte: cuiusmodi signū
est sacramentū istud. Habet ergo sacramentum
eucharistie esse ꝑmanens ꝛ nō successiuū. Est eñ
sacramentum eucharistie species panis et vini:
corpus et sanguinē xp̄i cōtinentes: vel etiā ipsuꝫ
corpus xp̄i ſm certā sacramenti acceptionem: ꝛ
tam species continentes: ꝙ̄ corpus xp̄i cōtentū
res sunt permanētes. Rei autem permanentis
forma esse nō pōt quid successiuū: cum res ha
bēs formā nō possit esse sine forma: ꝑmanēs au
tē manet: successiuū ꝟo nō: q: ei⁹ esse consistit in
quodā fieri. Et q: verba nō pñt esse nisi in qua
dā successione prolationis: saltē: vocalia: de qui
bus nunc est sermo: ideo manifestū est ꝙ nō pos
sunt esse forma sacramēti eucharistie: alioquin
cessantib⁹ verbis: nō esse sacramētū eucharistie.
Qd dicere foret hereticū: imo cessantibus ꝟbis
cōsecratiōis: incipit esse sacramētū eucharistie.
Desinūt eñ verba ꝑ primū nō esse: et primū nō
esse verboꝝ: est primū instās eucharistie. Uñ pa
tet ꝙ nō sunt simul ꝟba cōsecrationis euchari
stie et sacramētū eucharistie. Cōsecratio autem
hui⁹ sacramēti: q̄ est quedā via ad sacramētū: est
res successiua cōsistēs in fieri: et ita requirit cer
tā formā verboꝝ: q̄ dici possunt ꝟba sacralia ſm Scotus.
Scotū lib. iiij. dist: viij. q. j. Uerba vtriqꝫ sunt for
ma ꝯsecratiōis sacramēti: nō forma sacramēti:

q2 pertinēt non ad esse sacramēti: sed ad fieri sa-
cramēti: pertinēt aūt ad esse cōsecrationis qd cō
sistit in fieri: vt dictū est. Alioꝝ aūt sacramētorū
forme sunt verba: q2 alia sacramēta nō sunt nisi
Questio. in fieri sicut ꝛ ipsa verba. ¶ C Si queris ergo
Rn̄sio ad q̄ est forma sacramenti eucharistie: pōt dici ſm
q̄stionē. doctorē supradictū: ꝙ i sacro eucharistie nō est
aliud tāꝗ materia: ꝛ aliud tāꝗ forma sicut in sa
cramentis ceteris. Cui' rō est: q2 istud sacrm̄ est
permanēs: ꝛ ideo (vt dictū est) nō pñt aliqua ver
ba ad ei' essentiā pertinere. In quocūqꝫ eñi sa-
cramēto distinguunt materia ꝛ forma. Signuꝫ
visibile dicit esse materia: v̄bale forma. In isto
aūt sacro sole species panis ꝛ vini sunt sacrm̄: q̄
sunt forme q̄dā accidētales sine materia: vt īfra
obiectio dicet: quarū nō est alia forma. ¶ Si dicis: spēs
ille nō sunt sacramētū nisi inquantū sunt signa
rei sacramētalis: nō habēt ergo esse sacrm̄ ex eo
ꝙ spēs panis ꝛ vini sunt: sed ex representatione
rei cōtēte: ergo talis significatio erit forma sacra
Rn̄sio ad mēti: q̄ dat esse sacramēto. Rn̄deo breuiter ꝙ in
obiectio sacro eucharistie. i. in eo qd est sacrm̄ tantū ꝛ nō
nem. res: nō est aliqua realitas ꝑter species illas sen-
sibiles. Neqꝫ rep̄sentatio aut significatio addit
aliquā rē specieb' q̄ sit aliquid sacri. Sed q2 sa-
cramētū nō est terminus absolutus sed cōnota
tiu': ideo supponit pro specieb' panis ꝛ vini: cō
Sacr̄ꝫ est notādo istitutionē: q̄ instituce sunt a xp̄o ad effi
termin' cacìter significādū rē cōtentā: sed illa institutio
cōnotati vel est ex̄itus istitueñs: vel species institute: aut
uus. vtrūqꝫ simul. Et nihil dicit distinctū a specieb'
qd sit aliquid sacramēti: nisi q̄s diceret ꝙ sacra
mentū diceret relationē vel respectū superaddi
tuꝫ: quē nō opinor esse ponendū. Quotiēs ergo
dicūtur verba esse forma sacramēti eucharistie:
intelligēdū est ꝙ verba certa sint forma cōsecra
tionis eucharistie: ꝛ ita cōsequēter loquendū erit
de forma. ¶ D Quia aūt inter cetera diuine pie
tatis bñficia hūane saluti prestita: institutio hu
ius sacramēti mirabilis excedēsqꝫ humanā itel
ligētiā predicatur: ſm illd prophete. Memoriā
fecit mirabiliū suoꝝ misericors ꝛ miserator do-
ps. cx. minus escā dedit timētib' se. Sunt quoqꝫ in eo
nōnulla cursui nature ꝯtraria: ac itellectui diffi
cillima: īō presupposita fide certissima: absqꝫ te-
meritate scrutandi diuinā tremendāqꝫ maiesta
tē cū omī hūilitate ꝛ timore ex doctorib' ortho
doxis querēdū nobis est ꝛ laborādū: si ad aliq̄-
lē creditorū indulgentiā pertingere valeamus:
quatenus innotescat quid vere: quid pie: q̄d so-
brie: de hoc mirifico ac mirabili sacro asseri: q̄d
ve negari: q̄d deniqꝫ veritatē fidei impugnātib'
possit catholice respōderi. Diuino ergo cōfisus
auxilio: vt in dicēdis vitet cōfusio: hoc ordine sta
tui procedēdū. Ut i prosecutiōe forme quatuor
principaliter inq̄rant. Primo de forme integri
tate. Scd̄o de forme efficacia ꝛ v̄tute. Tertio de
forme veritate. Quarto de cōueniēti dictorū ex-
pressiōe. ¶ Circa p̄mū inuestigabit q̄ ꝛ q̄t verba
sint de forme ꝯsecrationis essentia. Scd̄o an in il
la forma ad cōsecrādū sufficiat si ꝑtermitterent
verba canonis ꝑcedētia ꝛ sequētia. Tertio vtrū
ꝓpter mutationē quorūdā verboꝝ forme impe
diat cōsecrationis efficacia. ¶ Circa secūdū prin
cipale tractabit quis effectus sequitur ad prola
tionē debitā forme. ¶ E Et q̄m ſm oēs catho
licos tractatores ibi incipit esse corp' xp̄i: qd cō
siderari pōt ſm habitudinē oīm predicamētoꝝ:
q2 viris scholasticis loquor: placuit ſm ordineꝫ

corū inquirere mirabilia dei in hoc sacramēto.
¶ Quantū ad predicamētū substātie: vtrū ibi sit
verū ꝛ substātiale corp' xp̄i. Qua substātiali mu
tatiōe inceperit esse corpus xp̄i in sacramento.
Quid etiā in quid cōuertat. Que substantia ma
neat: que desinat. Et an desinens annihiletur.
¶ Quātū ad predicamentū quātitatis: vtrū cor
pus xp̄i sit quātū in sacramēto ſm proprias di-
mēsiones quas hꝫ in celo. Utrū habeat positio-
nē situs in loco. Utrū totus in toto sacro: et to-
tus in qualibet parte: cū ceteris etiā predicamē
tū situs cōcernētibus: pro eo ꝙ vtraqꝫ predica-
mēta quātitatis ꝛ situs positionē respiciūt: illd
in toto: istud in loco. ¶ Quantū ad predicamen
tū relatiōis. Utrū accidētia panis ꝛ vini manē-
tes afficiāt corpus xp̄i. Utrū inhesiue sint in ali
quo subiecto: aut stēt ꝑ se sine subiecto. ¶ Quā-
tū ad predicamētū qualitatis. Utrū oēs ꝓprie-
tates ꝛ qualitates naturaliter corpi xp̄i inexistē
tes in celo: insint sibi in sacro. ¶ Quātū ad ꝑdi-
camētū actiōis. Utrū ois actio sibi cōueniēs in
loco in quo est circūscriptiue possit sibi cōueni-
re in sacro. ¶ Quātū ad predicamētuꝫ passiōis.
Utrū corpus xp̄i in sacramēto possit a causa na-
turali trāsmutari. ¶ Quantū ad predicamētuꝫ
habit': q2 de ꝑdicamēto situs vt supra: videndū
erit cū ꝑdicamēto quātitatis. Utrū in sacramē-
to corpus xp̄i sit ornatū dotib' glorie. Itē an sit
ab oculo corporali vel itelligibili vt in sacramē-
to visibile. ¶ Quantū ad predicamētū vbi. Utrū
localiter descēdat de celo vt esse icipiat in sacra-
mēto. Utrū sibi vt in sacramēto possit inesse mo
tus localis. Utrum sit in sacramento circūscri-
ptiue vel diffinitiue. Utrū simul ꝛ semel eē possit
in diuersis vbi. ¶ Quantū ad predicamētū q̄n:
q̄n incipit esse in sacramento. Utrū corpus chri
sti ꝛ substātia panis pro aliquo istāti sint simul.
Q̄n desinat esse sub speciebus sacramenti. ¶ Ad
finē secūdi principalis. An respectu corporis chri-
sti: ꝛ eius presentie in sacramēto: verba cōsecra-
tionis formā integrantia: habeāt aliquā: virtu-
tem effectiuā naturalē vel supernaturalē. ¶ Cir
ca tertiū principale tractabit quō forma sit ora
tio in se vera. Quid demōstrat pronomē hoc. Et
de singulis dictiōibus in ea positis: est: corpus:
meū: qua congruētia ibi dicant. ¶ Circa quar-
tū principale quō loquendū sit: vt cōuersio pa-
nis in corpus xp̄i: ꝛ cetera apte exprimantur an
per verbū est: vel fuit: aut erit. Itē an per prepo-
sitionē ex: vel prepositionē de: vel in: aut aliam.
Et q̄m ex oīm predictoꝝ inuestigatione patebit
in sacramēto verū corpus christi existere. Utruꝫ
vt ibi sit adorandū latria adoratione? ¶ De his
oībus ꝛ aliis eis adherētib' tētandū est inuesti-
gare priusꝗ ad sequētia textus procedat. Ad ho
rū tamē executionē me noui inidoneū penitus
ꝛ obtusum: ꝛ nisi diuina preueniat grā: in execu
tione deficientē. Idcirco patres humanissimi:
dñi ac fratres deuoti orōnū vestraruꝫ supplicia
imploro suffragia: quaten' diuine sapiētie se no
bis petētib' in hoc sacramēto benignissime offe
rētis ducatu fretus: vera inueniā: inuēta quoqꝫ
sermonib' ꝯgruis clare intelligibiterqꝫ merear
doctrinare: amen. ¶ F Quantū ad primū in-
ligendū est ꝙ forme cōsecrationis eucharistie in-
tegritas ponitur cōstitui ex his quatuor verbis
xp̄i: scꝫ pronoīe hoc: verbo est: noīe corpus: ꝛ pro
noīe meū. Naꝫ sicut in ceteris sacramētis forme
illud significant qd efficiunt: vt exempli causa.

Forma baptismi interiorē purgationē aīe: forma pniē: absolutionē a pctis: p hec verba baptizo: absoluo ita et hec forma significat corp⁹ xp̄i: qd̄ ad verboꝝ prolationē p̄sentialiter exhibet. Sacerdos eñ proferēs hec verba: debita cū intētione: ⁊ sup debitā materiā vere cōficit hoc diuinissimū sacr̄m. ✳ Et lȝ hec vera tñ sint de necessitate sacramēti: vt infra docebit: sunt tñ cetera verba canonis de necessitate ministri: vt rite ⁊ legitime ꝯsecrationē pficiat. Quilibet eñ sacerdos celebrās ordinationi scōꝝ patrū ⁊ eccłie se tenet cōformare. Hec forme cōsecratiōis cōiunctionē (eñ) inseruit rōnabili ex cā vt dicet: q̄ ceteris q̄tuor cōnumerata dici solēt q̄nqȝ esse ꝯsecratiōis verba. Qd̄ non vacat a mysterio: sic eñ q̄nqȝ verbis corp⁹ xp̄i cōsecrat in sacro: qd̄ totidē verbis cōcipiebat in virginis vtero: ip̄a nāqȝ angelo salutāti: ꝯsentiēre ⁊ dicēre. Fiat mihi fm̄ verbū tuū: incarnatū est patris verbū. Pctōꝛuȝ etiā (q̄ huius sacramēti digna pceptiōe delent) publican⁹ veniā meruit quinqȝ verboꝝ oratione: cū percutiēs pectus suū orauit: dicēs. Deus propiti⁹ esto mihi pctōri. Similiter quinqȝ verbis crimina paralytico relaxauit: dicēs. Fili remittunt tibi pctā tua. Paradisus quoqȝ ad quā xp̄i corpus tanq̄ viaticū duxit: q̄nqȝ verbis latroni pmittit: dicēte i cruce dn̄o. Hodie mecū eris in paradiso. ¶ Qd̄ ergo hec verba: hoc est corp⁹ meū: integrēt formā cōsecratiōis ei⁹ tanq̄ essentialia forme sic pōt ostēdi. Hec verba integrant formā cōsecratiōis quib⁹ xp̄s cōsecrauit corpus suū et sanguinē: his autē verbis xp̄s cōsecrauit: ergo. Maior videtur: manifesta: q: ad hoc solū verbis xp̄s consecrauit: vt nobis formā id faciēdi traderet: alioquin sola volūtate panē ⁊ vinuȝ in suū corp⁹ ⁊ sanguinē cōuertere potuisset. Minor declarata est lectiōe proxima. Itē forma debet esse cōueniēs in significando sacramētali signo: sacr̄m autē eucharistie significat p̄sentiā corpis xp̄i: nō in vsu sed in esse permanēti. Hoc aūt significāt hec verba: hoc est corp⁹ meū: ⁊ nulla alia a xp̄o in ministratione huius sacramēti dicta: aut in canone misse scripta: igitur ipsa sunt cōsecrationis forma. ¶ G In hoc etiā differt hec forma a formis alioꝝ sacroꝝ: nā q: cetera sacra cōsistūt in vsu quodā: forme ceteroꝝ sacramētoꝝ importāt vsum materie puta actū baptizādi vel cōsignādi chrismate vel abluēdi: ⁊ iō proferunt i psona ministri exercētis hmōi act⁹. sicut dicit. Ego te baptizo. Ego te cōfirmo. Vel ministri imperātis: vt in sacramēto ordinis. Accipe ptātē. Vel ministri deprecātis: sicut i sacro extreme vnctiōis. Per istā vnctionē ⁊ suā piissimā misericordiā idulgeat tibi ⁊c. Hoc aūt sacramētū tanq̄ res pmanēs nō cōsistit in vsu: lȝ ordinet ad vsum: ideo ei⁹ forma nō debet exprimere aliquē actū: sed existentiā rei pmanētis. Nec dȝ proferri in psona ministri: sed ex psona ip̄i⁹ xp̄i loquētis: vt detur intelligi ꝙ minister i perfectiōe hui⁹ sacramēti nihil agit: nisi ꝙ profert verba xp̄i. Ostēdit hāc etiā eē formā: hoc est corpus meū: scōꝝ patrū autoritatib⁹. Nā Eusebi⁹ emissenus: vt habet de ꝯse. dist. ij. q: corp⁹. ait. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiā corporis ⁊ sanguinis sui verbo suo secreta potestate cōuertit: ita dicēs. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meū. Et sanctificatiōe repetita. Accipite ⁊ bibite ait: hic est sanguis meus. ¶ Itē Amb. lib. de sacra. vt habet de ꝯse. dist. ij.

Licȝ h̄ ꝟba h̄ est corp⁹ meum: sint tn̄ de necessitate sacri: sūt tn̄ cetera verba canonis de necessitate ministri ⁊ pcepti: vt scȝ rite et legitie perficiat ꝯsecrationem.

Luce. i. — Lu. xviij. — Mat. ix. — Lu. xxiij. — Eusebi⁹. — Ambro.

panis est in altari. inquit. Cōsecratio aūt quib⁹ verbis: et cu⁹ sermonib⁹ est dn̄i iesu. Et sequit. Ubi aūt sacrificiū cōficit: iā nō suis sermonibus sacerdos sed vtit sermonib⁹ xp̄i: ergo sermonib⁹ xp̄i cōficitur hoc sacramētū. Et sequit. Accipe q̄ sunt verba xp̄i. Dicit sacerdos. Qui pridie ꝙ pateret. Accepit inquit in sctis manib⁹ panē. Anteq̄ cōsecraretur panis est: vbi aūt verba xp̄i accesserūt: corpus xp̄i est. Audi dicētē: accipite ⁊ comedite ex hoc oēs: hoc est eñ corp⁹ meū. Ad idē loquit Amb. in codē lib. de sacra. ⁊ habetur dist. qua supra. reuera. prope finē. Ipse clamat dn̄s Iesus: hoc est corpus meū. Ante bn̄dictionē verborū celestiū alia species nominat. post cōsecrationē corpus signat. Silr̄ dicit lib. iii. de sacra. ⁊ habet in ca. in calice. eadē dist. Itē btūs Aug. in ca. vtrū sub figura. eadē dist. Credendū est inq̄t: ꝙ in verbis xp̄i sacramēta cōficiātur. Cuius eñ potentia creātur prius: eius vtiqȝ verbo ad melius procreantur. Reliqua oīa q̄ sacerdos dicit: aut clerus chori canit: nihil aliud q̄ laudes aut gratiarū actiōes sunt: aut certe obsecratiōes ⁊ fideliū petitiōes. Unde ⁊ sacerdos dicit prius euāgelistę verba assumēs. Qui pridie ꝙ pateret. In hoc ergo creatur illud corpus. Hec Aug. Itē magister dist. viij. iiij. lib. sniarū. Cū proferunt hec verba: hoc est corp⁹ meū. hic est sanguis meus. cōuersio fit panis ⁊ vini in substātiā corporis et sanguinis xp̄i. Reliqua ad laudē dei dicunt. Ad hoc facisse verba Paschasii ⁊ aliorū in principio hui⁹ lectiōis allegata. Ex his satis pȝ ꝙ forma hui⁹ cōsecratiōis est verba xp̄i illa q̄ dicta sunt. Hoc est corpus meū. ¶ H Sed diceres: xp̄s i cena discipulis ait. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meū. Si ergo in verbis xp̄i fit ꝯsecratio: ad formā ptinēt etiā illa verba xp̄i: accipite ⁊ comedite. Et per cōsequēs forma nō est solū hec quatuor ꝟba: hoc est corp⁹ meū. Et ad hoc videt sonare autoritates supra scripte Eusebii ⁊ Ambrosii. Respōdet Alex. de ales: ⁊ post eū sctūs Tho. ꝙ solū hec quatuor verba sunt essentialia forme hoc est corp⁹ meū. ⁊ nō illa: accipite ⁊ comedite. Cui⁹ ratio est: q: per formā exprimi debet aliqd̄ pfectū vel faciendū circa materiā cōsecrādā vel trāssubstātiandā in corp⁹ xp̄i: per ista aūt verba: accipite ⁊ comedite: nō exprimit aliq̄d pertinēs ad cōsecrandū: nec ad cōsecrationē ipsaȝ vt perfectā: sed respiciūt vsum sacramēti qui nō est de necessitate sacramēti: ⁊ sequit perfectionē seu cōuersionē. Significāt eñ ꝙ sumi dȝ sacr̄m: q̄ sumptio presupponit trāssubstātiationē iā pfectā: et ita per hec verba. Hoc est corpus meū. exprimit tota perfectio hui⁹ sacramēti: scȝ presentia veri corporis xp̄i q̄ est de essentia sacramēti: ⁊ sufficit etiā sine vsu ei⁹. Qd̄ autē addūtur illa accipite ⁊ comedite: ab Euseb. ⁊ Amb. dr̄: ꝙ q̄nqȝ addūtur q̄nqȝ nō: vt pȝ in diuersis autoritatib⁹. Qñ aūt addūtur siue a sctis siue in canone: nō addūtur tanq̄ sint essentialiter de forma cui virtus trāssubstātiādi data est: sed q: illis exprimit ꝙ propter hoc fit cōsecratio hmōi sacramēti: vt id qd̄ cōsecratur sumat in vsum. i. in cibū fideliū. Ipa eñ cōsecratio nō est simpliciter finis ꝯsecrātis: sed poti⁹ vsus fideliū: ad hoc eñ cōsecratur corpus ⁊ sanguis: vt fideles coꝛ vnātur mādu cādo: ⁊ māducātes capiti ⁊ mēbris fortius vniantur: qd̄ insinuare volētes addunt forme. Accipite et comedite. Pōt etiā dici ꝙ aliqua dupliciter dicūtur esse de forma: vel q: eis data est virt⁹ trās-

Augusti. — obiectio — Rn̄sio.

substātiandi:ꝛ illa sunt essentialia de necessitate forme: vel illa q̄ nō sunt solū essentialia: sed precipiūt vsuꝫ sacramēti:ꝛ sic ṽba. Accipite ꝛ comedite: sunt de forma. Hec de primo. ¶ 3 Quātū ad scdm: est dubiū. vtrū pretermissis verbis precedentib⁹. Qui pridie ꝙ pateret:cū aliis q̄ sequunt̄ p hec sola: hoc est corpus meū: fieret ꝯsecratio. Hic Sco. videt̄ declinare ad partē negatiuā: qꝛ ṽba sacramētalia ex vi verboꝝ debēt significare illud qḋ efficiūt in sacro: sed qꝛ ex vi cōsecratiōis efficit̄ ꝙ ibi vere incipit esse corp⁹ xp̄i ergo hec verba debēt significare corpus xp̄i ibi cōtineri. prefata aūt verba: hoc est corp⁹ meū: ꝓlata a sacerdote sine aliis precedentib⁹ adiunctis: nō significant corpus xp̄i: sed significāt magis corpus sacerdotis ꝓferētis: qꝛ per meū: corpus restringit̄ ad corpus loquētis. Unde lꝫ minister possit intēdere loqui velle in ꝑsona xp̄i: cū dicit. Hoc est corp⁹ meū: nō tn̄ ꝓpter hoc significatū terminoꝝ illoꝝ esset ꝙ (meū corpus) ex vi verboꝝ importaret corpus xp̄i: sed corpus ꝓferentis: sicut si ego dicerē: doctrina mea non est mea. Sed si dicerē: xp̄s dixit: doctrina mea non est mea: sed eius qui misit me patris. Jā significo ꝙ hec doctrina nō est mea: sed xp̄i ratione eius qḋ premittit̄ xp̄s dixit. Qḋ si nō premitteret̄ nō significat̄ doctrina esse alterius: q̄ hec verba loquētis. Meū eīn quantū ad possessorē: demonstrat primā personā: q̄ est ꝑsona loquentis. Si ṽo loquēs nō in sua: sed alterius persona loquit̄: hoc designari opꝫ p aliqua verba adiūcta: alioq̄n ſm ꝓprietatē sermonis importat̄ ꝑsona loquēs: sicut in ꝓposito. Nisi premittant̄ verba quib⁹ significet̄ ꝙ sacerdos illa ṽba. Hoc est corpus meū: ꝓferat in ꝑsona xp̄i: de vi verboꝝ denotat̄ corpus sacerdotis: in qua significatione manifestū est nō fieri cōsecrationē. Addit etiā Scotus: ꝙ nō est intelligendū ꝙ ex necessitate ꝛ essentialiter sint pertinētia ad consecrationē: sꝫ necessario sunt premittēda: ꝛ nō solū illa: sꝫ plura precedētia in canone. Illa videlꝫ q̄ ad h̄ faciūt: ex vi ſmōis haberi possit: ꝙ hec ṽba: hoc est corp⁹ meū ꝓferant̄ a sacerdote i persona xp̄i. vn̄ dicit. Nō sine cā ecclīa ita cōnexuit totū canonē misse: ꝙ ab illo loco. Cōicātes: vsqꝫ ad illū locū. Supplices te rogamus: nō est aliq̄ orō q̄ nō ꝯnectat̄ cū ꝑcedēte: vl̄ p ꝯiūctionē sic: Hic igit̄. vel p ꝓnomē infinitū: vt. Quā oblationē tu de⁹ ꝛ Qui ṗdie ꝙ pateret̄. Et post ꝯsecrationē. Supra q̄ ꝓpitio. vl̄ p relationē: vt ibi. Simili mō post ꝙ. ¶ K Sed hec opinio nō videt̄ satis fundata: ꝛ ṽbis scdōꝝ. ð. allegatis cōtraria: qb⁹ dr̄ ꝙ oīa ṽba: reliqua scꝫ ṗter ṽba xp̄i nihil aliḋ q̄ laudes sunt ꝛc. Jō dicūt alii ꝙ ad ꝯsecrationē sufficiāt minister idoneus: intētio debita: forma instituta ꝛ materia req̄sita. Forma aūt a xp̄o instituta hec est: hoc est corpus meū. Qua siutitur sacerdos cū debita intētiōe sup materia cōuenientē: vtiqꝫ videtur consecrare: omnibus aliis circūscriptis. Cōsequēter dicūt: ꝙ ad formā cōsecrationis non requirit̄ ꝙ ipsa significet illud qḋ cōtinet̄ in sacro: seu qḋ efficit̄ per sacramentū vel p cōsecrationē: ꝛ hoc ex ordine ꝛ serie verborū ipsius. Sed sufficit ꝙ forma hoc significet ex ordinatione christi: ꝛ intētione ministri vtētis hac forma. Ordinauit autēꝫ xp̄s instituens hanc formā: ꝙ quotiens sacerdos ipsa vtitur super debita materia: totiens vult assistere ꝛ efficere qḋ significat. Pōt autē sacerdos ex intentiōe loqui velle ex ꝑsona xp̄i: cū dicit: hoc est corpus meū: sine quibuscūqꝫ aliis. Sufficiat ergo ꝙ predicta ṽba significēt id qḋ efficit̄ ex intētione ministri ꝓferētis: q̄uis id nō significēt ex ꝓprietate sermōis. Et ṗterea arguit Durādus. Si oporteret ṽba cōsecratiōis ex serie ꝑcedentiū ṽboꝝ significare corpus xp̄i hic ꝯtineri: tūc nō fieret cōsecratio solū per hec quatuor ṽba: hoc est corpus meū: aliis nō premissis. Sꝫ eadē rōne non fieret etiā aliis ṽbis ꝑtermissis vel nō ꝑmissis. Qḋ patet: qꝛ verba precedentia recitant vt ꝓlata a xp̄o: scꝫ accipite ꝛ mādūcate ꝛc. Cōstat autē ꝙ p hanc seriē ṽboꝝ nō significat̄ ꝙ corpus xp̄i sit presens sub his speciebus panis ꝛ vini quas tenet sacerdos in altari: sed solū sub specieb⁹ panis: quas accepit xp̄s in vltima cena ꝛ benedixit ergo p illa ṽba nō esset ph̄s corp⁹ xp̄i specieb⁹ panis existētibus in altari: qḋ est simpliciter erroneū. Sufficit igit̄ dicit Durādus: ꝙ vt dictū est: forma cōsecratiōis significet corpus xp̄i vt p̄ñs specieb⁹: quas tenet minister ex intētione ministri: q̄uis aliud significēt ex serie verboꝝ. Idem tenet Petrus de cādia: similiter scūs Tho. parte. iii. q. lxxviii. arti. i. in solutiōe vltime rōnis addēs rationē: qꝛ canon nō est idē apud oēs: nec ſm oīa tēpora: sꝫ diuersa sunt a diuersis apposita. Et addit scūs Tho. Unde dicēdū est: ꝙ si sacerdos sola ṗdicta verba ꝓferret: cū intentione cōficiendi hoc sacramentū: perficeret̄ hoc sacramentū: qꝛ intētio faceret vt hec ṽba intelligerētur quasi ex ꝑsona xp̄i ꝓlata: etiā si ṽba ꝑcedentia nō recitarent̄: grauiter tn̄ peccaret sacerdos sic cōficiēs vtpote ritū ecclīe non seruās. ¶ Nec arguit cōnexio verboꝝ canonis vt arguit Sco. qꝛ etiā canon ipse cōnexus est hymno angelico: ꝛ hymn⁹ prefatiōi: prefatio secretis: ꝛ ita oīa illa requirerent̄ de necessitate ad cōsecrationē. Fit aūt cōnexio ꝓpter sui cōtinuationē: sicut tot⁹ canon scripture: tota scilꝫ biblia accipitur sicut vna oratio copulatiua: vt sit vna scriptura ꝛ illa indiuisa. Et ita vltima opinio cōior est ꝛ verior qꝛ verba sacramētalis forme nō sortiunt̄ suam efficaciā ex significatiōe qua significāt id qḋ in sacramēto efficit̄ ex ordine ꝛ serie ṽborū: sed ex institutiōe xp̄i. Potuisset aūt xp̄s instituisse ṽba nō significatiua p forma cuiuslibet sacramenti sicut nōnulli dicūt hec ṽba: hoc est corpus meū dū ꝓferunt̄ in canone accipi materialiter. Unde quecunqꝫ ṽba xp̄s institueret p forma: ex xp̄i institutione significarēt id qḋ efficiūt. Propter qḋ Hugo dicit: ꝙ sacramēta ex similitudine representāt: ꝛ ex institutiōe significāt: ex sanctificatiōe ꝯtinēt gratiā spūalē li. i. p̄te. ix. c. i. Hec de scdō. ¶ L Nūc quātū ad tertiū: videndū est de mutatione forme: an aliqua ꝛ q̄ impediat eius effectū. De hoc querit Inn. de offi. misse. Queritur inquit vtrū additio vel subtractio: vel transpositio: vel mutatio fiat in illa forma verboꝝ quam xp̄s expressit: vt si dicat̄: hoc est corpus meū qḋ sumpsi de ṽgine. Uel subtrahēdo: hoc est corp⁹. Uel trāsponēdo: corpus meū hoc est. Uel interponēdo: hoc vtiqꝫ est corpus meū. Uel mutādo hoc est corp⁹ iesu: si effectū cōsecratiōis īpediat. Rn̄det. Sane fecit dn̄s holem rectū: sed ipse infinitis miscuit se qōnib⁹. His itaqꝫ pretermissis q̄ q̄n̄ ꝙ magis subuertūt animū: q̄ edificent. Illud pro certo sciatur: ꝙ grauiter peccat q̄ quodlibet horū quorūcunqꝫ mutare attētauerit: maxime si formā intēdit mutare: vel heresim intro-

Dubium

Scotus.

Reproba tur opinio Scoti.

Durād⁹.

Hugo.

Questio.

Rn̄sio.

Eccl's. vii.

ducere: quia forma verborū quā xp̄s expressit: per om̄ia debet illibata seruari: q̄uis s̄m p̄hm: noīa ⁊ verba transposita idē significant: ne vti le per inutile vitiet. ¶ Particularius tm̄ hanc q̄stionē tractat Sco. et ceteri doctores: s̄m quē aduertendū q̄ s̄m p̄hm. v. physicoꝝ quadruplex
Quadruplex ē est mutatio est mutatio: s̄m substantiā: s̄m quātitatē: s̄m qualitatē: s̄m vbi siue locū. s̄m ista quatuor pōt intelligi fieri mutatio in forma cōsecrationis vl' etiā alteri⁹ sacramēti: vt etiā tāgit Inno. vbi. s.
¶ M Scd̄m substātiā fit mutatio: si loco vni⁹ v̄bi ponit̄ aliud verbū. Et hoc cōtingit dupliciter. Uno mō ponendo aliud verbū s̄m q̄d: puta s̄m vocē tm̄: idē tm̄ significās: vt si fiat mutatio s̄m idiomata: sic q̄ loco hui⁹ dictiōis corp⁹ latine: ponit̄ dictio greca vel hebraica huic synonyma: ⁊ hec mutatio nō impedit cōsecrationē. Unde si presbyter partim ꝓferret latinū: ptim hebraicū vere ꝯficeret: q̄ nihil omitteret necessario requisitū ad cōsecrationē. Accidit eīm forme cōsecrationis esse grecā: latinā: hebraicā: vl' ex his mixtā: dūmō fit ex v̄bis exprimētib⁹ id qd̄ xp̄s per ea exprimi voluit. Peccaret tm̄ sacerdos sic v̄ba cōmutās: q̄ ordinauit romana eccl'ia: q̄ officia eccl'iastica dicant̄ ⁊ sacramēta ministrent̄ in latina grāmatica: et hoc rōnabiliter: q̄ illud pōt distincti⁹ scribi et ꝓferri. Scd̄o mō fit variatio ponēdo aliud v̄bū s̄m vocē ⁊ significatū. Et hoc dupliciter. Primo mō ponēdo verbū oīno desperatū ī significādo: vt si loco illi⁹ termini corpus: ponat̄ termin⁹ vestimētū. dicēdo hoc est vestimētū meū: ⁊ tūc nihil fit. ⁊ cēset̄ forma simpl'r variari. Scd̄o mō ponēdo v̄bū generali⁹ ad aliqd̄ v̄boꝝ in forma positoꝝ: vt si diceret̄: hoc est mea substātia. Et sic iterū nihil fit: q̄ cū in xp̄o multe substātie sint: nō significauit ꝑ̄ fata locutio p̄ntiā determinare ⁊ certe substātie: quā xp̄s p̄ ꝯsecrationis formā exhibere voluit. Si eīm aīa p̄ns fieret vi ꝯsecratiōis: hec cēt vera: hec est substātia mea: sicut mō corp⁹ est p̄ns: ⁊ ita ex predicta locutiōe nesciret̄ q̄ substātia esset q̄ cōtineretur sub speciēb⁹ panis ad ꝓlationē forme sacrālis. ¶ N Scd̄o mō pōt fieri variatio in dicta forma v̄boꝝ s̄ꝫ quātitatē dictionū discretā: vl' p̄ additionē vl' subtractionē. Additio aūt pōt fieri vel in p̄ncipio: vel in medio: vel in fine. ¶ In p̄ncipio vt si diceret sacerdos. Accipite ⁊ cōedite cū reuerētia: hoc est corp⁹ meū. Hec additio nō ip̄edit ꝯsecrationē q̄ nō variat formā: s̄ꝫ om̄ino est ad ip̄m ip̄ertinēs. Determināt eīm v̄ba ista: accipite ⁊ comedite q̄ nihil sunt forme. Sec⁹ si seip̄m formā aut ei⁹ p̄tē distraherent a p̄pria significatiōe: vt si q̄s diceret: accipite ⁊ comedite dico in ꝑsona mea: h̄ est corp⁹ meū. ¶ In fine: ⁊ tūc aut addit̄ termin⁹ distrahēs aliquē terminū a suo significato: ⁊ h̄ ip̄edit ꝯsecrationē ⁊ mutat formā: vt si dicat sacerdos. Hoc ē corp⁹ meū aereū: vl' phātasticū: aut aliq̄d sil'e: aut addit̄ aliq̄d specificās magl' formā aut ip̄ertinēs: vt si dicat: h̄ ē corp⁹ meū: qd̄ tradi debz̄ ꝓ vobis: nō ip̄edit ꝯsecrationē: q̄ forme integritatē seruat. Sil'r si diceret ꝯsecrās: h̄ est corp⁹ meū: adorate hostiam. ¶ Aut fit additio ī medio: ⁊ hoc fit p̄ aliqd̄ distrahēs aliquē terminū forme a suo v̄o significato: ⁊ tūc nihil fit: vt in priori exēplo. Ut dicēdo: hoc est aereū corp⁹ meū: vbi corpus distrahit̄ a veritate corporis xp̄i per hoc additū aereū: vel etiā a veritate corporis xp̄i: ita q̄ dictio corpus: nō supponeret p̄ corpore christi: vt si diceretur: hoc est mortale corpus meū: vbi corpus supponit p̄ vero corpore: sed nō p̄ corpore christi qd̄ nō est nūc mortale. ¶ Aut fit per cōiunctionē disiunctiuā ⁊ alterū terminū impertinentē: vt dicēdo hoc est corpus vel vestimentū meū: siue hoc est corp⁹ vl' aīa mea: q̄ ibi nō significat̄ determinate id qd̄ p̄ cōsecrationē cōficit̄: cū disiūctiua verificari pōt p̄ altera partiū indifferēter: ⁊ sic cēset̄ forma variari. ¶ Aut fit p̄ v̄ba impertinētia: et hoc dupliciter. Aut eīm tūc soluit̄ per illa vnitas forme qd̄ iudicari pōt ex cōi mō loquēdi. si scilꝫ per talē interpositionē sic soluit̄ sermonis cōtinuitas: q̄ nō generat talē sensum in audiētib⁹ quē forma talis ḡnaret sine hm̄ōi interruptione: ⁊ tūc impedit̄ cōsecratio: vt si dicat sacerdos hoc est. Et subdat. ⁊ rahe nolā ⁊ dic fabulantibus vt exeant ecclesiā: ⁊ tūc subderet: corp⁹ meū ⁊ sic iterū nihil efficit̄. Aut p̄ talē interpositionē cōtinuitas forme nō soluit̄: nec impedit̄ oratio a causando sensum in audiēte: quē faceret tali interruptiōe circūscripta: tūc fit cōsecratio vt si dicat. Hoc: tacc. est corp⁹ meū: Sic nō cēset̄ forma mutari: ⁊ nō impedit̄ ꝯsecratio: nec opꝫ propter talē interruptionē orōnē rursus incipere: s̄ꝫ sufficit cōtinuare. ¶ O Si aūt fit variatio ī quātitate forme p̄ subtractionē. Aut tūc subtrahit̄ aliqd̄ quatuor verboꝝ q̄ sunt de essentia forme: tūc nihil fit: q̄ illud qd̄ remanet non determinate significat illud esse qd̄ p̄ ꝯsecrationē efficit̄: vt si dicat: est corp⁹ meū: vl' h̄ corp⁹ meū: aut hoc est meū: seu hoc est corp⁹. Aut si subtrahitur aliq̄d adiectū p̄ ecclesiā: scꝫ cōiūctio eīm: hec mutatio nō ip̄edit ꝯsecrationē. Aut subtrahit̄ aliq̄ syllaba p̄ syncopā: vel omittit̄ aliqua l'ra vt dicēdo. Hoc est corp⁹ me. vel hoc est corps meuꝫ: q̄ p̄ talē subtractionē nō impedit̄ sensus quin audiēs capiat verū sensum sermonis ꝓlati: nec variat̄ forma ⁊ fit ꝯsecratio. ¶ P De tertia variatione s̄m qualitatē q̄ maxime cōmittit̄ ex incōgrua vel inepta locutione: seu ꝓlatione s̄m finalē terminationem: ⁊ hec fit: aut ex imperitia lingue. Ut si sacerdos grecus volēs celebrare dicat ignorās latinā gramaticā: hoc est corpu meum vel hoc est corpū meū. aut corp⁹ me⁹: sic iterum nō ip̄edit̄ cōsecratio: qd̄ verū est si talis fit incōgruitas: q̄ nō ꝓhibet quin capi possit sensus verus forme ꝯsecratiōis: ⁊ quō hoc fit possibile: ex hoc scire possum⁹: q̄ñ literati audiūt loq̄ illiteratos incōgrue: ⁊ tm̄ cōcipiunt q̄d dicere velint quātū ad singula v̄ba. ¶ Aut fit ex quadā inaduertētia aut etiā sciēter ⁊ volūtarie: ⁊ sic iterum nō ip̄edit̄ ꝯsecratio dū audiēs ꝯcipere possit q̄d p̄ oratione significet̄: q̄uis grauiter peccet celebrās nō ꝯformādo se p̄cepti ecclie: q̄ statuit formā illibatā obseruari. Hic eīm magis cauendū est: q̄ in aliis v̄bis: imo q̄ in aliis sacramentis ꝓpter reuerētiā sacramēti ineffabilis dignitatis. Nec tm̄ audere dicere ait Sco. q. in. disti. xi. Scotus.
quarti: q̄ nō vitās talē variatiōeꝫ peccet mortaliter: si nō ex ꝯtēptu: sed ex quadā infirmitate: vel incōsideratione hūana nō precaueret in oībus quātū posset. ¶ Q De q̄rta variatiōe q̄ fit s̄m vbi: per trāspositionē dictionū: dicēdū est q̄ vix in ꝓposito fieri pōt vt effect⁹ cōsecrationis impediat̄: q̄ qualitercūqꝫ fiat trāspositio hoꝝ quatuor v̄boꝝ: hoc est corpus meū: semp̄ eūdē sensum faciūt in audiēte. Un̄ siue dicatur. hoc meū est corpus: vel hoc est meū corpus: vel meum est hoc corpus: siue est hoc meū corpus (nisi questi-

riue pferret̃: ⁊ tũc nihil fieret: q: tũc sensus orationis variatus esset: ⁊ per cõsequẽs forma sine qua nõ fit cõsecratio.) In aliis quidẽ transpositionib' quatuor dictionũ effect' consecrationis nõ impedit. Intelligẽdũ tñ in oĩbus premissis variationib' cõsecrationẽ nõ impedientib' siue ẽm substantiã: quãtitatẽ: q̃litatẽ: siue vbi: qđ verũ est ꝙ nõ impediunt sacramenti effectũ: dũ sic variãs nõ intẽdit p istã suã variationẽ inducere heresim vel errorẽ in ecclesiã: neq3 abijcere formã ecclesie quasi inutilẽ vel inefficacẽ: ⁊ suã introducere vt sufficientẽ et magis efficacẽ: aut preci sam et necessariã. Cũ si aliquod dictorũ interuẽiat nõ cõsecrat: quia deficit intẽtio requisita ad consecrandum: q̃ est ꝙ vti debet verbis prefatis tanq̃ forma qua vtitur ecclesia: qđ sufficit etiam si crederet eã esse inefficacẽ ad cõsecrandũ. Hoc aũt sic variãs nõ facit: dũ vtitur verbis illis variatio nõ tanq̃ forma ecclesie. Intelligit aũt qđ dictũ est: de variatione ꝙ nõ impedit: dũ sic variãti deficit intẽtio ecclesie: q̃ est velle p dicta verba cõsecrare tãq̃ per sufficiẽtẽ et efficacẽ formã a xp̃o institutã: ⁊ ab aplĩs ⁊ sanctis patrib' vsq3 ad nostra tẽpora frequẽtatã. Que si deest: nõ fit cõsecratio ẽm beatũ Augu. ¶ R Hec oĩa sunt

Alexã. de ales. de mẽte doctoris irrefragabilis Alexan. de ales parte. iiij. q. xxxiij. arti. iij. mẽbra. iij. qui sub breuib' q̃ dicta sunt summãõ ait. Dico sine preiudicio. ꝙ si mutatio verboꝝ nõ variat intellectũ forme tradite a dño: dũmodo fiat ex simplicitate proferentis: aut ex defectu naturali: sicut si aliquis diceret: hoc est colpus meũ: vel corpu meũ: cõficit: si ꝓpter heresim introducẽdũ: nequaq̃. Si aũt mutatio intellectũ variat forme tradite a dño: verba variata virtutẽ trãssubstãtiãdi nõ habent. Et subdit. Si diceret̃: hec est caro mea: nõ ꝯsecraret̃: q: est alius intellect' huius verbi ⁊ illius: sicut nõ baptizaret qui diceret. In noĩe gignẽtis ⁊ geniti ⁊ procedẽtis ab vtroq3: q: ali' est intellect' huius sermõis ⁊ illius: cui dñs cõtulit vĩ regeneratiuã. ¶ Et si cõtra predicta replicaret̃. Dñs istis verbis: hoc est corpus meũ. sub hac forma expressis dedit virtutẽ trãssubstãtiãdi vt nũc supponit̃: igitur qualitercũq3 variatur nõ habẽt hanc virtutẽ: ⁊ per cõsequẽs nihil efficiũt. Respõdet Alexan. ꝙ dñs dedit hãc vim huic forme ⁊ nõ aliĩ: sed nõ est alia nisi variet̃ intellectus verboꝝ. Unde q̃cũq3 lĩgua proferant̃ verba instituta virtutẽ habẽt: ⁊ hoc est q: intellectus verbi nõ mutat̃: quo non mutato: forma mutari nõ censet̃. Et iterũ obijceret̃: cũ dicit̃. hoc est colpus meũ: vel hoc est corpu meũ: hec verba nõ habẽt ẽm veritatẽ intellectũ verborũ: quib' dñs virtutẽ dedit. Dicẽdu3 ꝙ si nõ habẽt ẽm veritatẽ institutiõis: habẽt tamen ẽm vsus accõmodationẽ: ⁊ hoc sufficit. Hec Alexander.

¶ Lectio. xxxix. A

NUnc quantũ ad

tertiũ principale premisse diuisionis: restat ꝯsiderare de forme efficacia: hoc est: quis sit effectus huius forme: siue quid seq̃tur ad prolationẽ debitã horũ verborũ. Et primo quãtu3 ad predicamẽtu3 substãtie: videndũ est vtrũ prolatis rite cõsecrationis verbis: sub speciebus panis fit verũ corpus christi. Et in hoc qđ dico rite prolatis: volo oĩa intelligi que requirũtur de necessitate huius sacramẽti: scil3 minister idoneus: forma instituta: materia debita et intẽtio req̃sita. ¶ Recitat aũt magister lib. iiij. sententiarũ. dist. x. heresim quorũdã: primã heresim inter discipulos xp̃i exortã imitantiũ: qui diuinã virtutẽ iuxta modũ naturaliũ rerũ metiẽtes: audacius ⁊ periculosi' veritati cõtradicũt: asserẽtes corpus xp̃i vel sanguinẽ nõ esse in sacramẽto: nec substãtiã panis vel vini in substãtiã carnis ⁊ sanguinis cõuerti: sed ita xp̃m dixisse: hoc est corpus meũ: sicut apl's dicit. j. Cor. x. Petra autem erat xp̃s. j. Cor. x. Dicũt corpus xp̃i ibi esse in sacramẽto tñ. i. in signo mãducari a nobis. Qui errandi occasionẽ sumũt a verbis veritatis: vnde prima heresis facta est in discipl'is xp̃i: de cõse. dist. ij. prima quidẽ. Cum eñ diceret. Nisi quis Joh. vj. mãducauerit carnẽ meã: ⁊ biberit sanguine3 meũ nõ habebit vitã eternã. Illi vero nõ intelligentes dixerũt adinuicẽ. Durus est hic sermo: quis potest eũ audire. ⁊ abierũt retro. Illis abscedẽtibus instruxit duodecĩ remanẽtes. Spũs est inquit qui viuificat: caro nõ prodest quicq̃. Uerba que locut' sum vobis: vita ⁊ spũs sunt: quasi Augusti. ẽm expositionẽ Augu. super Jo. iiij. diceret. Intellexistis spũaliter: spũs ⁊ vita sunt. Intellexistĩ carnal'r: etiã sic spũs ⁊ vita sunt: sed tibi nõ sunt spũs ⁊ vita qui spũaliter nõ intelligis. Spũaliter intelligite que locut' sum. Non hoc corpus qđ videtis: mãducaturi estis: ⁊ bibituri illũ sanguinẽ que3 effusuri sunt qui me crucifigẽt. Sacramẽtu3 aliq̃d vobis cõmendaui: spũaliter intellectũ viuificat vos: caro aũt nõ prodest quicq̃. Et sequit̃ ibide3. de cõse. dist. ij. prima quidẽ. Donec seculũ finiatur sursu3 est dñs: ⁊ sed tamen etia3 hic nobiscũ est veritas dñi. Corpus eñ in quo resurrexit vno loco esse oportet: veritas aũt eius vbiq3 diffusa est. Itẽ vna persona de' ⁊ hõ: vbiq3 per illud qđ de' est: in celo p illud qđ homo est Christus etiã dicit. Pauperes semper ha Matth. xxvj. bebitis vobiscũ me aũt non semper habebitis. ¶ B His aliisq3 sĩlibus vtunt̃ prefati heretici Marci. xiiij. in assertiõe sui erroris. Periculosissimus est error iste: ⁊ perniciosissimus cõtra fidei vtilitatẽ: cõtra diuine charitatis magnitudinẽ: cõtra sacramẽti dignitatẽ ⁊ excellentiã: Magna est eñ vtilitas fidei ex hoc ꝙ sub specie panis ꝯtinet̃ verũ corpus xp̃i. Et illa eñ cõtinẽtia multa accidũt circa hoc sacramẽtũ: q̃ sunt supra potestatẽ nature: quoꝝ fides est fidelib' valde vtilis ⁊ meritoria. Hoc idẽ est etiã charitatis xp̃i maximũ indiciũ: q̃ sua p̃sentia corpali voluit nobis vtilissime ꝓuidere: vt docẽt sacramẽti hui' fruct' diligẽter masticati. Ex p̃ñtia deniq3 xp̃i eo modo quo ibi est declarat̃ mĩtipl'r potẽtia dei: ex quo sacrĩ hui' dignitas elucescit. ¶ C Cõtra hanc heresim cũ oĩb' doctorib' catholicĩ a romana ecclia approbatis q̃ de eucharistie sacramẽto scripserũt: imitãs in hoc clarissimũ doctorẽ Amb'. ecclẽ in trac. suo glĩoso de sacramẽto: pono hãc ꝯclusionẽ. Corpus xp̃i qđ sumptũ est de virgine ma Cõclusio sume notanda. ria: qđ passum est ⁊ sepultũ: quodq3 resurrexit: ⁊ ad celũ ascẽdit: ac sedet ad dexterã dei p̃ris: in q̃ fili' dei vẽturus est iudicare viuos et mortuos: sub specie panis vere ⁊ realiter ꝯtinet̃. Hec conclusio per rationẽ naturalẽ ostendi nõ põt: sed ad hui' veritatis notitiã accedere oportet p fidẽ. Est eñ sĩl'r de articulis fidei eo modo quo veritas alicui' sacramẽti ꝑtinet ad articulos fidei vt dicit Scot' dis. x. scrip. iiij. q. j. De h̃ itaq3 ar-

ticulo dubitare nõ lz:cũ cõster ipsum ꝑ vnigeni
tũ dei filiũ fuisse aplis reuelatũ:⁊ a principio ex
pꝛesse traditũ:ex quo eucharistie sacramẽtũ fuit
ab ipso dño institutũ. Testes sunt euãgeliste: nã
Matth. sanctissimus euãgelista Mat.xxvj.c. Accepit in-
xxvj. quit:panẽ ⁊ benedicit ac fregit:deditqȝ discipu-
lis suis:⁊ ait. Accipite ⁊ comedite. hoc est corpus
Marci meũ. De quo ⁊ Marcus.c.xiiij.ait. Manducanti
xiiij. bus illis accepit iesus panẽ ⁊ bñdicens:fregit et
Lu. xxij. dedit eis ⁊ ait. Sumite:hoc est corpus meũ. Qui
bus cõsentit Luc.xxij. dicẽs. Accepto pane gra-
tias egit ⁊ fregit:et dedit eis:dicens. Hoc est cor
pus meũ qđ pro vobis daẗ. Hoc facite in meam
Joh.vj. cõmemorationẽ. Johãnes quoqȝ euãgelista re-
fert verba saluatoꝛis:simul ⁊ veritatẽ ⁊ vtilitatẽ
huius sacramẽti denotãs. Panis quẽ ego dabo
caro mea est pro mũdi vita. Et seq̃tur. Nisi mã-
ducaueritis carnẽ filii hoĩs:⁊ bibe.eius sanguinẽ:
nõ habe.vitã in vobis. Qui mãducat meã carnẽ
⁊ bibit meũ sanguinẽ habet vitã eternã. Simiĺr
⁊ Paulus.j.Coꝛ.xj. Dñs inq̃t iesus ĩ qua nocte
tradebaẗ:accepit panẽ ⁊ grãs agẽs fregit ⁊ dixit.
Accipite ⁊ mãducate hoc est corpus meũ qđ pro
vobis tradeẗ. Hoc facite ĩ meã cõmemoratiõez.
Itẽ.j.Coꝛ.x. Panis quẽ frangimus nõne cõica
tio corpis dñi est. Ecce tot auctoritates canoni
ce scripture cõcoꝛditer affirmãt corpus xpi rea-
liter ⁊ veraciẗ sub specie panis datũ fuisse aplis:
ac eisdẽ fuisse a saluatoꝛe preceptũ:vt in memo-
riã passionis dñice: corpus xpi sub specie panis
offerrẽt. Hoc facite inq̃t in meã cõmẽoratiõez.
¶ D Hec aũt verba xpi figuratiue dicta nõ sũt:
sicut illa. Ego sũ vitis vera.aut. Petra aũt erat
xps. vbi vitis:⁊ petra nõ accipiũtur ſm pꝛopꝛie
tatẽ:sed ſm siĺitudinẽ.i.ego sũ vitis.i.ego sum
siĺis viti ⁊ petre:pꝛopter qđ per vitẽ ⁊ petrã signi
ficoꝛ. Sic etiã verius dicere potuisset chꝛist⁹ de
agno paschali:hoc est corpus meũ: ꝙ de azymo
pane. Nã agnus paschalis vtiqȝ corpus xpi figu
rabat:cui⁹ oblatio ⁊ comestio euanuit:cum xps
seipsũ in cruce obtulit:seipsũ nobis in cibũ de
dit:quẽadmodũ cessat figura adueniẽte verita-
te:⁊ vmbꝛa accedẽte luce. ¶ Ut aũt sciaẗ qñ ver-
ba xpi figurate intelligẽda sunt vel pꝛopꝛie:ser-
Augusti. uãda est regĺa btĩ Aug.in lib.lxxxiij. questionũ.
q.lxix.nõ longe a pꝛĩcipio. Solẽt inq̃t:circũstã
tie scripture illumĩare sententias: cũ ea que circa
scripturã sunt pꝛesentẽ questionẽ ꝯtingẽtia dili
genti discussiõe tractãtur. Hec Aug. Uniuersaĺr
enĩ intellectus verboꝝ xpi an loquaẗ figuratiue
an nõ: colligi põt ex pꝛecedẽtibus vel sequẽtib⁹
ibidẽ: vel ex aliis scripture locis. Unde cũ xps
ait. Ego sum vitis vera:subiũxit:vos palmites.
Constat aũt ꝙ discipuli nõ erãt palmites natu-
ralis vitis: sed dutaxat spũalis:sic dicti pꝛopter
quãdaȝ siĺitudinẽ repertã in vtrisqȝ. Nam sicut
palmites veri trahũt oꝛiginẽ ex vite: q̃ est ipsis
viuẽdi pꝛincipiũ:vt fructus afferãt carpẽtibus.
ita ⁊ discipuli spũales vitã a xpo spũalis vite pꝛĩ
racula. Sicut eni3 in naturalib' pluralitas sine
necessitate vitāda est: ita ⁊ in supernaturalib' su
perfluitas miraculoꝝ. Sed absq3 cōuersiōe pa
nis pōt saluari tota veritas sacramēti: et caueri
miraculoꝝ pluralitas: ⁊ inconuenientia rōni na
turali cōtraria: ergo. Cōsequētia nota ⁊ minor.
Prima pars p3 dicēdo: q cū suba panis manē
te esset veru3 corp' xp̄i: q2 ad veritatē sacramēti
nihil aliud requirit̄ nisi veritas signi et signati.
suba panis cū suis accidētib' eque ⁊ magis pōt
esse signū sicut sola accidentia: q2 suba panis cū
suis specieb' est nutrimētū ⁊ nō sole spēs: ideo ma
gis panis significat corpus xp̄i i rōne nutrimē
ti spūalis. Similiter q2 ex multis granis panis
cōficitur vn': significat vnitatē corporis veri ⁊ my
stici: qd nō cōuenit accidētibus: ergo. Signatū
etiā: sc3 corp' xp̄i eque pōt saluari cū suba panis
sicut cu3 accidētib' solis: q2 nō magis repugnat
sube esse cū substātiis: q̄ cū accidētib' se nō affi
ciētib': neq3 accidētib' cū accidētib' cōtrariis
sed in sacramēto cū accidētib' panis est corpus
xp̄i: ⁊ etiā accidētia corporis xp̄i: vt quantitas ma
ior corporis christi: si ponit̄ accidēs distinctū a
substātia. Itē caliditas corporis xp̄i cū frigidita
te hostie: ⁊ sic de alijs accidētib' corporis ⁊ panis:
quorū multa videntur cōtraria. ℭ Secūda pars
minoris patet: sc3 q vitarētur miracula: q2 dicē
do q substātia panis maneret cu3 corpe christi:
nō oporteret ponere desitionē materie panis cu
ius desitio est miraculosa. ℭ Itē caueret̄ q acci
dēs nō esset sine subiecto. Itē vitaret̄ q fit actio
⁊ passio nullo subiecto presupposito. Itē vitare
tur deceptio sensuū. Itē q fit nutritio sine sub
stātiali nutrimēto. Itē vitat̄ q materia vel q̄ pre
fuit: vel que nūq̄ fuit: de nouo creatur: vt dū ex
sacramēto generant̄ vermes: siue dū corpus ad
sumptionē specierū sacramētaliū nutritur: ⁊ si
milia. Maior probat̄: q2 ex quo fides nobis da
ta est vt sit via ad salutē: ita d3 teneri put est ma
gis idonea ad salutē. Sed ponēdo aliquē talem
intellectum supra modū difficilem: ⁊ in plerisq3
rationi naturali et rationi ac experientie repu
gnantē: est occasio auertēdi oēs philosophos ⁊
naturalē rationem sequētes a fide: vel saltē im
pediēdi eos ne cōuertātur fidē: dum dicitur eis

talia esse de substātia fidei:q̄ videtur tā sensui:q̄ intellectui repugnare. Immo videt̄ q̄ negando substantiā panis:tot occurrūt hic difficilia itellectu:quot i articulo icarnatiōis. Et mirū videt̄ arguit Scotus:q̄ in vno articulo q̄ nō est pncipalis articul⁹ fidei:debeat talis intellect⁹ asseri: ꝑpter quē pateat cōtēptui olim sequentiū rōnē. ¶ Itē in sacramēto veritatis: nulla dz esse falsitas: accidētia ista significāt naturaliter substantias quas afficerūt: ꝛ si nō manet ibi illa substātia:significatio coꝛ erit falsa. Nec valet dicere q̄ significāt corpus xp̄i qd̄ ibi vere ꝯtinetur: ꝛ hoc ex institutiōe xp̄i. Et illa significatio est vera:q̄ significatio naturalis nō mutat̄ propter significationē ad placitū. ideo nō obstāte institutione xp̄i:manet significatio naturalis:qua significāt panē: ꝛ ideo coꝝ significatio naturalis erit falsa:s; si maneret substātia panis:vtraq̄ significatio tā naturalis q̄ ad placitū eēt vera. ¶ Ad primū dubiū respōdeo ꝑmittēs q̄ tria cōcurrūt in trāssubstātiatiōe panis in corpus xp̄i: due sc; mutationes ꝛ vna successio. ¶ Primū est mutatio deperditiua termini a quo:sc; substantie panis q̄ desinit esse simpliciter. ¶ Secūdū est successio corporis christi qua ꝑm esse suū nō nouū: sed preexistēs:succedit desitioni panis: ꝛ illa successio fieri posset sine mutatiōe corporis xp̄i. posset eīm deus velle cōseruari corp⁹ suū i celo ad desitionē panis in terra: ita q̄ pane i terra desinēte: si corpus suū nō esset i celo: ipz de nouo produceret in celo: i quo casu esset successio corporis xp̄i sine eius mutatiōe. ¶ Tertiū est mutatio localis acq̄sitiua termini ad quē:sc; corporis xp̄i: q̄ incipit de nouo esse presens specieb⁹ panis sine perditiōe sui vbi in celo ad desitiones panis. Et illa sunt separabilia. Primū a secūdo: q: panis posset desinere esse simpliciter: l; nō succederet aliud:et nūc illa desitio esset annihilatio. Secūdū etiā separari pōt a tertio q: posset corp⁹ xp̄i ꝯseruari i celo i ordine ad desitiones panis in terra: absq; hoc q̄ fieret presens specieb⁹ panis. Sed tūc nō esset trāssubstātio ꝑm ocām: l; esset ꝑm Sco. Tertiū etiā posset separari a pmo: q: posset corpus xp̄i fieri presens specieb⁹ panis:pane nō desinēte ꝛ esset simplex mutatio localis sine trāssubstātiatiōe. Pōt etiā illud tertiū separari a secūdo: q: posset fieri presens specieb⁹ panis ꝛ cōseruari: nō aūt ad substātiā panis desinentē. ¶ O Trāssubstātiatio aūt ꝑm opinionē ocād: cōnotat ola illa tria: l; principaliter cōnotet secūdū. Sicut prædere cōnotat actionē ꝛ tps:q: quocūq; deficiēte nō est trāssubstātiatio:l; fortiret̄ aliud nomē impositū vel imponendū. Secūdum tamē principalissime cōnotat:q: ab illo impositū est nomē transsubstātiatio. Scōm Scotū aūt solū duo prima cōnotat ꝛ nō tertiū. Nam ꝑm eū deficiēte tertio manētibus duob⁹ pmis: adhuc saluat̄ ratio trāssubstātiatiōis. ¶ Etiā ꝑm eū tripliciter fieri pōt trāssubstātiatio:vt q̄ vna substātia desinēs esse cōuertat̄ in aliā succedētē sibi ꝑm esse nouū simpliciter:siue i loco prioris substātie desinētis siue in alio loco. Ut si ad desitionē lapidis ꝑm se totū: de⁹ pduceret aurū vel angelū lapis trāssubstātiaret̄ in aurū vel angelū. Uel scōo q̄ sube desinenti succedat alia suba ꝑm esse suū:nō nouū: sed preexistēs in locū siue sub accidētib⁹ prioris substātie. Sicut in ꝓposito:corp⁹ xp̄i ꝑm suā subaz succedit sube panis: ꝛ fit presens ei⁹ specieb⁹. Uel tertio q̄ sube desinēti succedit alia substātia quoad cōseruari in suo esse iaz habito:sine sui mutatiōe:quo mō panis trāssubstātiari posset i corpus xp̄i:vt i celo. Quātū ad primos duos modos cōcordat ocād: non quoad tertiū cōcedit quidē sic fieri posse: sed nō diceret̄ tūc trāssubstātiatio. Nā deus posset velle suū corp⁹ esse nō solū post desitionē panis:s; ordine ad ei⁹ desitionē: ita q̄ si nō pręhaberet eē: vellet ipz de ipō nouo pducere in esse. Et ꝑm hō: sicut de⁹ dicit̄ rē creare qñ vult eā esse post nō eē simplr̄:ꝛ ꝯseruare eā vult eā esse post idē eē preacceptū. Ita pōt velle aliqd̄ eē:siue quātū ad eē nouū:siue quantū ad esse antiquū:in ordine ad aliā rē totaliter desinētē:ꝛ sic dz ꝑm Sco. res de sinēs cōuerti ꝛ trāssubstātiari in aliā: ꝑm ocāz vero vltra illa reqrit̄:q̄ res ꝑm esse suū nouū vel antiquū succedat in locū desinētis: vt possit dici trāssubstātiatio: ꝛ ita doctores illi nō dissidēt quātū ad rē: sed tm̄ quātū ad vocabuli ratione. ¶ P Per hoc ad formā rōnis dubii negēt̄ q̄ cōuersio illa in sacro nō fit ad subaz tāq̄ ad terminū formalē. Ad probationē est ad vbi tāq̄ ad terminū formalē:ꝛ nō ad subam corporis xp̄i: negēt̄ illa copulatiua:q: vt patuit:ibi sūt due mutationes:ꝛ successio sube ad subam:ꝛ ꝑpter successionē sube ad substātiā pncipaliter dz trāssubstātiatio:ꝛ nō ꝑpter alias mutatiōs:l; ipse reqrātur. Et sic vocādo terminū formalē trāssubstātiationis illud qd̄ principaliter cōnotat̄ p nomē trāssubstātiatio: vbi sc; nō est termin⁹ formalis sed suba corporis xp̄i ꝯseruata in ordine ad desitionē panis. Sicut in gn̄atiōe naturali forma q̄ pducit̄ in materia forme corrupte: ꝛ ita i loco forme corrupte: ꝛ sic acq̄rit nouū vbi: ꝛ tm̄ vbi nō est termin⁹ formalis gn̄atiōis siue pductionis forme. ¶ Et cū arguit̄ q̄ suba corporis xp̄i nō ꝯseruat̄ in ordine ad desitionē panis:negēt̄. Ad pbationē cōcedit̄ q̄ corp⁹ xp̄i permaneret si panis nō desineret. Sed ꝑpter hoc nō tollit̄ qn cōseruet̄ ad desitionē panis:q: illd̄ dz cōseruari ad desitionē alteri⁹: qd̄ si aliud nō desineret:nō cōseruaretur:aut si aliud desineret:ipsius de nouo pduceret̄ si nō esset. Et scōm est in ꝓposito: q: desinēte pane p verba cōsecratiōis: si corpus xp̄i nō esset in naturali sua cōsistētia de nouo pduceret̄ a deo ad platione verboꝝ cōsecratiōis per quā desiit suba panis. Et cū arguit̄ ad pbādū q̄ vbi sit termin⁹ formalis: q: corp⁹ xp̄i quātū ad nouū vbi qd̄ acquirit: succedit desitiōi panis. Cōcedit̄ q̄ vbi est termin⁹ formalis: sed nō trāssubstātiatiōis:sed mot⁹ localis q̄ est alia mutatio a trāssubstātiatiōe:reqsita tñ ꝑm vnū modū loquēdi ad trāssubstātiationē: non ꝑm aliū. ¶ Q Si q̄rit̄ iuxta modū loquēdi ocād: cū id in qd̄ fit trāssubstātiatio succedit in locū ꝯuersi: verū semp sit in loco conuersi diffinitiue:vel an possit i eodē esse circūscriptiue? Ad hoc respōdet ocād.q.vj.quarti in solutiōe q̄nti dubii:q̄ esse i loco diffinitiue vel circūscriptiue accidit trāssubstātiatiōi:q: pōt esse trāssubstātiatio: siue id in qd̄ fit trāssubstātiatio: sit in loco vno mō vel alio:licet de facto in trāssubstātiatione sacramētali corp⁹ xp̄i est in loco hostie nō circūscriptiue sed diffinitiue: vt infra patebit. Tñ si esset suba panis trāssubstātiari equalis corporis xp̄i in celo posset corp⁹ xp̄i ibi esse circūscriptiue:sicut in celo per partes suas locoꝝ situ distinctas:posset et ibi esse diffinitiue:sicut placet deo trāssubstātiari. Nec solū substātiā equalis:sed ꝛ minor ꝛ ma-

ior põt trãssubstãtiari in substãtiã habentẽ esse
in loco cõuerse circũscriptiue:et hoc vel tanq̃ in
loco adequato maiori vel minori. Adequato q̃-
dẽ:q: etiã naturaliter idem corpus põt fieri sub
maiori loco ⁊ quãtitate:⁊ minori circũscriptiue:
sine acquisitiõe ⁊ deperditione alicuius partis
illi⁹ corporis:vt p̃z de corpe primo raro:postea
denso ⁊ ecõuerso. Multo magis põt deus cõdẽ-
sare corpus suũ vt existat circũscriptiue in mino
ri loco:q̃ sit in celo:⁊ p ɔñs põt intantũ cõdẽsa
re corpus suũ ⁊ eius partes vt possit circũscripti
ue esse in loco parue hostie: quo casu manerent
partes distincte ei⁹ abinuicẽ loco et situ sicut in
celo:nõ tñ tm̃ distarẽt sicut in celo: esset eñ cor-
pus minus:⁊ caput ⁊ singula mẽbra minora sub
hostia:q̃ in celo. Silr posset deus rarefacere cor
pus suũ vt coassisteret maiori loco circũscripti-
ue:q̃ sit locus ei⁹ in celo. Posset q̃z deus granũ
milij trãssubstãtiare in maximũ montẽ existẽtẽ
in eodẽ loco grani diffinitiue vel circũscriptiue
p sui cõdensationẽ. Nõ eñ implicat ɔtradictio-
nẽ corpus quãtũlibet magnũ. p diuinã potẽtiã
cõdẽsari ad quãlibet paruitatẽ:⁊ ita posset mõs
maxim⁹ cõdensari ad paruitatẽ grani milij sine
depditiõe cuiuscũq̃z sibi essentialis. Posset etiã
granũ milij trãssubari in montẽ:manẽte mõtis
magnitudine mõti ad locũ grani:sz locus grani
nõ erit sibi adequatus. Nec opz id in qd̃ sit ɔuer
sio:esse in loco cõuersi adequate ⁊ precise:sz suffi
cit q̃ sit pñs illi loco:siue adequato:siue maiori
siue minori:dũmodo nõ sit totaliter separatũ a
loco cõuersi. Nã si ex aqua generat̃ vapor:nõ est
ille vapor precise in loco aque conuerse in vapo
rẽ:sed occupat longe maiorẽ. Sic econuerso dũ
vapor cõuertit̃ in aquã: aqua habebit locũ mi-
Pro intel- norẽ loco vaporis. ¶ R. Pro maiori autẽ osten
lectu trãs sione possibilitatis hmõi trãssubstãtiationis:et
substantio- clariori ei⁹ itellectu:pñt notari alique ꝓpositio
nis. nes. ¶ Prima. Deus p suã oĩpotẽtiã infinitam:
põt quãlibet creatã substãtiã ſm oẽs suas ptes
si est cõposita:vel si fuerit simplex ſm totã suã p
fectã essentiã destruere. Patet:q: quecũq̃z pdu-
xit põt destruere:cũ ſm pħm:facilius sit destrue
re q̃ cõstruere. Nõ eñ q̃cũq̃z subã ex hoc q̃ crea
ta est:cõtraxit necessitatẽ essendi simpliciter: q:
p sui creationẽ nõ consequit̃ exẽptionẽ a diuina
potẽtia:sed sicut ɔtingenter mere creata est: ita
cõtingẽter mere a deo cõseruat̃. Põt ergo deus
subtrahere suã manutenẽtiã siue cõseruationes
respectu cuiuscũq̃z subẽ: quo facto quelibet ha-
rũ desinit esse : q: sine ei⁹ cõseruatione vadit in
nihilũ:sicut p ei⁹ conseruationẽ saluatur in esse.
¶ Scdã ꝓpositio. Deus põt p eandẽ suã poten-
tiã aliquã substãtiã totaliter nouã in esse pduce
re. Patet:q: cũ sit infinite potẽtie:nõ est ei⁹ po-
tentia p pductionẽ creaturarũ iã actu pducta-
rũ exhausta:nec manus sue potẽtie abbreuiata:
q: oẽs ille finite sunt numero et perfectione. Si
quidẽ oĩa fecit deus in numero:põdere ⁊ mẽsu-
ra:ergo vltra has põt alias totaliter nouas pro
ducere. ¶ Tertia. De⁹ põt eadẽ virtute qua pri-
mo res in esse pducit de pure nihilo : ipsas iam
annihilatas ſm idẽ esse qd̃ habuerũt reparare.
Pz:q: nõ est maior rõ ĩpossibilitatis : vt res re-
producant̃ postq̃ in nihilũ trãsierũt:q̃ vt pdu-
cerent̃ postq̃ nũq̃ fuerũt. Utroq̃z eñ mõ pduciũ
tur de pure nihilo est. ¶ S Quarta. Deus põt
subam quã de nouo pduxit:silr eã q̃ pfuit actu
est:trãsferre ad locũ sube q̃ totalr desinit esse:et
facere presentẽ accidẽtib⁹ desinẽtis sube ɔserua
tis. Patet primũ:q: minus est trãsferre q̃ crea-
re. Primũ p̃z p ꝓpositionẽ secũdã:ergo et secũ-
dũ. Scdã pars ꝓpositionis: q: accidẽtia ɔserua
ri sine subiecto nullã includit cõtradictionẽ:er-
go a deo negãdũ nõ est. ¶ Preterea accidẽtia de
pendẽt ad subiectũ tãq̃ ad causam extrinsecam:
quippe suba nõ est de essentia accidẽtis:⁊ ita ex-
trinseca accidẽti. Sed oẽm causalitatẽ cause ex-
trinsece de⁹ põt supplere:nõ q̃ subiciat̃ accidẽ-
tibus ſm q̃ ea sustẽtet.i.cõseruet. ¶ Quinta. Põt
de⁹ subam destructã in loco in quo prefuit:repa
rare i ordine ad aliã esse desinẽtẽ : etiã eã q̃ actu
est in loco suo in quo actu est: ad alteri⁹ sube de-
sitionẽ cõseruare:ita q̃ eã si nõ esset:de nouo p-
duceret ad totalẽ desitionẽ alterius substãtie in
alio loco. Pz ex priorib⁹:⁊ q: nulla hic põt assi-
gnari cã impossibilitatis:q: nulla oĩno implica
tur contradictio. ¶ Ex illis manifeste apparet
possibilitas trãssubationis ſm ambas vias su-
pra tactas. Põt eñ deus subam panis destruere
ex ꝓpositione prima. Põt corpus suũ in ordine
ad desitionẽ panis cõseruare ex ꝓpositiõe quin
ta. Põt illud facere pñs specieb⁹ panis cõserua-
tis ex ꝓpositione quarta. Hec cũ facit panẽ i cor
pus suũ trãssubstãtiat:vt p̃z ex trãssubstãtiatio-
nis diffinitione. Põt eñ agẽs naturale formã i
formã cõuertere corrũpendo formã in materia
existẽtẽ:⁊ aliã in eandẽ materiã introducẽdo:
siue de nouo pducẽdo:nõ materiã quã nõ hz in
sua facultate q̃tũ ad esse ⁊ nõ esse. Hec aũt est in
ptãte dei nõ minus q̃ forma:ergo põt totã ma-
teriã ⁊ formã in totũ cõuertere:destruẽdo illud
totũ ⁊ producẽdo aut conseruãdo aliud totum.
¶ T De scdo dubio dr primo:q̃ panis nõ con- Rñsio ad
uertit̃ i deitatẽ:q: p̃z ex statim. ŝ. dictis q̃ i dei secũdum
tatẽ nihil cõuerti põt:ipsamq̃z ꝓpter suã necessi dubium.
tatẽ ⁊ immutabilitatẽ nulli posse succedere. Se
cũdo ex eisdẽ dictis p̃z: q̃ q: q̃libet creatura in
quãlibz ɔuerti põt ptãte diuĩa:panis suba ɔuer
ti põt in aĩam xp̄i⁊ sanguinẽ:sz an de facto ɔuer
tat̃ panis in aĩam et sanguinẽ ⁊c. quotiẽs missa
rite celebrat̃:de hoc querit dubiũ. ¶ Ubi hoc pri
mo firmiter tenendũ est:q̃ facta consecratione
sub specieb⁹ panis est verũ corp⁹ xp̄i : tale quale
est in sua naturali cõsistẽtia.i.quale est ad dexte
rã patris:nõ mortuũ:sz viuũ:⁊ p ɔñs vitalibus
humorib⁹ plenũ:nõ mortale:sz gl̃iosum. Est er-
go ibi aĩa xp̄i:sanguis:diuinitas: ac cetera que i
corpe sunt:aut in celo existẽti vniunt̃ hec sufficiẽ
ter. ŝ. sunt declarata lec. xxxix. ⁊. xxxvij. ¶ Sz an Dubium
oĩa ista sint ibi p cõuersionẽ panis in illa:siue ex
vi cõsecrationis:aut quodlibet horũ sit termin⁹
formalis ⁊ p se cõuersionis:aut solum corp⁹ xp̄i:
hoc est q̃ nũc inq̃rim⁹. ¶ Pro cui⁹ decisione est Rñsio ad
notandũ post venerabilẽ Guil. ockã. q. vj. li. iiij. dubium.
et i tracta. suo gl̃ioso de sacro eucharistie. ca. iiij.
q̃ cõuersio ⁊ trãssubatio dupl̃r accipit̃. Uno mõ
cõiter siue large:prout. ŝ. descripta est. ⁊ hoc mõ
cõuersum desinẽs ɔuertit̃ in quodlibet sibi suc-
cedẽs. Alio mõ accipit̃ magis ꝓprie ⁊ stricte:⁊ sic
cõuersio est successio alicui⁹ p se ⁊ principaliter
intẽti a cõuertẽte:nõ q: cõiũctũ alteri ad cõuer-
sum desinẽs. Illud aũt dr p se et p̃cipalr itẽdi a
ɔuertẽte:qd̃ nõ intẽdit̃:q: ɔiunctũ alteri: sz etiã
si esset p se ab alio separatũ intẽderet̃ a cõuertẽ
te tãq̃ termin⁹ ɔuersiõis:ita q̃ cõuertẽs faceret
ip̃m succedere desitioni cõuersi: etiã si ip̃m esset
ab oĩb⁹ aliis separatũ. ¶ Scdo aduertẽdũ q̃ ter

minus p se et formalis etiā dupl'r potest accipi.
Uno mō vt distinguit a termino p accidēs: et sic
terminꝰ p se cōuersionis dr: entitas illa positiua
q̄ vere succedit cōuerso: et hoc mō q̄libet cōuer-
sio hȝ terminū p se. Et si vni vel ꝯuerse succedūt
plura a se distincta: quodlibet illorū est terminꝰ
p se ꝛ formalis. Immo in casu erūt tot cōuersio
nes: quot sunt succedētia distincta: q: motus et
mutatio vnitatē accipiūt a termio. Terminꝰ aūt
p accidēs dr q̄ nō succedit cōuerso sȝ cōiūctꝰ est
succedēti: sicut caliditas posset dici terminꝰ p ac
cidēs albefactiōis si albū calefieret. Talis autē
terminꝰ p accidēs simpl'r nō est terminꝰ ꝯuersio
nis vel pductiōis: q: simpl'r nō pducit illa pdu
ctione nec succedit cōuerso. Sic eīn nihil pōt p-
duci nisi a cā p se: ita simpl'r loquēdo nihil est ter
minꝰ pductiōis nisi terminꝰ p se. Suo mō de cō
uersiōe. Alio mō dr terminꝰ p se ꝛ formalis vt di
stinguit cōtra terminū minꝰ pncipalē: ꝛ sic ter-
minꝰ p se ꝛ formalis est terminꝰ principal'r a cō
uertēte intētus ad intellectū statim expressum.
¶ u per hoc rñdet ad dubiū p duas ppositio
nes. ¶ Prima: accipiēdo cōuersionē ꝛ trāssuba-
tionē pmo mō siue cōiter: suba panis ꝯuertit ac
trāssubstātiat nō solū in corpꝰ xpi: sȝ etiā i alam:
in sanguinē: ꝛ in accidētia corpori xpi inhere̅tia
tāq̄ in terminos p se: pmo mō accipiēdo termi-
nū p se. Probat: q: illo mō panis cōuertit i oīe
succedēs desitioni panis: sȝ oīa q̄ dicta sūt succe-
dūt pani: ergo. Cōsequētia nota: et maior p3 ex
notabili. Et minor pbat: q: ad desitionē panis
p plationē verborū sacrālium: oīa illa incipiūt esse
sub speciebꝰ panis: ergo succedūt. Sic eīn panis
subam cōuerti i alam xpi nihil aliud est: q̄ ad p
lationē vborū sacrāliū p q̄ desinit panis sub eiꝰ
speciebꝰ icipere alaȝ xpi. Et q: ita vere icipit ala
xpi de nouo esse sub speciebꝰ panis sicut corpus
xpi: ꝛ ita vere ac si panis ꝯuersus esset pmo: ꝛ so-
lū in alam xpi: et iō ala vere ꝛ p se est terminꝰ cō
uersionis huiꝰ: lȝ nō terminꝰ pmo intētꝰ. Ex illo
sequit q̄ tot sunt cōuersiōes i cōsecratiōe eucha
ristie: quot ibi incipiūt esse de nouo sub spēbꝰ pa
nis entia realiter distincta ꝛ ab inuicē separabilia:
vn̄ est ibi trāssubatio panis in corpꝰ. Itē panis
in alam. Itē panis i sanguinē. Itē trāssubē acci-
dētatio panis i accidētia: lȝ tm̄ vnū sit cōuersum
et trāssubatū. s. suba panis. Sic si i aliq̄ subiecto
acq̄rerent: plura accidētia simul tpe: vt color: ca
liditas: raritas ꝛc. non obstāte mobilis vnitate:
sunt ibi diuerse mutatiōes tot: quot qualitates
itroducunt: ꝛ q̄libet q̄litas esset terminꝰ sue mu-
tatiōis. Ita in pposito. ¶ x Scda ppositio ac
cipiēdo cōuersionē scdo mō stricte ꝛ ppie ꝛ filr
terminū p se ꝛ formalē p termino pmo itēto: cō
uersio panis nō fit in alam xpi: nec in eiꝰ sangui
nē: nec in accidētia: sȝ tm̄ in corpꝰ xpi tāq̄ in ter
minū eiꝰ p se primū ꝛ formalē. Probat: q: tantū
corpus xpi est ibi p se nō vt cōiunctū: qm̄ si esset
separatū ab ala et a sanguine sicut fuit in triduo
mortis xpi: ꝛ tūc ad plationē verborū cōsecratio-
nis: esset tm̄ ibi corpꝰ cū diuinitate: ꝛ nec ala: nec
sanguis: nec opationes vitales. Ad plationē eīn
verborū ꝯsecratiōis a sacerdote sup materia ꝯue
niēte cū debita intētiōe: diuina ptāte semp inci
pit esse sub spēbus panis id qd̄ significat p ter-
minos forme cōsecratiōis. i. corpꝰ xpi: ꝛ tale q̄le
est in naturali cōsistentia. i. cū oībꝰ sibi vnitis et
inherētibꝰ ꝛ cōiūctis ꝛ ad hec req̄sitis. Et q: nō
semp eadē insunt corpori: nec eadē ꝯiūcta sunt:
ideo nō semp eadē sunt pñtia speciebꝰ panis ad
verba ꝯsecrationis. Illud tn̄ q̄ semp pñs est
facta cōsecratiōe: ꝛ qd̄ significat expsse p vba cō
secrationis: est primo intētū a deo cōuertēte: ce
tera vo secūdario. ¶ y Et ita accipiūt cōuersi
et terminū p se cōuersionis doc. dicētes corpus
xpi esse sub spēbꝰ panis tm̄ vtute vborū sacrāliū
ꝛ ex vi ꝯuersionis: alam vo ꝛ sanguinē ꝛ acciden
tia ibi esse p ꝯcomitātiā: q: ꝯiūcta sunt corpori
in sua ꝯsistētia naturali: cui si ꝯiūcta non essent:
nō cōtinerent sub spēbꝰ: quātūcūq3 sacerdos cū
intētione debita pferret vba ꝯsecratiōis super
conueniēti materia. Silr cū dicit subam panis
ꝯuerti i corpꝰ tm̄: ꝛ nō i alam vel sanguinē: et ita
loquit glo. de cōse. dis. ij. q̄d est xpm māducare.
dicēs. In solā carnē panis ꝯuertit: ꝛ vinū in san
guinē. Et magr̄ dist. xj. quarti snīarū. Licet sub
vtraq3 specie sumat totus xps: tn̄ nō fit ꝯuersio
panis nisi i carnē: nec vini nisi in sanguinē. Car
nē ponit p corpore. Et p hoc ad rōnē dubij dr:
q̄ pcedit de ꝯuersione ad trāssubatione cōiter
dicta: quō etiā diffinita est. Sȝ accipiēdo ppriet
stricte: ꝛ diffinitioni. s. dicte addere opȝ: p se pri
mo ꝛ pncipal'r: vt dicat. Trāssubatio est ꝯuersio
sube toti9 in subam: p se primo ꝛ pncipal'r: non
habētē cōem materiā cū ꝯuersa. Et exponātur
termini p se: pmo ꝛ pncipal'r: vt nūc expositi sūt.
Et ita p3 ad illō dubiū: quō panis ꝯuertit vl nō
ꝯuertit i solū corpꝰ vl etiā in alaȝ ꝛ sanguinē ꝛc.

¶ Lectio. xlij. a

AD tertiū dubiū

Rñsio ad tertium dubium.

preceden̄ti lectione motū. s. an pa-
nis desitio dici debeat annihila-
tio: an corruptio? Rñdēdo. Notā-
dū q̄ illud dubiū orit ex icertitu-
dine q̄d nois vocabuli. Non eīn apud oēs codē
mō accipit vocabulū annihilationis. Certū est
aūt q̄ annihilatio dicit desitionē rei: non tamē
oēm. Desitio vo est trāsitio rei aliq̄n existētis in
non esse. Siq̄dē desinit qd̄ nō esse incipit: vt p3
p eius expositionē. Trāsit autem res in nō esse
multipl'r. Qñq3 p solā separationē partiū suarū
partibꝰ ipsis separatim manētibꝰ: sic hō desinit
et trāsit in nō esse separata ala intellectiua a cor
pore: lȝ maneat ala separata: et silr corpus. Sic
totū integrale siue sit res vna primua naturalis:
vt lignū: lapis: siue cōtiguū artificiale: vt domꝰ
tunica desinit esse si ptes abinuicē separent loca
liter ipsis tm̄ manētibꝰ in suo esse. Qñq3 transit
res in non esse p desitionē alterius partiū essen
tialiū altera parte manēte. Sic oīs res natura-
lis composita ex materia ꝛ forma materiali siue
extēsa corrūpit: ꝛ trāsit in nō esse: p hoc q̄ forma
eius subalis nō manet: manēte tm̄ materia q̄ est
sue cōpositionis pars altera. Sic lignuȝ desinit
simpl'r et trāsit in nō esse dū ex eo gñatur ignis:
q: manēte materia ligni corrūpit forma ligni: ꝛ
introducit forma ignis in eandē materiaȝ. Sic
etiā bruti cū morit trāsit i nō esse: q: corrūpitur
forma brutalis: et itroducit forma cadaueris in
materiā bruti manēte. Qñq3 res desinit ꝛ trāsit
i nō esse sm̄ se totū: q: nihil ipsiꝰ manet: sȝ quod
libet ipsiꝰ ita trāsit in nihil siue i nō esse: hoc est:
ita simpl'r sm̄ se ꝛ quodlibet sui nō est: sicut non
fuit añ mūdi pductionē. Et isto mō trāseūt i nō
esse oēs res cōposite ex ptibꝰ diuersaꝝ rōnū: siue
habeāt ptes siue nō: dū desinūt: siue etiā sint res

Annihilatio. Desitio q̄d dicit ꝛ quomō fiant.

totales per se subsistētes vt angel⁹ siue materie
inherētes: vt forme subales ⁊ accidētales. Vñ in
corruptiōe cōpositi subalis puta bruti vł aeris:
ita forma substātialis trāsit ī nō esse: ⁊ nihil ipi⁹
forme manet: sicut ante mūdi creationē nihil
ipsi⁹ fuit: ⁊ ita trāsit in nō esse forma ī corruptio
ne cōpositi: sicut angelus si simplr destrueret̄.
Nec refert quātū ad nō eē ꝙ forma desinit ī ma
teria ⁊ ꝙ angelus desinit extra materiā. Nā vbi
cūqȝ res ſm se ⁊ q̄dlibet sui desinit: nihil ipsius
manet. ℭ B Nec ideo forma desinēs ī materia
minus trāsit in nihil aut in nō esse: q̄ ſm aliq̄s
manet ī potētia materie. Tū q̄ nō plus manet ī
potētia materie q̄ in potētia agētis: ſȝ nō obstā
te illo esse: qđ hȝ in potētia agētis trāsit ī purū
nihil. i. ī nō esse simplr: ergo silr nō obstat ꝙ
manet ī potētia materie. Itē nō obstāte illo esse
in potētia materie: forma pōt creari a deo: q̄ oē
pducibile a natura de potētia materie: pōt sim
pliciter creari a deo: sed q̄cq̄d creat̄ de nihilo p-
ducit̄: ſm magrȝ dist. i. li. ii. similr. Ergo nō ob
stāte illo eē ī potētia materie trāsit ī purū nihil.
ℭ Preterea: forma materialis potest a deo an-
nihilari: ita reduci ad purū nihil: ⁊ tñ annihila
ta manet ī potētia materie: q̄ pōt reproduci ad
esse actuale ī materia: ⁊ hoc est esse ī potētia ma-
terie. ℭ Si dicaͬ ꝙ forma corrupta nō pōt repro
duci ab agēte naturali. v. phisic. ⁊. ii. de gñatiōe
ī fine. Sed solū a deo nō de potētia materie: sed
per creationē. Illud est pro dicto pbādo: q̄ tūc
forma naturaliter ī materia corruptanō manet
in materia potētia: q̄ nō pōt reproduci de potē
tia materie: q̄ nō per agēs naturale: nec p agēs
supernaturale: q̄ deus nō agit de potētia mate
rie: q̄ nō indiget ī sua actiōe materia. ℭ Preterea
ea illō esse in potētia materie nō est aliquod es-
se reale distinctū a materia et agente. Nihil eñ
aliō est q̄ posse produci cōcurrēte materia: sicut
esse in potētia dei agētis nihil aliud est q̄ posse
produci a deo agēte: ⁊ nō dicit aliqđ esse creabi-
le in deo: vt ostēdit magister dist. xxxv. pmi: in si
mili de esse in sciētia dei. Posse aūt pduci a deo:
vel posse pduci cōcurrēte materia: nihil ponit ī
possibile sic pduci: ideo illo nō obstāte: tale possi
bile est purū nihil. Silr ⁊ accidens qđ abijcitur
in alteratione trāsit simpliciter in nō esse: sicut
nō fuit ab initio ante mūdi productionē. ℭ Itē
desitio rei siue in materia siue rei totalis potest
fieri aliqñ a causa naturali: sicut in generatione
substātiali: siue accidētali qñ corrūpitur totū cō
positū similiter ⁊ forma substātialis: et generat̄
noua forma ī priori materia: ⁊ p hoc nouū cōpo
sitū. Qñqȝ fit a cā supnaturali nō cōcurrēte acti
ua cā naturali: vt si de⁹ imediate destrueret for-
mā hoīs vel asini in materia: silr in destructiōe
charitatis ⁊ grē. ℭ C Cōsequēter nota ꝙ anni-
hilatio dupliciter pōt accipi. Uno mō vt est desi
tio rei ſm se ⁊ quodlibet sui: qua redigit̄ in purū
nihil: sicut fuit purū nihil ante mūdi creatiōē.
Hoc est q̄ ita trāsit in nō esse simplr ꝙ nihil ipi⁹
manet ī materia: sicut nihil ei⁹ ī natura fuit an-
te mūdi pductionē: ⁊ hoc a cā nō reqrēte in sua
actione materiā. ℭ Ex quo p̄ȝ ꝙ illo mō distin
guit̄ a corruptiōe cōpositi substātialis: q̄ illō in
sua corruptiōe nō desinit ſm se ⁊ q̄dlibet sui: ma
net eñ materia. Distinguit̄ etiā a corruptiōe for
me substātialis vel accidētalis ī materia natura
li: q̄ lȝ forma talis simpliciter trāsit in nihil: vt
pbatū est: q̄ tñ hāc desitionē causat causa q̄ req

magister sen.

Annihilatio dupliciter capitur.

rit materiā: iō non annihilat̄: sicut ecōuerso: lȝ
forma p gñationē pducta vere pducat̄ de nihi-
lo: hoc est postq̄ nihil fuit: q̄ tñ pducit̄ ab agē-
te qđ reqrit materiā: iō non creat̄: sed fieri dr ex
vel de potētia materie: nō ꝙ pri⁹ ſm q̄dcūqȝ eē
fuit ī materia: ſȝ q̄ ad ei⁹ pductionē a tali agēte
reqrit̄ materia manēs. Ita forma corrūpit̄ ī po
tētia materie: nō ꝙ ſm aliqđ sui manet ī mate-
teria: ſȝ q̄ ad ei⁹ corruptionē ab agēte tali natu
rali reqrit̄ materia. Scđo mō accipit̄ annihila-
tio vt nō solū negat eē annihilati: ſȝ ēt negat suc
cessionē cuiuscūqȝ positiui: ⁊ illo mō nihil qđ cō-
uertit̄ ī aliō: q̄uis simplr desinat eē: annihilat̄:
Et diffiniat̄ vt. s. addēdo sine successiōe alicui⁹
entitatis positiue. ℭ E Per hec ad dubiū rñ-
det̄ p duas ꝓpositiōes. Prima: Accipiēdo anni-
hilationē primo mō: suba panis vere annihilat̄ ī
cōuersiōe ei⁹ ī corpe xpi. Probat̄: q̄ vere redigit̄
ī purū nihil ſm se ⁊ q̄dlibet sui: ad sensū. s. posi
tū. Probat̄: q̄ suba panis nō hȝ veri⁹ vel actua-
lī⁹ eē ī corpe xpi succedēte: q̄ ī potētia dei creati
ua ſm cōtinētiā virtualē vel pfectionalē: aut q̄-
cūqȝ alio mō exprimat̄. Sȝ nō obstāte tali esse ī
potētia dei vere annihilaret̄: si desineret ſm se ⁊
q̄dlibet sui: materiā scȝ ⁊ formā: nō succedēte cor
pore xpi: ergo nec obstat esse qđ dr hr̄e ī corpore
xpi. Cōsequētia nota cū maiori. Sȝ minor pba
tur q̄ nisi sic nō posset a deo annihilari: q̄ quā
tūcūqȝ reducit̄ ad pmū nihil semp manet ī potē
tia dei: q̄ semper pōt recreari a deo sicut potuit
pusq̄ erat creari. ℭ Itē sicut īpossibile est ꝙ ali-
qđ hēat esse post nō esse: nisi p gñationē vel per
creationē: ita īpossibile est aliqđ acqrere nō esse
post esse: nisi p corruptionē vel annihilationē.
Sed suba panis cōuersa ī corp⁹ xpi acqrit nō eē
post esse: ⁊ nō p corruptionē: q̄ illa presupponit
materiā manēte: qđ nō est ī ꝓposito: q̄ totū trā-
sit in totū: ergo p annihilationē. Sed hic posset
faciliter dici ꝙ acqrit nō esse post esse p ꝯuersio
nē supnaturalē: q̄ videt̄ eē mediū īter corruptio
nē ⁊ annihilationē: ⁊ sic ēt cōuersio posset forte
poni mediū īter gñationē ⁊ creationē. Et pōt cō
sequēter dici ꝙ si qđ cōuerteret̄ supnaturaliter ī
aliqđ de nouo ſm se totū pductiuū quoad mate
riā ⁊ formā: illud sic pductū de nouo nō crearet̄
nec gñaret̄: ſȝ īciperet eē p cōuersionē alteri⁹ in
ipm: ⁊ per hoc nō diuo esset de nihilo: iō prima
rō est efficacior. Illa aūt posset fieri cōtra ꝓposi-
tionē sequētē: ⁊ soluit̄ vt nūc soluta est. ℭ F Se
cūda ꝓpositio. Accipiēdo annihilationē secūdo
mō: vt scȝ negat successionē entitatis positiue: pa
nis suba in corp⁹ xpi cōuersa nō annihilat̄. Pa-
tet: q̄ lȝ ſm se totū desinat: tñ succedit corp⁹ xpi
ad cui⁹ successionē ordiat̄ totalis desitio panis.
ℭ Et si q̄s di. Desitio panis est mutatio depdi-
tiua: ⁊ realiter sepabilis a successiōe corporis xpi: er
go siue succedat corp⁹ xpi: siue nō: nō variat̄ ī se
desitio panis ſȝ si nō succederet corp⁹ xpi: simplr
annihilaret̄: ergo etiā si succedit annihilat̄: q̄ ea-
dē est mutatio panis siue corp⁹ xpi succedat siue
nō. Rñdet̄: verū est ꝙ mutatio panis est eadē si-
ue succedat corp⁹ xpi siue nō essentialiter: q̄ sem
per est eadē desitio: ⁊ idē termin⁹ intrīsec⁹: puta
nō esse simplr panis tñ nō sortit̄ ꝓpter hoc eādē
denolationē cōnotatiuā. Annihilatio eñ est cōno
tatiuū cōnotās pūationē successiōis: iō ista exi-
stēte dr panis annihilari: ea nō existēte: q̄ cōnota
tū deficit nō annihilat̄. Sic idē hō qñqȝ dr alb⁹:
qñqȝ nō sine sua variatiōe eēntialiter qñqȝ alicui

dexter qñqz sinister: sine ꝗcūqz sui mutatiōe: sed nō sine mutatiōe alterius. Sic eadē panis desitio dr̄ annihilatio: si nō adsit successio alteri⁹: et dr̄ nō annihilatio si adsit. Rōnes dubij laborāt

Rn̄sio ad q̄rtū dubium. in eq̄uoco hui⁹ termini annihilatio: et pz solutio ex dictis. ℭ S De quarto dubio: qd̄ inq̄rit cur ad tā difficilē intellectū limitauit ecclia articulū de sacramento eucharistie. De hoc varias rōnes assignari laborat scriis Bonauē. Alexan. de

Sāctus thomas. ales: et post eū sctūs Tho. q̄ l. iiij. scrip. dist. xj. q. j. dicit: ꝙ opinio tenens ꝙ panis substātia manet cū suba corꝑis xp̄i est incōueniēs: impossibilis et heretica. Incōueniēs: q2 tollit reuerētiā debitā xp̄o: vt ptinet in hostia. Sibi enim vt i eucharistia: debet cult⁹ latrie: sz si ibi maneret panis: nō deberet talis exhiberi: q2 esset occasio idolatrie remanēte ibi pane. ℭ Itē tollit significationē hui⁹ sacramēti: dz enim illō primū significare corpus xp̄i vt p̄uiū signatū: sz si ibi maneret substātia panis ipsa hēret rōnē p̄nu signati. ℭ Itē tolleret debit⁹ vsus sacri: q2 si ibi maneret suba panis: esset vere cib⁹ corꝑalis. Usus aūt hui⁹ sacramēti est: ꝙ sit cib⁹ spūalis. Impossibilitatē ꝓbat: q2 nihil pōt icipere esse vbi pri⁹ nō fuit: nisi ꝑ sui mutationē vel alteri⁹ in ip̄z. Sed si panis maneret: et nō cōuertit in corp⁹ xp̄i: corp⁹ xp̄i mutaret localiter: et cū simul et semel i diuersis locis corpus xp̄i consecret: oporteret ipsum simul et semel ad diuersa loca moueri: qd̄ est impossibile: q2 contingeret cōtrarios motus inesse eidē: vel saltē diuersos eiusdē spēi. ℭ Tertiū ꝙ sit hereticū probat: q2 est cōtra veritatē scripture: scz ꝟba xp̄i īstituētis: dicētis: Hoc est cor. m. Si aūt substātia panis maneret: veri⁹ diceret: hic est corp⁹ meū: ꝙ hoc est corp⁹ meū. ℭ P Sed ꝙ iste rōnes nō sint efficaces: ostēdit Sco. q. iij. dist. xj. q̄rti sui scripti. Inefficacia p̄me pz: q2 nō est idolatria adorare xp̄z i eucharistia: et tñ negari pōt q̄n sit ibi creatura aliq̄: scz spēs ille: sz nō est adorādū sensibile ptinēs: sz xp̄s cōtētus. Sic si panis maneret: diceret xp̄m cōtineri sub pane quātor qualit: et tñ nō adorari panē: sed xp̄m cōtētū i pane: vt in signo. Nec etiā simplices nō potētes distīguere panē a corꝑe xp̄i: nec nūc nō potētes distinguere inter accidētia panis et corp⁹ xp̄i sunt idolatre. In oib⁹ eniz est vna rn̄sio: ꝙ simplices adorāt in fide ecclie: et hoc sufficit eis ad salutē. Maiores aūt distincte adorāt cōtētū xp̄m: et nō signū: siue signū ptinēs sit accidēs tñ: siue suba panis cū accidente. ℭ Scd̄a ratio magis est ad oppositū: q2 vt argutum est in propositione dubij: si ibi maneret panis: duplex significatio eēt vera: naturalis et ad placitū: nūc aūt nō pōt saluari nisi altera vera. ℭ Dicat ergo ad rationē: ꝙ primū significatū ex institutiōe diuina dz eē corpus xp̄i: et ita est siue maneat substātia panis siue nō. Primū aūt significatū accidētiū qd̄ naturaliter significāt: semꝑ est substātia illa quā primo afficerēt: q2 illa naturalis significatio non mutat: illa idē significāt fideli et infideli. ℭ Nec tertia rō probat: q2 mō manifestū est ꝙ ille spēs nutriūt. et tñ nō negat hic esse cibū aīe: cū dat cōtētū sub cibo corꝑali: ita ēt si poneret ibi panis manere: esset ibi nutrimētū corꝑale: et tñ cōtētū sub illo eēt tñ nutrimētū aīe spūale. Ratio etiaz probās īpossibilitatē nihil valet: q2 ostēdet ifra. ꝙ corp⁹ xp̄i vere mutat localiter acquirēdo p̄sentiaz nouā ad diuersa vbi diuersas scz species sacramētales. Qd̄ aūt nō est impossibile diuersos motus: sursum: deorsuz etc. inesse eidē: aut verius idē moueri diuersis motibus: infra dicet. ℭ Ultimū de hic et hoc: nihil ad propositū. Uerū est enim hic est corpus meū. et similiter verū est hoc est corpus meū nō hoc accidēs: sed cōtentū sub accidente. Eodē modo si esset substantia panis: nō hoc qd̄ est substātia panis: esset corpus xp̄i: sed hoc qd̄ est cōtētū sub pane: est corp⁹ xp̄i. Maluit aūt saluator vti h̄ vocabulo hoc: ꝙ hic: q2 sic magis exprimit veritas: licet vtrūqz eēt verū. Alie persuasiones doctorū videtur min⁹ efficaces. ℭ I Tenēda est ergo hec veritas: ꝙ panis suba nō manet: sz ꝯuertit in corp⁹ xp̄i ꝓpter ecclie determinationē: et auto. sctōꝝ vt patuit in principio ꝓcedētis lec. Ecclia enim determinauit istū itellectū eē de veritate fidei i symbolo edito sub Inn. iij. i cōcilio lateran. sicut allegatū ē: vbi magꝭ explicite ponit ꝟitas credēdoꝝ quorūdā: q̄ in symbolis aploꝝ Athanasij vel niceni ꝯcilij. Et quicq̄d ibi dr̄ credendū: tenēdū est eē de substantia fidei post istam decisionē solēnē ecclesie. ℭ Sed cur hūc itellectū difficilē scti dicere: et ecclesia determinare elegerūt: cū scripture ꝑht exponi et saluari ꝑm intellectū facilē de hoc articulo. Rñdēt hic Sco. et bona. ꝙ eo spū exposite sunt scripture q̄ cōdite: et ita ecclia catholica eo mō exposuit: quo spū veritatꝭ edocta fuit: et iō intellectū hūc difficilē elegit: q2 ver⁹ xīt. Nō enim in ꝑtāte ecclie fuit hūc intellectū: verū facere vl' nō verū sz dei istituētis. Intellectū aūt hūc a deo verū factū et traditū ecclia explicauit: directa i hoc (vt credit) a spū spōsi sui xp̄i: spū scz sctō: quē ꝓmisit xp̄s ecclie vt maneat cū ea in eternū. Hec ergo veritatis spū recta: in his que fidei sunt: errare nō pōt. Uñ licet xp̄s potuisset instituisse: ꝙ ad ꝟba cōsecratiōis corpus suū ꝑsens eēt substātie panis non desinēti sīl' et ei⁹ accidētib⁹: ita tñ nō instituit sed ordinauit ꝙ fieret ꝑsens accidētibus tñ: ad substātie panis desitionē. Ordinatio aūt hec fortasse innotuit ecclie lōgo tp̄e post sacramēti institutionē. Et creditur primū sctis patrib⁹ reuelata: q̄ scriptis suis posteros docuerūt: vel saltē ipsi ꝑ studiosam scripturarū explanationē inuenerūt: quoꝝ autoritates .s. posite sunt. ℭ K Nō ergo fecit ecclia ꝑmo hāc verā: ꝙ panis cōuertit in corp⁹ xp̄i: vel hāc veritatē primo tenēdā statuit: sed eā ab initio institutionis sacramēti fuisse verā declarauit: q̄ ante ei⁹ declarationē nō sciebat fuisse vera ex sufficiēti autoritate. Quāuis enim btūs Amb. et alij scti pr̄es ipaz astruētes nō defuerūt: q2 tñ ipsoꝝ autoritas ad assentiēdū ipsoꝝ dictis neminē cōpellit: nisi i diuinis fundata fuerit scripturis: aut diuine inniatur reuelatiōi: ideo anteq̄ hoc cōstaret: licuit q̄busdā cōtradicere eoꝝ dictis et oppositū opinari. vñ btūs Hiero. Si q̄d dixero qd̄ nō aliq̄ duorū testamētoꝝ ꝓbauero: nō mihi credat. Et beatus Aug. in ep̄la. viij. ad Hiero. Solū canonicis scriptorib⁹ hic honor est exhibēdus: vt q̄cūqz dixerint: hoc ipso vera esse credant. Et post modicū. Alios ita lego: vt quātalibet sctitate: quātaue doctria polleāt: nō ideo verū putē q2 ipsi ita senserūt: sz q2 mihi per alios autores vl' canonicas vel probabiles rōnes: q̄ a vero nō oberrēt: ꝑsuadere potuerūt et habet dist. x. Ego. vbi multa ad hoc ꝓpositū: cui⁹ exēplū familiare est. Lz btūs Tho. sctūs credat: et ab ecclia canonizat⁹: q2 tñ multa scripsit ad q̄ sufficiētē auto. et rōnē nō habuit: nec cōstat de reuelatiōe diuinit⁹ sibi facta

[Margin notes, right column: "Job. xiiij" beside "Intellectū aūt hūc a deo…"; "Augusti[nus]" beside "Et beatus Aug. in ep̄la. viij…"]

ideoqʒ hodie in scholis publice sibi cōtradicit. et qd maius est scrūs scrō cōtradicat. sic cōtradicat bt̄us Augu. btō cypriano de baptismo hereticoꝝ et scismaticoꝝ: sicut et btō Hiero. de reprehensione pauli: qua rephēdit petrū: et sic de multis
Gal.ij. alijs. ℭ L Cū aūt ecclia aliquā ṽitatē determinat: innitit diuie reuelatiōi: aut saltē diuie scripture: p quarū diligētē expositionē veritates quasdā extrahit: q̄s vt credēdas pponit: q̄ priorib⁹ icognite fuerūt: saltē sic explicite declarare non ꝙ nouas ṽitates (vt dictū est) faciat: q̄ pri⁹ veritas nō fuit: sʒ veritatē q̄ semp fuit vera: declarat q̄n pri⁹ nō sufficiēter cognitā. Sic in cōcilio niceno determinatū est spm̄sctm̄ a prē et filio pcedere: cui⁹ oppositū dicebāt greci: nec tn̄ propter hoc ante determiationē tenētes oppositū fuerūt heretici: q: aū nō fuit hoib⁹ certū id eē verū: qd post reꝑtū est esse verū modis ante dictis. Sic nouissime in ꝯcilio basilieū. i sessiōe. xxxvj. āno. M.ccccxxxix. determinata est hec veritas: ꝙ btā et gliosa ṽgo origīali petō nūꝙ subiacuit: quā determinationē sub plūbo et sigillo concilij gn̄alis vidi: et manib⁹ tenui. Nō hoc tūc factū est verꝫ p ecclie determinationē: sʒ declaratū est eē verū qd pri⁹ fuit verū. Sʒ id fuisse verū ex sufficiēti autoritate nesciebat: ppter qd pri⁹ oppositū sine culpa et temeritate teneri potuit et defen-
Gregori⁹ di. Et hm hoc verū est qd dicit btūs Greg. super ezec. ꝙ p incremēta tēpoꝝ creuit noticia sacraꝝ
Job.xvj. lraꝝ: q: ṽitates catholice de die i diē magis et magis explicate sūt. Sic dixit ppheta. Sup senes itellexi: et super oēs docētes me itellexi. Et dn̄s aplis. Multa habeo vobis dicere q̄ nō potestis portare mō: cū aūt vene. ille spūs ṽitatis docebit vos oēm veritatē. Sic i pposito: declarauit ecclia panē trāssubstātiari in corp⁹ xp̄i et nō manere: et ūa corp⁹ xp̄i esse p̄ns specieb⁹ panis sine substātia panis. Nō sua volūtate bn̄placito aut sapiētia: q: nō est fides i sapia hoim q̄ stulticia est apd deū. Hm aplm. Sʒ q: verū h̄ eē ecclia co-
j.Cor.iij gnouit. ℭ M Et p h̄ ad rōnes dubij d̄r: ꝙ itellect⁹ cuiuslibet articuli i vbi tradit⁹ ad illū itellectum specialem limitandus est: qui verus est: nō curādo an sit facilior: vl ad itelligēdū difficilior: siue sequant̄ pl̄a miracula: siue pauca. Et ita itellect⁹ ille. ꝙ panis ꝯuertit̄ et nō manet cuꝫ corpe xp̄i p̄ñte solis specieb⁹: q: ver⁹ est: et opposit⁹ falsus: ab ecclia est determinat⁹: debetqʒ ad eū suscipiēdū captiuari cuiuslibʒ itellect⁹ fidelis in obsequiū fide xp̄i: vt dicit aplus: q: pl⁹ pōt de⁹
j.Cor.x sua oipotētia efficere: ꝙ̄ creata itelligētia cape-
Augusti. re. Hm ꝙ dicit. b. Aug. Fateamur deū aliq̄ posse et nos itelligere nō posse: neqʒ de⁹ laborat faciēdo miracula: ad q̄ꝝ multiplicationē fidelis gratulari hʒ nō refugere. Gratulari inquā: q: tā potētē deū colit: q̄ tā mirabilia opat̄ ppter salutem hoiꝝ: q̄ create nature excedūt et facultatē et itelligētiā. Infidelis aūt pp̄ls pl⁹ i fidei admirationē: ꝙ ei⁹ derisionē. suspēdi pōt: imo ad credēdū allici et pmoueri: dū audit tātā autoris fidei potētiā vt oē id posse astruat qd ꝯdictionē nō icludit. Multaqʒ cū mirabilia sup nature cursuꝫ ppter fideliū suoꝝ amorē et salutē opari: sicqʒ se sub potēti manu sua hūiliēt: et sum: cui credūt: autorem glificēt. Sic eñ multi ifideliū ad fidē sunt allecti audiēs isueta effectib⁹ et miraclis: et i admirationē suspēsi. rurs⁹ ex admiratōe docibiles redditi: et a dn̄o misericordie p meritū scrōꝝ suoꝝ illuminati. Et si q̄ aliq ppē miracula et fidei nr̄e ar-

dua scādalisāt̄: nō potētes aut nō volētes credere nisi his q̄ i natura aspiciūt: ac p h̄ fidē tāꝙ fal- Mat.xv
sā aut vanā ꝯtēnūt: q̄d aliō ꝙ̄ ṽbū xp̄i ꝯplecēdū est. Ois plātatio quā nō plātauit pater me⁹ celestis eradicabit̄. Sinite eos: ceci sunt et duces cecorū. Utilius eñ scādalū nasci permittit̄: ꝙ̄ veritas relinquit̄. ait Greg. et ponitur in decretalibus pro regula iuris. Sic quidaꝫ xp̄i falsi discipuli ad saluiferā ipsi⁹ de hoc sacro doctrinā supra humanū intellectū eminentē scandalisati Grego.
sunt: et abierunt retro: in dānationis laqueū seipsos precipitātes: propter quos tn̄ xp̄s veritatē ac mirabilia huius sacramēti nō tacuit: sʒ publice predicauit: dicens. Caro mea vere est cib⁹ et c. ℭ N Neqʒ enim ex intellectu credibilium fidē nancisci oportet: sed ex fide intellectū: dicēte Esa. Nisi credideritis nō intelligetis. eiusdeꝫ vij. ca. hm aliā trāslationē. Si quē igit̄ a fide re-
uocant miracula: sciat se nō esse idoneū xp̄i sectatorē: qui fidē miraculis instituit et roborauit. Job.vj.
Cessant deniqʒ humana (ait Maximus in ser. de inocētib⁹) dū tractant̄ diuina. Necesse est humana succūbere dum celestia pdicant̄: silere naturalia cū veritates loquunt̄. Nō itaqʒ ad lucrādū fidei irrisorē ṽitati cedēdū fuit: aut miracula minuēda: q̄ ad fidei robur: et fideliū vtilitatē benignitas operata est saluatoris: sed ppter ea venerādus et collaudandus est deus: ac sua dilectio nimia agnoscēda. Siquidem minorare et abijcere miracula est fidei firmamentū tollere. Nā ad robur fidei etiā pdicatorib⁹ in orbē vniuersum missis ptātē dedit signorū: vt noua que pdicarēt: nouitate miraculoꝝ cōprobarēt: et fidē ṽbis facerēt nō sapiētia hūana: sʒ mirabilia facta diuina. Sicqʒ dū nō humanis psuasionib⁹: sed diuinis crederet̄ operatiōib⁹: fides meritoria suo pmio nō fraudaret̄: q̄ nō hʒ meritū vbi pbet humana rō experimentū. Oportet igit̄ ab apparētijs naturalib⁹ animū reuocare: et veritati m̄ris ecclie fidelr adherere: et a fide nō adulterari: sequēdo nr̄am itelligētiā quā experimur i multis deficere et errare. ℭ Per hoc sufficiēter respōsum est rōnib⁹ dubij. Fides eñ tūc pficit nobis ad salutē: q̄n innitit̄ veritati in xp̄o fundate: nō vanitati et naturalis cognitiōis ifirmitati et c.

ℭ Lectio. xliij. A

Ostēso ꝙ panis

cōuertit̄ in corp⁹ xp̄i tāꝙ in terminū formalē et p se cōuersiōis: vidēdū est q̄d accipit̄ noīe corpis xp̄i: i qd ꝯuertit̄ panis suba. An suba q̄dā simplex: an aliqua composita ex materia et forma. Et posset quidē breuiter r̄nderi: ꝙ corp⁹ in qd cōuertitur suba panis est primū pfectibile ab aīa xp̄i itellectiua. i. id qd cū aīa intellectiua ꝯstituit humanitatē christi: tāꝙ altera ei⁹ pars essentialis: qd verū est: si nō ponant̄ plēs forme vitales i xp̄o. Utrū autē illud primū perfectibile sit materia simplex: an cōpositū ex materia et forma: sunt diuerse opiniones hm diuersitatē opinantium de vnitate substātialis forme eiusdē cōpositi: et pene tot: quot sunt doctores in hac materia scribētes. Un̄ pfundiori haꝝ discussiōe dimissa: nihil determinando duos modos recitabo hm duas oppositas opiniones q̄bus materia ista resolui posset: stāte semp firma hac ṽitate sufficiēter supra ōnsa: ꝙ sub specieb⁹ sacramētalib⁹ est illud

verū ⁊ idē corp⁹ christi qd̄ cōceptū ⁊ natū est de
ꝟgine: pependit in cruce: iacuit in sepulchro: re-
surrexit ⁊ sedet ad dexterā patenie glie: in quo
venturus est dn̄s iesus iudicare mortuos atq₃ vi
uos. Etiā si sciri non possit certe ⁊ determinate
qd̄ sit illud corp⁹ adequate: illud tn̄ credere suffi
cit ad salutē: illud scire: ꝟ sic est optabile: ꝟ bonū nō
Egidi⁹ d Roma. tn̄ necessariū. Un̄ egidi⁹ de roma doc. famosus
q̄ in q̄nquagita theorematib⁹ multū laborauit
hui⁹ sacri mirabilia explicare: ac nodos dissol-
uere qōnū: cū ad hāc materiā venit: fatet̄ de ve-
ritate sue positiōis (qua ponit corp⁹ in qd̄ ꝯuer
tit̄ panis sub̄a: esse materiā nō absolute ⁊ ꝑm se
s₃ organizatā: ⁊ hn̄tē modū quātitatiuū: ꝓpter
quē pōt dici corp⁹) sibi sufficiēter nō ꝯstare: id-
q₃ eidē firmiter nō assentit dicēs. Sufficit mihi
scire ꝙ panis ꝯuertit̄ in corp⁹ xp̄i: qd̄ fuit forma
tū ex sanguinib⁹ ꝟginis: qd̄ fuit imolatū in cru
ce. Et vinū in verū sanguinē: q̄ ꝓ redēptiōe hu-
mani gn̄is fuit effusus cui hoc nō sufficit: cū fre
no fidei q̄rat viteri⁹. Mihi aūt hoc sufficit: na₃
malo in simplicitate manere: q̄ꝫ de arduis teme
re iudicare. ¶ B Inquirēdo igit̄ q̄dditatē cor
pis in qd̄ ꝯuertit̄ panis: videt̄ ꝙ opiniones di-
uerse de vnitate forme pn̄t reduci ad duas oppo
sitas. Una ꝙ in cōposito sub̄ali p̄les sunt forme
sub̄ales: siue ille multiplicent̄ ꝑm pluralitatē ꝑ-
dicatoꝝ q̄dditatiuoꝝ de tali cōposito ꝑdicabi-
liū: siue ꝑ₃ diuersas opatiōes a forma ꝓcedētes
Siue ponat̄ i hoīe tn̄ forma corporeitatis: quā
aliq̄ nomināt formā mixtiōis: ⁊ forma vegetati
ua: sensitiua: ⁊ specifica q̄ est itellectiua. Siue al'r
ꝑm varios modos ponēdi sic opinātiū. ¶ Scd̄a
opinio est: ꝙ sicut in vno cōposito nō sunt p̄les
materie diuerse rōnis: sic nec p̄les forme sub̄a-
les. S₃ oē cōpositū sub̄ale cōponit̄ ex materia
eiusdē rōnis: ⁊ vna forma specifica q̄ in hoīe est
aīa intellectiua. Un̄ hō sortit̄ nomē sub̄e ⁊ cor-
poris: tā ex materia q̄ꝫ aīa itellectiua simul siue
ꝯiūctim. Dicit̄ ꝟo corp⁹ aīatū aīalis rōnalis ꝑ
vnicā formā: aīa₃ sc₃ itellectiuā: q̄ opat̄ opatio-
nes vitales i hoīe. Itē vegetat corp⁹: ipa sensifi-
cat: ipa ratiocinat̄: l₃ ꝑ alia ⁊ alia organa nō sil'r
q̄lificata. Un̄ eo ipso ꝙ aliq̄d est cōpositū ex aīa
itellectiua ⁊ materia prima: est sub̄a: corp⁹ aīatū
aīal hō: vt p₃ manifeste ꝑ cōes diffiniones hoꝝ
terminoꝝ. Un̄ t₃ ꝙ in hoīe ⁊ in quolibet cōposi
to substātiali: ꝑter formā specificā: non est alia
sub̄a: nisi simplex materia ꝑma: q̄ manet eade₃
nūero in genito ⁊ corrupto imediatis. i. quoꝝ
Corp⁹ tri plr̄ accipitur. vnū succedit alteri. ¶ C Cōsequēter notādū
ꝙ corp⁹ accipit̄ tripl'r: ꝑ post Greg. de arimino in
ij. scrip. dist. xvj. q. ij. Uno mō vt est spēs imedia
ta sub̄e: ⁊ sic significat substātiā totalē cōpositā
ex materia ⁊ forma. Totalē dico. i. q̄ nō est ꝑs al
teri⁹: q: gn̄a ⁊ spēs ꝑdicamētalia nō iportāt res
ꝑtiales: q: res ꝑtiales nō sunt ꝑ se i ꝑdicamēto:
s₃ tn̄ reducitiue ꝑm multos. Itē gen⁹ ꝑdicat̄ de
oīb⁹ speciēb⁹ ⁊ idiuiduis sub eo ꝯtētis. Sub cor
pore aūt tāq̄ꝫ sub gn̄e ꝯtinent̄ oēs spēs specialis
sime ⁊ idiuidua sub̄e: significātes res cōpositas
vt hō: asin⁹: iohānes: petr⁹: paulus: tales aūt si-
gnificāt res totales ꝑ se in gn̄e: ⁊ ꝑ ꝯn̄s corpus
nō ꝑdicat̄ de eis si significaret rē ꝑtialē. ¶ Cor
relariū. Si in eodē cōposito substātiali sūt p̄les
forme: cōpositū ex materia: ⁊ vna forma tn̄ nō
esset corpus. Grā exēpli. Si in hoīe essent q̄tuor
forme: corporeitatis: vegetatiua: sensitiua et rō
nalis cōpositū ex materia ⁊ forma corporeitati₃

ꝑte ise nō est corp⁹ sic accipiēdo corp⁹: q: q̄cq̄d cō
tinet̄ sub gn̄e: ꝯtinet̄ etiā sub aliqua spē specia-
lissima: s₃ illud ꝯpositū ꝑte ise nec est aīatū: nec in-
aīatū: nec hō: nec asin⁹: s₃ bene est pars hoīs.
¶ Alio mō accipit̄ vt est spēs quātitatis ꝯtinue:
⁊ sic iportat trinā dimēsionē: lōgitudinē: latitu
dinē ⁊ ꝓfunditatē ⁊ sic dimēsio realiter distigui
tur a sub̄a ⁊ q̄litate extēsa: tūc corp⁹ illo mō non
supponit nisi ꝓ accidēte: scilicet quātitate trine
dimensionis. Si non distinguit̄: tunc supponit
indifferēter ꝓ substātia vel q̄litate extēsa cōno-
tādo trinā dimēsionē ꝑtiū. ¶ Tertio mō accipi
tur corp⁹ ꝓ altera ꝑte cōpositi sub̄alis: vt cū di-
cim⁹ hoīem cōponi ex corꝑe ⁊ aīa: ibi tn̄ nō ca-
pit̄ corꝑe vt est spēs imediata sub̄e: q: sic hō nō
ꝯponit̄ ex corꝑe: s₃ est corp⁹. sicut nō cōponit̄ ex
aīali: s₃ est aīal: nec sortes cōponit̄ ex hoīe: s₃ est
hō. Et sic videt̄ ꝙ corp⁹ est in ꝑdicamēto relatio
nis sicut ꝑs: q: iportat formal'r partē toti⁹ cōpo
siti. ⁊ ita respectū ad totum. Et illo mō materia
ꝑma est corp⁹: sicut accipit cōmētator. j. phy. cō
mē. lxiij. vbi posita distinctiōe de duplici altera-
tiōe: substātiali ⁊ accidētali: ait. Et cū ꝯsiderauē-
rint illud qd̄ defert vtrāq₃ trāsmutationē: inue-
niūt ipm̄ idē nūero: ⁊ est corp⁹ demōstratū. Ui-
dem⁹ tn̄ idē corp⁹ in eodē loco trāsferri de car
neitate i terrestreitatē: ⁊ de terrestreitate i vege
tabilitatē ⁊c. vbi per corp⁹ itelligit materiā. Ad
idē. j. metaphy. cōmēto. xxxj. vbi materiā q̄tuor
elemētoꝝ vocat corp⁹. In hac significatiōe cōi-
ter accipit̄ a sctis. Un̄ iohānes dam̄. Oēs hoīes
ex aīa ⁊ corꝑe cōpositi sūt: ⁊ oēs naturā aīe ꝑti- Damas.
cipāt: ⁊ sub̄am corporis possidēt. Itē. b. hiero.
i explanatiōe fidei catholice: hūanitate dicit cō
stitui ex aīa ⁊ corpore. In his corp⁹ accipit̄ ꝓ al
tera ꝑte cōpositi. Sic capit corp⁹ ꝑhs. ij. de aīa
cū dicit. Aīa est act⁹ corꝑis. ¶ D Uerū q̄dā ad-
huc distinguūt de corꝑe illo mō accepto: q: vno Hierō.
mō accipiūt gn̄al'r ꝓ altera ꝑte essentiali cōposi
ti: q̄ cū forā ꝯstituit totū: ⁊ sic oīs materia ꝑ:la
est corp⁹. Hoc mō ꝯcedēdū ē ꝙ aer h₃ corp⁹: sil'r
ignis: ⁊ q̄cūq₃ hō genea sub̄alia: sic accipit com
mētator vbi supra. Alio mō accipit̄ strict⁹ ꝓ al-
tera ꝑte cōpositi organizata cū forma ꝯstituēte
totū: ⁊ illo mō materia i aīalib⁹ ꝑfect' est ex cor
pus: ⁊ nō i homogeneis. Sic ꝯcedim⁹ ꝙ aīal cō
ponit̄ ex corpore ⁊ aīa: ⁊ nō aūt lapis vl' terra aut
aq̄ vl' aer. ¶ Scd̄m ponētes aūt plures formas
substātiales i eodē cōposito: adhuc op₃ ponere
vlteriorē distictionē corꝑis vt dicat alterā partē
ꝯpositi ēē orgāizatā: q: ꝑt accipi vno mō ꝓ ꝑxio
ꝑfectibili a forma vltia siue specifica: ꝑm quā ac
ceptionē verū est ꝙ oīs hō cōponit̄ ex duab⁹ ꝑti
bus tn̄: sc₃ corꝑe ⁊ aīa itellectiua: ⁊ ibi corꝑe acci-
pit̄: ꝓ toto illo sub̄ali qd̄ est ꝑuū aīe itellectiue.
i. ꝓ cōposito ex materia ⁊ forma corporeitati₃ ve
getatiua ⁊ sensitiua. Alio mō capit̄ corp⁹ ꝓ cōpo
sito ex materia ⁊ sola forma corporeitatis et sic
corpus nō est altera pars sed forte q̄rta vel sexta
vel cētesima: ꝑm ꝙ ponūt̄ plures vel pauciores
forme substātiales in eodē cōposito. Et hoc mō
Queſtio ſecunda. ſacraſr eſſe in plibꝰ altaribꝰ? Scđo de locali motu corpis xp̄i: vtrũ de celis deſcẽdat per mediũ ad hoſtiã in hora ꝯſecratiõis? Itẽ vtrũ localiter moueaẽ motis ſpeciebus? ¶ B Circa primũ eſt multoꝝ doctoꝝ opinio: ꝙ licet corpus xp̄i ſacramẽtalr ſit in pluribꝰ locis: puta in oĩbus altaribus ⁊ locis vbi ꝯſecraẽ eucharĩſtia: vel vbi reſeruatur: fide ad hoc ꝯcedẽduz cõpellẽte: tñ corpus xp̄i: ⁊ quodcũꝗ̄ aliud eſſe in pluribꝰ locis a ſe ſeparatis circũſcriptiue ⁊ ſm proprias dimẽſiões eſt ſimpl'r ĩpoſſibile. ¶ Qđ multipl'r probare nituẽ. Tuz q: ĩpoſſibile eſt aliq̄d eſſe extra terminos ꝓprios: ſed termini loci ⁊ locati ſunt ſimul: ergo qđ eſt extra terminos loci: eſt extra terminos poſitiõis. Tuz ſcđo: q: ĩpoſſibile eſt idẽ eſſe vnũ ⁊ plura: ſed ſi idẽ eſſet cõmẽſuratiue in diuerſis vbi: eſſet plura: q: ſicut locatũ commẽſuraẽ loco ſm quãtitatẽ ꝯtinuã: ita etiã ſm quãtitatez diſcretã. Tũ tertio: q: ſicut res per naturã propriã eſt tñ in vna ſpecie: ita per vnã dimẽſiõez eſt tñ in vno loco ſimul: q: ſicut natura ad ſpeciez: ita dimẽſio ad locũ. Tũ quarto: q: quecũꝗ̄ vbi diſtĩcta poſſunt eſſe termini motꝰ: ſed termini motus ſunt ꝯtrarii: ꝯtraria ꝟo ineſſe eidẽ non pñt: ergo diuerſa vbi nõ poſſunt ſimul ꝯuenire eidẽ. Tũ quĩto: pari ratiõe qua idẽ poſſet eſſe in pluribus locis: poſſet eſſe in oĩbus: ⁊ ſic vbiꝗ̄: qđ repugnat limitationi creature: et eſt propriũ dei. Tũ ſexto: q: idez tẽporale nõ poteſt eſſe diuerſis tẽporibus: prius ſcz ⁊ poſterius: ergo idẽ locale non põt eſſe in diuerſis locis. ¶ Itẽ illa poſitio includit multa ꝯtradictoria. Infert etiã eidẽ ineſſe ꝯtraria. Infert etiã multa abſurda et nõ intelligibilia. Primũ probatur: q: ſequereẽ ꝙ idez eſſet ſurſuz ⁊ deorſum: dextrũ ⁊ ſiniſtrũ: ante ⁊ retro: que ſunt ꝯtraria reſpectu eiuſdẽ. ¶ Itez idẽ eſſet calidus ⁊ frigidus: vt ſi eſſet in ſtuba calida ⁊ foris eſſet etiã in medĳs niuibꝰ. Sic eñ ignis produceret calorẽ in eũ in ſtuba ſicut in aliũ ſibi colateralẽ: ⁊ ſimil'r nubes producerẽt frigiditatez in eundẽ exiſtẽtem in medio niuiũ: q: vbiꝗ̄ agẽs haberet paſſuz diſpoſitũ ⁊ ſufficiẽter ſibi approximatũ: ⁊ ita de ſi̇l'ibus. ¶ Itẽ ſequeretur ꝙ idẽ moueretẽ et quieſceret: moueretẽ hic: quieſceret Rome: hic ſanus: ibi infirmꝰ hic vulneratus: ibi integer perfectꝰ ⁊ ſanus: hic vidẽs: ibi cecus ⁊ exoculatꝰ: hic acephalus ⁊ ſine capite aut alĳs mẽbris trũcatus: ibi totus oĩbus cõrectus: hic patibulo affixus aut aq̄s p̄focatus: ibi ſolatĳs indulgẽs: cõuiuĳs ⁊ voluptatibꝰ deditus: hic fame deficiẽs: ibi abundãti ſe cibo reficiẽs: tandẽ hic viuꝰ: ibi mortuꝰ. Hec ſequũtur: ſi in diuerſis locis circũſcriptiue exiſtẽti diuerſa exhibenẽ: vt ſi idẽ hic fuerit ⁊ Rome: ⁊ vnum oppoſitoꝝ hic: aliud rome adhibereẽ. ¶ Itẽ ſequereẽ idẽ diſtare a ſeipſo. Hec oĩa vidẽtur implicare manifeſtã ꝯtradictionẽ: cuz ſemper terminꝰ priuatiuus infert ſuũ negatiuũ: vt ſeq̄tur: cecus ergo nõ vidẽs quieſcit ergo nõ moueẽ: viuit ergo nõ mortuus: ⁊ ecõuerſo. Eſt rome ⁊ hic: ergo diſtat. Eſt idẽ ergo nõ diſtat: naz inter ea que idẽ ſunt nihil mediat. ¶ Itez ſeq̄tur ꝙ naturaliter eadẽ materia ſubĳciẽ diuerſis formis ſubalibus ſpecificis. Nã ſi idem nutrimẽtuz cõueniẽs diuerſis aĩalibus: ponaẽ in diuerſis locis: ⁊ ſumaẽ a diuerſis aĩalibus in illis locis exiſtẽtibus: ſinguloꝝ virtꝰ nutritiua cõuertet illũ in ſuã ſubſtãtiã: ⁊ ſic eadem materia nutrimẽti erit ſub diuerſis formis ſubſtãtialibꝰ: ⁊ aĩabiẽ diuerſis ſenſitiuis aĩabus ſpecie diſtinctis. ¶ Similr ſi idez lignũ diſtãtibus ignibus applicereẽ: ſiue diuerſi ignes eidẽ ligno in diuerſis locis exiſtẽti: quilibet ignis in illũ tanꝗ̄ in paſſum ſibi proportionatũ ⁊ ſufficiẽter applicatũ produceret formã ignis ⁊ nõ vnã: q: agẽtia ſunt diuerſa: ergo plures: ⁊ materia eſt eadez ergo. ¶ Itẽ ſequereẽ ꝙ quantuncũꝗ̄ paruulus ignis poſſet cõburere oĩa combuſtibilia. Habet eñ ignis hic cõbuſtibile ſibi approximatũ: ⁊ ibi aliud: ⁊ in tertio loco tertiũ: poterit agere in q̄dlibet q: ſuper quodlibet habet dominiũ agendi ⁊ ita ſimul in ĩfinitis. Sed virtus ꝗ̄ poſſet ſimul in multa parua paſſa: poſſet ſimul in paſſuz magnũ ĩtegrãdũ ex illis paruis ⁊ ita minimꝰ ignis poſſet cõburere totũ cõbuſtibile integrandũ ex oĩbus cõbuſtibilibus. Vel ponaẽ ꝙ ille vnus applicereẽ totiẽs ſingulis partibus cõbuſtibiliũ: q̄t ſunt partes ſuꝑ quas habet dominiũ: ⁊ ſic cõbureret omnes partes omniũ cõbuſtibiliũ: ⁊ per cõſequens oĩa cõbuſtibilia: q̄ oĩa videnẽ abſurda.

¶ C Sed illis nõ obſtantibus eſt alia opinio doctoris ſubtilis in .iiĳ. diſt. x. q. ĳ. ⁊ Guil. ockã ac ſuoꝝ ſequaciũ: q̄ videẽ probabilior: q: magis attribuit ⁊ magĩcat dei oĩpotẽtiã ꝗ̄ tenet ꝙ corpꝰ xp̄i nõ ſolũ in diuerſis locis eſſe poſſit ſacraſr: ſꝫ ẽt ꝑ diuinã potẽtiã eẽ poſſit ĩ diuerſis locis circũſcriptiue ⁊ localr: ⁊ in tot in q̄t placuerit ſue oĩpotenti volũtati. Et qđ dꝛ de corpore xp̄i: ſimiliter de quolibet corpore aſſerendũ eſt: qm̄ oĩa corpora: immo oẽs creature equaliter ſunt ĩ potẽtia obediẽtiali reſpectu oĩpotẽtie dei: hoc eſt dictu: equaſr oĩs creatura obedit oĩpotẽtie dei. ¶ Ratio autẽ principalis ⁊ generalis huius opinionis eſt aliquotiẽs ſupra tacta: q: nihil eſt negandũ ab oĩpotentia dei: qđ nõ includit cõtradictionẽ euidenter. vñ dicit Sco. vbi .S. ꝙ deo eſt poſſibile oĩe qđ nõ includit cõtradictionez: eſt maxima mihi certiſſima. Et ockã tra. de ſacra.

Opinio Guil. Ockã et ſuorũ ſequaciũ.

Sco.

Ockã.

c.vj. Nihil debet christianus negare posse fieri
diuina ꝑtute:nisi qđ ꝑ rōnē ex ꝑ se notis:q̄ nul-
lus poterit dubitare:pōt euidēter ꝓbare inclu-
dere cōtradictionem. Uel nisi hoc possit elici ex
scriptura sacra. Nō em̄ iuxta modū causarū na-
turaliū potētiā diuinā arctare debem⁹: cū diui-
na potestas virtutē creaturarū olm in infinitū
excedat. Hec ille. Idē aūt corpus esse in diuersis
locis localr̄ ꝛ circūscriptiue nō īcludit ꝯtradictio
nem:vt patebit soluēdo rōnes supra adductas:
nec ei⁹ oppositū habet̄ ī scriptura canonica:aut
ecclesie determinatione:nec ex his euidēter pro
bari pōt:iō negandū nō est a potētia dei absolu
ta. ¶ Preterea corpus xp̄i esse in diuersis locis
sacraliter cōcedere opȝ ſm fidē catholicā:sed est
eque:imo magis possibile corpus xp̄i esse in plu
rib⁹ locis localiter q̄ sacraliter:ergo. Qđ sit eque
possibile ptȝ:qȝ nō magis repugnat sibi ꝙ sit to
tū in diuersis locis:ꝛ partes p̄cise in partibus
illoꝝ locorū:q̄ ꝙ sit in illis totū ī toto: ꝛ totū
in oībus partib⁹:sed scđm de facto cōcedit̄:ergo
primū de possibili nō est negandū. Qđ ꝟo sit ma
gis possibile: qȝ in primo sunt duo miracula:in
scđo sufficit vnum:sive in primo sunt duo supra
naturā in scđo tm̄ vnū. In primo em̄ miraculo-
sum est et supra naturā:ꝙ corpus est in loco to-
tum in toto:ꝛ totū ī qualibet parte. hoc em̄ ſm
naturā ꝯuenit spiritui soli. Scđm supra naturā
est:ꝙ idē corp⁹ est ī diuersis locis abinuicē separatis
scȝ diuersis hostiis ꝯsecratis. In scđo aūt nō est
nisi illud scđm miraculū:ꝛ nō primū. Nō em̄ vi-
detur quin vbicūqȝ de⁹ pōt facere aliquā subam
sub mō sibi nō naturali:ꝙ etiā ibi possit eam fa
cere sub mō suo naturali. Cū ergo corpus suum
pōt facere p̄ns diuersis hostiis: totū toti:ꝛ totū
cuilibet parti:qui est modus nō naturalis sube
materialis:poterit et ibi facere corpus suū modo
naturali. ¶ D Nec valet illud in quo plurimū
se fundāt opinātes oppositū:scȝ ꝙ in sacro est ꝑ
cōuersionē alicui⁹.s.panis in corpus xp̄i:iō pōt
esse in oīb⁹ locis in quib⁹ fuit suba in ipsum cō-
uersa. Nō tn̄ est in aliquo illorū locoꝝ per dimē-
siones ꝓprias: sed ꝑ dimēsiones panis cōuer-
si ꝛc. et ita nō pōt esse:nisi vbi fuit suba cōuersa.
Nec alr̄ q̄ mō sube:cuius est esse totū in toto ꝛc.
vt.s. habitū est lectione.xliij. Qȝ cōuersio panis
in corpus xp̄i: non est ratio formalis corporis
christi esse in loco panis conuersi: quia. potest
conuersio fieri absqȝ hoc ꝙ illud in quod fit cō-
uersio:succedat in locū cōuersi: vt habitū est su-
pra lectione.xl. Silr̄ posset esse corpus in hostia
sub cōuersione alicuius in ipsum: puta si simul
esset cū suba panis:qđ lȝ non ita sit de facto: tn̄
ita posse fieri dubitandū nō est: vt ptȝ supra lec.
xl. Qȝ lȝ opinio q̄ hoc tenuit ita esse de facto: ho
die nō tenet̄:nō tn̄ reprobata est tāq̄ dicens ali-
quod impossibile. Illo ergo posito: iam nō esset
ibi per conuersionē. ¶ Item posset suba quanta
equalis corpori xp̄i cōuerti in corpus xp̄i quan
tū:qȝ quodlibet creatū pōt ꝯuerti in quodlibet
creatū ꝛc. vt supra lec.xl. et tunc erit corpus xp̄i
in loco cōuersi localiter et circūscriptiue:qȝ mō
quantitatis cōuersi:ꝛ et ita pōt esse localiter ī plu
ribus locis. ¶ E Ideo dr̄ ꝙ nihil includit sim
pliciter impossibile: idē corpus esse ī diuersis lo
cis localiter. Sicut nec impossibile est plura cor
pora esse simul penetratiue in eodē loco: qđ cō-
cedere oportet tā de corporibus gloriosis: q̄ nō
gloriosis: vt.s. ꝓbatum est lec.xliij. Quis vtrūqȝ

sit naturaliter īpossibile. Unde venera. Hugo. de
sancto vic. lib.ij. de sacramētis par.viij. c.xj. ad Hugo.
ꝓpositū querit. Quō inquis corpus xp̄i vnū: eo
dem tpe in diuersis locis esse pōt:hic est:ibi est:
et totū vtrobiqȝ est: et in multis locis silr̄. Noli
mirari. qui locū fecit:corpus fecit:ꝛ locū in cor-
pore:et corpus in loco: et q̄ fecit vt vnū corpus
in vno loco esset:fecit sicut voluit. Et si voluisset
aliter facere potuisset:nā ꝛ qn̄ vult aliter facit: ꝛ
est sicut ipse vult semꝑ. Qȝ autē sicut ipse fecit vt
corpus vnū in loco vno esset tu qđ factū est vidi
sti:ꝛ nescis aliud nisi qđ factū esse vidisti. Idcir-
co miraris qn̄ aliud vides vel audis: q̄ videre ꝛ
audire cōsueuisti:ꝛ sequit̄. Idcirco cū quid mira
ri ceperis ꝛ dixerit tibi forte cogitatio tua: quō
hoc esse possit: cogita facientē ꝛ desinet esse mira
bile quicqđ illud fuerit. Et si forte mirabile nō
esse desiuerit:tn̄ incredibile nō erit. Si factor ol
potēs cogitat̄:non erit impossibile quicqđ erit.
hec Hugo. ¶ F Sed pro solutione obiectoꝝ ꝑ
opinione cōtraria:ponit Sco. tres regulas:qui Responsio ad
bus ostendit q̄d cōcedendū est de corpore xp̄i in obiecta.
diuersis locis existēte:quidve negandū. ¶ Pri-
ma. Quecūqȝ sunt priora essentialiter ipso vbi: Prima
vniformiter insunt corpori habenti diuersa vbi. regula.
Que ꝟo posterius vel simul natura: variātur ad
variationē vbi. ¶ Scđa. Sicut passum existens Secūda.
in vno loco reciperet formā a duob⁹ agentibus
sibi ibidē approximatis:sic ipsum patit̄ ab eis-
dē existēs in duob⁹ locis sibi in eisdem approxi
matis:et intelligēdo de passione ad formā abso Tertia.
lutā. ¶ Tertia. Sicut corpus ī vno loco existēs:
se haberet in rōne actiui ad diuersa passa ibidē
sibi approximata in illo loco: sic ipsum existens
in duob⁹ locis:se hȝ ad illa sibi in illis approxi-
mata. ¶ Per primā regulā hoc ptȝ ꝙ oīe acci-
dēs absolutū:qđ inest alicui in vno loco: etiā si-
bi inest in alio: si fuerit simul in diuersis locis.
Unde si aliquis fuerit in basilea ꝛ rome: si hic fue-
rit calidus:albus:sanus:iuuenis ꝛc. etiaȝ rome
est talis:ꝛ econuerso: q̄lis fuerit rome:talis hic.
Silr̄ ꝛ negatiue:qualis nō fuerit hic:talis nō est
rome. hoc tn̄ nō opȝ de motu ad locū: qȝ nō se-
quit̄ si mouet̄ hic:ꝙ etiā localiter moueatur ro-
me:nec econuerso. Mot⁹ em̄ localis est respectu
loci:ꝛ ideo non opȝ ꝙ sit idem in diuersis locis.
¶ Ex secunda et tertia regulis habetur: ꝙ si in
aliquo existēte hic ꝛ rome aliqua qualitas pro-
ducit hic:illa etiam inerit eidem rome: et si ali-
qua destruit̄ hic:desinit etiam rome. Et si aliqđ
passum fuerit forti⁹ in resistendo hic:resistit agē
ti debiliori in roma:vt gratia exempli. Frigidi-
tas summa hic:illa resistet agēti ī roma: si agēs
in roma fuerit approximatum: nimiruȝ quia si
fuerit in subiecto hic qđ etiam est rome: est etiā
in eo rome. Uerum iste regule videntur habere
veritatem intelligendo eas ſm cursum nature
post miraculum: hoc posito aliquo corpore per
miraculum ad diuersa loca per potentiam diui
nam: et postea dimittendo res suis naturis:sic
videntur habere probabilitatem. Sed loquen-
do consequenter ſm diuinam potentiā absolu-
tam: de qua loquitur opinio opposita inducēs
argumenta:quibus probare nititur ꝙ etiaȝ per
diuinam potentiā absolutā nō potest idem cor-
pus simul esse ī diuersis locis:regule ille nō vidē
tur subsistere. Quod etiam doctor ille videt̄ sen-
tire qui posuit regulas premissas:nā.q.iiij. dist.
x. quarti scripti dicit. Posset dici ꝙ non est ne-

n

cesse posita existētia corporis xp̄i hic et alibi: ꝙ illa q̄ insunt corpori sub vna existētia insint sibi sub alia loquēdo etiā de formis absolutis: nec tamē sequit̄ contradictio: vt cōsequenter decla rat.

Regula de mente Guil. Ockā.

¶ 8 Ideo posset poni alia regula de mente Guil. ockā. Quecūqꝫ sunt abinuicem realiter distincta et separabilia: deus pōt vnū eorū ponere in diuersis locis: et aliud cōseruare in vno alio loco tantū. Gratia exempli. Sit corpus aliquod calidū: substātia corporis ꝛ caliditas realiter distinguunt̄: et possunt separari: q2 pōt manere substantia corrupta caliditate. potest ergo deus substātiā corporis ponere ad plura vbi: et caliditatē cōseruare in eo in vno loco tantū. patet: quia quecūqꝫ cōtingēter cōiungunt̄ ꝛ inter se et eidē tertio: potest vnū illorū conuenire illi tertio absqꝫ hoc ꝙ aliud cōueniat eidē: sed presentia huius loci et qualitas absoluta: cōtingenter cōiungunt̄ inter se ꝛ respectu corporis: ideo non oportet ꝙ si vna cōiungat̄ etiā alia coniungatur. potest ergo qualitas cōiungi corpori: sine presentia eius ad illud vbi: ꝛ sic sibi inexistere in alio vbi: ꝛ non hic. ¶ preterea nō est mai⁹ qualitatem simpliciter separare a subiecto: q̄ⱥ separare quoad certū vbi. primum potest vt est in sacramento: ergo etiā scd̄m. ¶ Itē ꝓ nihil cogit̄ deus si vnā rem ponit ad diuersa vbi: ꝙ id aliud ab eo separabile similiter ponat ad diuersa vbi. Ex qua regula pꝫ ꝙ non est necessariū: ꝙ si aliqua res fuerit hic ꝛ rome: ꝙ eius accidētia similiter sint hic ꝛ rome. potest eñ aliquod accidēs sibi hic inesse et nō rome: ita ꝙ illud accidēs nō replicetur ad replicationeꝫ sui subiecti. ¶ Et ꝑ hoc respondendū est ad rationes alterius opinionis: q̄ pro maiori parte ita procedūt contra presentiā corporis christi sacramentalē pluribꝰ locis: sicut contra presentiā localem.

Rn̄sio ad obiec.

¶ 9 Ad primā cōceditur maior: ꝙ res nō pōt esse extra terminos suos q2 non extra se. Vbicūqꝫ eñ fuerint nō separat̄ a seipsa. Minor aūt: termini loci ꝛ locati sunt simul: si intelligitur adequate non est vera: quia quādo locatū est in pluribꝰ locis: nullius loci termini sunt adequate simul cū terminis locati. Si intelligit̄ nō adequate: cōsequentia nihil valet. Et id argumentuꝫ fieri potest de corpore xp̄i: quod vere locatū est in celo: ꝛ i loco speciei rū: quia nō minus locat̄ indiuisibile ꝑ locū definientē: q̄ⱥ diuisibile ꝑ locū trāscribētem: licet non eodē modo. Corpus autē xp̄i est in sacramēto modo rei indiuisibilis. i. totū in toto: et totū in qualibet eius parte. ¶ Ad secundū cōceditur ꝙ idē nō pōt esse plura: ad sanū intellectum. Ad probationē de cōmēsuratione ꝯtinua et discreta dicitur: verū est de facto ꝛ naturaliter ideo de facto vnū locatū nō est in pluribꝰ locis: nō autē sic est ſm potentiā diuiniam. Nā ſm illā: sicut plura possunt esse in eodem loco penetratiue: vt. 8. frequēter dictū est ꝑ potentiā diuinaꝫ: ita possunt esse plura loca vnius ꝑ eandē potentiā. ¶ Ad tertiū negetur ꝯsequētia: quia natura habet se essentialiter ad esse illius speciei: nō sic dimensio ad locū. Nā mere contingenter habet se quelibet dimēsio ad locū: q2 nullus locus est essentialis dimēsionibus locati: q2 pōt locatum esse extra talē locū. Sub aliis ꝟbis soluit Sco. que tamē idē importāt. ¶ Ad quartū de terminis motus ꝯtrariis d2: ꝙ termini motus realis qui sunt locus a quo ꝛ locus ad quem: non sunt cōtrarij: q2 possunt esse res eiusdē speciei: vt partes eiusdē aeris vel eiusdē aque: sed priuatio et forma inter que est motus: vt nō esse in loco ab esse in loco adsunt cōtrarij. i. nō ꝯueniūt eidem: quos Sco. vocat primos terminos mot⁹: sic eñ motus est inter terminos cōtrarios: quia inter priuationē ꝛ habituꝫ. ¶ Ad quintū cōceditur ꝙ idē corpus posset ꝑ diuinā potentiā de facto esse vbiqꝫ: nec sic esse vbiqꝫ est proprium deo: sed esse vbiqꝫ ꝑ naturā ꝓpriaꝫ: ita ꝙ impossibile sit esse locū in quo nō esset: est propriū deo: ꝛ hoc nulli creature cōicat̄. ¶ Ad sextū d2 ꝙ idē tp̄ale potest esse diuersis tp̄ibꝰ: q2 hodie ꝛ heri ꝛ cras ꝛ prius et posterius. i. in tp̄e priori et posteriori: q2 i preterito ꝛ futuro: verum si prius ꝛ posterius includerēt negationē vt prius diceret̄ quod precederet posterius ꝛ nō esset cū posteriori: sic nō est simile: q2 esse in pluribꝰ locis nullā includit negationē.

Obiectio.

¶ Si dicis etiā si nō includūt negationē: adhuc nō potest idē esse simul in diuersis tp̄ibꝰ.

Rn̄sio ad obiectionem.

Respōdet̄: q2 diuersis tp̄ibꝰ repugnat esse simul cum tēpus sit res successiua: siue aliquid sit in tēpore siue non: ideo diuersis ꝛ eidē repugnat esse simul in diuersis temporibꝰ: nō autem diuersis locis: immo omnia loca possunt simul esse tēpore etiā simul loco per potentiā diuinā. ¶ Ad rationes de inconuenientibus que adducunt̄: primo de cōtrariis: et de illis positionū differētijs sursum: deorsum: ante: retro ꝛc. iā dictum est: ꝙ ille nō sunt cōtrarie: quia possunt esse eiusdem speciei. Sed loquēdo de cōtrariis proprie: scilꝫ formis naturalē repugnantiā in eodē subiecto habentibꝰ: vt calor ꝛ frigus.

Duo modi loquendi.

De illis sunt duo modi loquēdi. Quidā dicūt ꝙ simpl'r repugnant: ꝛ ꝙ sunt tales nature que formaliter repugnāt ex ꝓpria natura: ideo non possunt esse simul etiā ꝑ diuinā potentiā: q2 naturā propriā mutare non possunt. Hoc eñ īplicat: q2 si mutat res naturā suā: iā nō est res illa. Natura eñ rei est sibi essentialis: et ideo mutata natura rei: mutat̄ res ipsa. Est eñ natura res ipsa vel forma rei. Sed vnde hoc ꝓbetur: nō facile inuenitur nisi ꝑ experientiā: qua experimur ꝙ vnū cōtrariū expellit aliud: nec se cōpatiunt̄ in eodē. Sed experiētia cursus naturalis nō preiudicat diuine potentie: que est super ordinē naturalē. Nec valet si diceret̄ ꝙ cōtraria inferūt cōtradictoria. Hac eñ rōne cōtraria nō possunt simul esse vera: q2 sequeret̄ ꝙ contradictoria essent simul vera. ¶ Illud eñ nō est verū de qualitatibus ꝯtrariis: sed de propositionibus contrarie oppositis: vt ois homo currit: nullus homo currit ille inferūt contradictoria: quia sequitur: nullus homo currit: ergo aliquis homo non currit: que est cōtradictoria huiꝰ: ois homo currit. Sed ex illa: a est calidum: non pōt euidēter inferri: ergo a non est frigidum: ꝛ ideo qualitates contrarias esse simul in eodem subiecto: quia non includit contradictionem euidenter: non erit simpliciter impossibe nec negādus: quoniā deus posset contraria simul ponere ꝛ cōseruare in eodem subiecto. ¶ Et si dicis: si sunt simul: vnū corrumpet aliud: sicut videmus etiaꝫ cuꝫ sunt in diuersis subiectis sibi approximatis. Dicitur ꝙ ita videmus fieri naturaliter: tamen oppositū fieri posset sup naturaliter. posset eñ deus suspendere actionem calidi: sicut suspendit actionē ignis in camino respectu triū puerorū. Per hoc ad rōnem illā dicitur ſm illū modum: ꝙ non est incōueniēs idē esse calidū ꝛ frigidū: et hoc verū est nō tm̄ de existente in diuersis locis

sed etiã de existẽte solũ in vno loco:s̃m q̃ nõnulli dicũt corpora dãnatoꝝ simul pati ab incẽso calore ⁊ frigiditate ĩ inferno:⁊ nõ tñ p̃ vicissitudines. ¶ K Uel s̃m alioꝝ opinionẽ põt dici: q̃ in casu argumẽti nõ p̃ducũtur q̃litates ↄtrarie:q: ille simul existẽs in stuba calida:⁊ ĩ medijs niuibus:nõ sil' calet ⁊ friget:sed alterũ tñ contingit s̃m regulas Sco. Q: aut frigiditas niuis:⁊ caliditas stube habẽt ad seinuicẽ p̃portionẽ equalitatis vel inequalitatis. Si p̃mũ nõ fit actio. Si scd̃m:tũc illa qualitas q̄ habet p̃portionẽ minoris ineq̄litatis agit tñ p̃ducẽdo silem:⁊ cõtraria ĩ agẽdo impedit:vt si frigiditas niuis est fortior calore stube:talis existẽs vtrobiq3 nõ calesiet in stuba s3 frigesiet. Si aũt calor est fortior:calesiet vtrobiq3. ¶ Uel dicet q̃ l3 cõtraria repugnẽt in eodẽ3 subiecto in vno loco naturaliter cõsistẽti: possunt tñ inesse eidẽ subiecto in diuersis locis replicato: hoc est habẽt repugnãtiã in eodẽ subiecto ⁊ loco:nõ aũt in diuersis subiectis:vt p3 de corp̃e xp̃i in sacr̃o: nec in eodẽ subiecto ĩ diuersis locis replicato:⁊ ideo nihil ĩpedit aliq̃d idē3 rome eẽ calidũ:parrhisius esse frigidũ: si fuerit vtrobiq3. ¶ L Ad nonũ vbi inducũtur multa priuatiue opposita de eodẽ: ex quib' inferũt cõtradictoria: dicẽdũ q̃ eque p̃cedũt de corp̃e xp̃i in diuersis altarib' etiã in vno altari ⁊ ĩ naturali cõsistẽtia existẽti:puta ĩ cruce ⁊ in hostia: in sepulcro ⁊ in hostia:in celo ⁊ in hostia:ideo distinguẽdũ est de negatiõe priuatiue inclusa ĩ priuatiuis:vel negãt habitũ simpl'r inesse:hoc est nullibi ⁊ nullo mõ inesse: vt quiescẽs valet tantũ.i. aliq̃d nõ mouet:⁊ infirm'.i. aliq̃s nõ sanus: cec' aliq̃s nõ videns:acephal' nullibi habẽs caput: mortu' nõ habẽs vitã:et sic de alijs. Et illo mõ accipiũtur q̃n p̃dicant simpl'r sine determinatiõe sibi addita. Et tũc opposita priuatiue inferũt opposita cõtradictoria:vt bene sequit:a ẽ vidẽs ⁊ cec':ergo vidẽs ⁊ nõ videns: ⁊ sic de alijs. Aut negãt habitũ inesse:nõ simpl'r:sed certo mõ vel loco p̃ determinationẽ sibi additã expressã3: vt quiescẽs rome.i. nõ mot' rome: cec' in tenebris.i. nõ vidẽs in tenebris:mortu' ĩ cruce.i. nõ habẽs alam in cruce p̃sentẽ ⁊ viuificãtẽ. Et tũc terminus priuatiuus non infert cõtradictoriũ: vnde nec sequit. quiescit hic:ergo nõ mouet: sicut nõ sequit:cecus hic ergo cec':mortu' hic ergo mortu':q: in oĩbus locis arguit a parte ĩ mõ ad totũ: siue ab inferiori ad superius negatiue: q̄ ↄsequẽtia nõ valet:sicut nõ sequit: nõ est coloratus colore albo:ergo non est colorat'. ¶ Et p̃ hoc p3 q̃ accipiẽdo priuatiua p̃mo mõ: oẽs propositiões de p̃dicatis priuatiuis in casu argumẽti sũt negãde:sc3 a hic q̄escit:a est infirmũ:⁊ cecũ:acephalũ:mortuũ:vt (hic) determinat ip̃3 a. nec sequitur:nõ mouet hic ergo q̄escit:sicut nõ seq̄tur:nõ mouetur hic ergo nõ mouet. Et ita nũ q̃ termini priuatiue oppositi p̃dicãtur sil' de eodẽ. Tñ licet vnus in aliquo loco q̄esceret:in alio moueretur.in vno loco exocularet:capite truncaret aut ceteris mẽbris. in vno loco ala desineret informare corp' ⁊c.⁊ nõ in alio:tñ de tali ↄcedẽdũ nõ est q̃ mouet ⁊ q̄escit: q̃ est ocular' ⁊ exocular' ⁊c. q: oẽs ille de p̃dicatio priuatiuis sunt simpl'r false. ¶ Si ṽo termini priuatiui accipiũtur scd̃o mõ: tũc oĩa illata sunt cõcedẽda:sc3 idẽ quiesceret ⁊ moueret:esset viuũ ⁊ mortuũ:nec tñ inferũtur cõtradictoria:q: tũc mortuũ tãtũ valet: aliq̃d in certo loco in quo natũ est h̃re vitã ĩ se:nõ habet vitã. Et ille stãt simul a corp' in certo loco habet alam se viuificãtẽ. Et ita s̃m opinionẽ Hugo. tactã supra lec. xxxvij. si sacr̃m ĩ cena fuisset reseruatũ p̃ triduũ: q: ibi fuisset ĩpassibiliter:fuisset corp' xp̃i simul viuũ ⁊ mortuũ: viuũ in sacramẽto:mortuũ in sepulcro:vt manifeste patet resoluẽdo terminos. Sed s̃m eãdẽ opinionẽ ⁊ eũdẽ casum:corpus xp̃i in sepulcro non fuisset simpl'r mortuũ capiẽdo mortuũ p̃o modo: q: falsu3 fuisset dicere q̃ corp' istud iacẽs in sepulcro nullibi habuisset vitã. ¶ M Nec videatur alicui absurdũ dicere idẽ viuũ et mortuũ secũdo modo accipiẽdo mortuũ: q: cũ eadẽ materia per diuinã potentiã põt subijci diuersis formis specificio: põt etiam replicari ad diuersa loca. Ponat q̃ hic subijciat forme asini: alibi forme lapidis:in casu ista materia hic viuit vita sensitiua alibi nõ viuit:hic est animata:alibi est inaiata.i. ibi nõ habet alam. Et hoc verũ:si aiatũ ⁊ inaiatũ accipiũt vt differẽtie accidẽtales. Secus si accipiũtur vt sũt differẽtie essentiales opposite. Sic eñ simpl'r impossibile est idẽ esse aiatũ ⁊ inanimatũ : sicut impossibile est idẽ hic esse hoiem ⁊ alibi esse ⁊ nõ esse hoiem:licet eñ hic sit cõpositũ ex aia ⁊ corp̃e:⁊ alibi sit idẽ corpus sine ala:q̃d credo possibile:nihil tñ q̃d hic est hõ: est alibi nõ homo:q: illud idẽ q̃d hic est ⁊ alibi: nec hic: nec alibi est homo: solũ nãq3 corpus est idẽ hic et alibi in casu:⁊ corp' nõ est hõ. Homo eni3 neq3 est corp' tãtũ: nec ala tñ:sed ex vtroq3 aial cõpositũ: ⁊ tale cõpositũ in casu nõ ẽ hic ⁊ alibi. Suo mõ dicit de alijs terminis absolutis:puta lapis:terra:aial:corpus ⁊c. ¶ Conceditur itaq3 q̃ in casu argumẽti idẽ moueretur ⁊ quiesceret: idẽ esset vulneratũ ⁊ integrũ: idẽ vidẽs ⁊ cecus: idẽ acephalus ⁊ mẽbris truncatus: ⁊ integer ac perfect'. Idẽ hic patibulo affixus aut aqua suffocatus:⁊ alibi solacijs indulgẽs:cõuiuijs ac voluptatibus deditus:idẽ viuus ⁊ mortu':idẽ hic fame deficiẽs alibi sufficiẽti cibo reficiẽs. Nam possibile est nutrimentũ hic sumptu3 cõuerti in substãtia3 aliti:⁊ illud sic cõuersum nõ replicari ad aliũ locũ:cum sit realiter distinctũ a corpore nutrito:quia ei de nouo additũ. Ex quo consequẽter sequit q̃ posset alibi mori fame ⁊ hic impinguescere. Posset eñ corpus alibi sicut hic resolui p̃ actiões caloris naturalis:ita q̃ ala vtrobiq3 partes materiales resolutas desineret ĩformare: ⁊ hic fieret restauratio deperditi p̃ nutrimẽtũ hic cõuersum ĩ sub̃am aliti ⁊ nõ alibi:⁊ ita p̃ cõtinuã resolutionẽ alibi ⁊ restaurationis defectũ:tãdẽ ala simpliciter desineret ĩformare corpus alibi l3 nõ hic:⁊ ita alibi moreret aial:hic viueret. Sic etiã staret idẽ corp' hic viuere sanu3: alibi putrescere tãq̃ cadauer mortuũ. Nec ẽ magis impossibile materiã stare sub forma cadaueris in vno loco:⁊ eandẽ in alio loco stare sub forma viuẽtis:q̃ hic stare sub forma viuẽtis ⁊ alibi sub forma lapidis vel alia quacũq3. ¶ N Ad decimũ dico q̃ si distãtia distinguit diuersitatẽ terminoꝝ inter quos est aliq̃d mediũ: sic idẽ nõ distat a seip̃o. Si aũt distinguit mediũ aliq̃d inter hoc ⁊ hoc:nõ curãdo an termini sint distincti vel nõ:tũc idẽ põt distare a seipso:q̃d nihil aliud est dictu nisi q̃ aliq̃d idē3 est in diuersis locis inter que est realis distãtia. ¶ Si dicis: si idẽ põt esse in locis distãtib':tũc idẽ posset ad seipsu3 moueri ac sibi obuiare:⁊ a se recedere: et seipsum circuire:immo secũ loqui: disputare: chorea3 facere:

termi… s pua… us.

secū pugnare:luctari. ⁊ si idē haberet mille loca facere magnū exercitū in cāpo:⁊ similia multa: vt chorū clericoꝝ cōstituere:⁊ diuersis vocib⁹ cātare:tenorē ⁊ cōtratenorē ⁊ discātū ⁊c. ¶ Ad illa dicit Sco. puerilia sunt sensui ⁊ imaginandi inuitētia. Vn̄ oīa illata tāꝗ possibilia concedēda sūt:nec illa īplicāt aliquā cōtradictionē:nec maiorē includūt repugnātiā:ꝗ idē corp⁹ esse in diuersis locis: qđ cū cōcessuz est ⁊ ꝓbatū esse possibile:q̄ sequūtur negāda nō sunt:nisi manifestaȝ includeret cōtradictionē. ¶ Et si dicis:si sic idē impedit seip̄z:tūc nūꝗ posset illđ qđ ad diuersa loca replicatū ē redire ad vnū vbi:q: sit corp⁹ replicatū ad duo loca a:sit vn⁹ locus b:alter c. Si corp⁹ a debeat redire ad vnū locū: vel ergo de b ad c:vel de c ad b. Sȝ si corp⁹ existēs in b migrat ad seip̄m ī c:cū venerit ī c:expellit seip̄m de c: ad aliū locū:⁊ corp⁹ qđ fuit ī b:manet in c:et sic adhuc manet ī diuersis locꝭ:q: expellēs ī c:⁊ expulsuȝ ī alio loco. sic etiā ecōuerso si de c: redit ad b.

Obiectio

Responsio ad obiect.

¶ Ad hoc r̄ndet:ꝙ si a est in aliq̄ loco.s.b: ⁊ post ꝑ diuinā potētiā ponit̄ sil̄ ad aliū locū scȝ c: nō est imaginādū ꝙ a migret de b ī c ꝑ mediū: sȝ incipit esse in c ꝑ diuinā potētiā absq̄ȝ hoc ꝙ deserat primū locū b: vl̄ migret ꝑ mediū. Si etiā desinit ꝯseruari ī c:nō regredit̄ ꝑ b in mediū: sȝ desinēte in c:cōseruat̄ in b:⁊ ita manet ī vno loco:⁊ de hoc lati⁹ infra. Et sic ad argumentū dicit̄: ꝙ in casu a redeūdo ad vnū locū: nec redit de b in c:nec de c ī b:ꝑ mediū a se mouēdo: sed sic redit ad vnū locū:q: conseruat̄ in vno loco vbi placet deo:⁊ in alijs desinit esse absq̄ȝ q̄cūq̄ȝ migratione de loco in locū. ¶ O Ad vndecimū cōcedit̄ ꝯsequēs illatū tāꝗ possibile. Vn̄ nō implicat ꝙ eidē materie in diuersis locis replicare possunt inesse simul diuerse forme substātiales: ⁊ cōtrarie accidētales:vt.s. dictū est. ¶ Ad duodecimū dicit̄ ꝙ ignes illi ex equo distinctis locis eidē ligno ī illis locis replicato ꝓducūt duas formas vel vnā:etiā in duob⁹ locis:ſm ꝙ determinātur a p:ia causa quātū ad indiuiduū: nec est magis īpossibile duas formas eiusdē speciei īformare eādē materiā:ꝗ diuersas formas specificas informare eādē materiā neutrū implicat cōtradictionē. neutrū pōt natura nisi ꝑcedēte miraculo:nec impedit ꝙ sunt diuersa agētia:q: diuerse cause etiā totales pn̄t causare eādē effectū:vt alibi declarat̄. ¶ Ad vltimū dicit̄ ꝙ cōsequēs non est īpossibile: nā etiā naturaliter sine miraculo: ignis paruus ex cōbustibilib⁹ auget̄:nec deficeret sed cresceret ī infinitū si semꝑ adderent̄ cōbustibilia:nec iđ sequit̄ ꝙ sit infinite ꝑfectiōis ī agēdo:q: nō pōt in quācūq̄ȝ resistētiā:q: quodcūq̄ȝ cōbustibile quantuncūq̄ȝ paruum si fuerit maioris resistētie non agit in ipsum. Aucto aūt igne:auget̄ ⁊ ei⁹ actiua virt⁹: sec⁹ aūt si ignis nō augeret̄. ¶ ꝑ Ex his ergo p̄z: ꝙ nullā ꝯtradictionē īcludit idē corp⁹ eē ī diuersis locis circūscriptiue:nō plus ꝗ esse in diuersis locis diffinitiue. ¶ Scđo ꝙ nō opoꝛtet ꝙ oīa absoluta q̄ insunt siue vniūtur alicui in vno loco:insint eidēȝ in pluribus⁹ locis si ipsum ad plura loca replicet̄. Quod etiā duplici exēplo ostēdit̄. Primū de natura assūpta a verbo:nā ſm opi. pene oīm: vnio nature hūane est simul vnioni accidētis ad subiectū: nō tamē in oībus: ⁊ illa similitudine non obstāte pōt verbū esse alicubi: imo de facto vbiq̄ȝ:⁊ tn̄ natura hūana assumpta nō est vbiq̄ȝ:est ergo alicubi verbuȝ:vbi nō est natura humana:

Ergo eodē modo pōt esse in ꝓposito:ꝙ subiectū alicu⁹ forme sit in plurib⁹ locis:⁊ forma solū informet ipsuȝ in vno loco. Nec īpedit illimitatio verbi:q: sicut verbum est simpliciter illimitatū: ita subiectū q̄dcūq̄ȝ est illimitatū quātū ad potentiā obediētialē dei:⁊ quantū ad aliqua loca. ¶ Scđm exēplū est:q: ſm alios corpus replicatū ad duo loca:habet duo vbi:⁊ duas presentialitates ad illa:⁊ tn̄ illa vbi:⁊ ꝑsentialitates nō replicant̄ ad replicationē corꝑis locati. Sic corpus xp̄i existēs ī celo: pōt habere aliqđ accidēs absolutū in celo ⁊ illo carere in sacr̄o:ꝗuis de facto oīa credit̄ habere in sacramēto:vt.s. habitū est. ¶ Tertio habet̄ ꝙ ꝓpter replicationē eiusdē corꝑis ad diuersa loca: nō sequit̄ agēs naturale agere ꝑ distātiā īproportionatā. nō eñ opȝ ꝙ si corpus vnū sit hic ⁊ Rome:si hic approximatur ignis:ꝙ generet calorē ī roma. Nō eñ opȝ calorē hic genitū:in illo corꝑe qđ est hic ⁊ rome:etiā inherere sibi rome:et si calor replicaret̄ ⁊ esset h ⁊ rome. Nō tn̄ ꝓduceret̄ ꝑmo rome ab igne hic applicato:sed ꝓduceret̄ ꝑmo hic et esset rome ꝑ cōcomitātiā:nō ꝑ se p:io. Et tn̄ de ista materia q̄ si nimis extēsa est:veniā dabit auditoriū scholastica cui loquor. ¶ Q Restat videre de locali motu corꝑis xp̄i. Et p:io vtrū corpus xp̄i localiter mutet̄: dū vi ꝯsecratiōis incipit esse sub speciebus panis. ¶ Scđo vtrū in hora ꝯsecratiōis descēdat localiter de celis per media ad spēs sacramētales. ¶ Tertio vtrū moueat̄ localit̄ motis specieb⁹. ⁊ si sic ꝑ quē moueat̄. ¶ De ꝑmo est opinio quoꝝdā vt sctī Thome ⁊ Egidij theo. xi. Recitat Scot⁹ dist. x. q. j. ꝙ corp⁹ xp̄i incipit eē in altari sine sui mutatiōe locali ꝓpter cōuersionē panis in corp⁹ xp̄i: ⁊ ideo nō opoꝛtet corpus xp̄i in se mutari. Sufficit eniȝ ꝙ aliq̄d mutet̄ in ip̄m:ad hoc ꝙ incipiat ibi esse ꝑsens:q: vniuersaliter sicut genitū est vbi pri⁹ fuit corruptū: nō per aliquā loci mutationē ꝓpriā geniti: ita illđ in qđ cōuersum est aliq̄d: per cōuersionē est vbi pri⁹ cōuersum fuit:⁊ nō ꝑ mutationē loci ꝓpriā termini ad q̄. ¶ Sȝ hec opinio satis supra reprobat̄:ꝑ hoc ꝙ ꝯuersio nō est rō formalis corꝑis xp̄i essendi sub spēb⁹ panis vide.s.D. ¶ Preterea pn̄tia corꝑis sub spēb⁹ panis pōt esse ꝑ se termin⁹ alicui⁹ mutatiōis et nō cōuersiōis:q: illa est ad substātiā corꝑis xp̄i tanꝗ ad ꝑ se terminū:ergo nō ad pn̄tiā localē:cuȝ eiusdē mutatiōis nō sint plures per se termini:nec pōt alia mutatio assignari:cui⁹ presentia localis sit ꝑ se termin⁹ nisi mutatio localis:ergo. ¶ Itē si aliqđ corruptuȝ cōuertit̄ in genitū:nō obstāte illa cōuersiōe erit ibi mutatio localis gēiti:ſm ocā. q. iii. vj. q̄dli. Sicut eñ materia nō pōt habere nouā formā sine sui mutatiōe:ita nec corp⁹ pōt habere nouū vbi qđ pri⁹ nō habuit sine corꝑis illi⁹ mutatiōe. ¶ Nec valet si diceret̄:ꝙ corp⁹ xp̄i nō est in loco immediate: sed mediātib⁹ specieb⁹ sub quibus fuit sub a:⁊ ita nō est ibi sicut ī loco ꝓprio: q: oē qđ cōpetit alicui mediāte alio cui p:io cōpetit: nō cōpetit illi:nisi ꝓpter specialē vnionē ad alterū quā pri⁹ nō habuit. Sicut exēpli cā:ignis calefacit:q: calefacere ꝑmo cōuenit calori:q̄ informat ignē:⁊ ita calere cōuenit igni propter spālē vnionē caloris ad ignē. Silr verbū dicit̄ passuȝ: q: passum pri⁹ cōuenit nature hūane q̄ vnit̄ verbo spāli vniōe:sine qua verbū nō diceret̄ passus. Sed vnio corꝑis xp̄i nō est specialis ad species panis:nō eñ est alia nisi ꝗ angeli ad corpus cui

Scotus.

assistit: sed si angelus esset presens speciebus: non esset in loco specierū ppter illas species: sȝ esset in loco per suā substātiā definitiue: ⁊ si de nouo acquireret locū illuȝ ⁊ mutaret localiter: ergo et corpus xp̄i nō est in loco p speciē tā p rōnē formalē. Et cū de nouo incipit esse sub speciebus. mutatur localiter: q2 acq̄rit locū quē prius non habuit. ¶ Itē sicut existens in loco ita q vere et realiter totū est in toto: ⁊ pars in parte: est in loco p se circūscriptiue: ita existēs sic in loco q totaliter vere et realiter est in toto: et totū in qualibet parte: est p se⁊ vere in loco definitiue: sic est de corpore xp̄i: ergo nō est in loco p spēs tā p rōnē formalē existēdi l loco. ¶ R. Ideo est alia

De duabus mutationib⁹ localib⁹. opinio tenēs q corp⁹ xp̄i nō fit p̄ns sacro de nouo sine sui mutatione ⁊ mutatione locali. ¶ Sȝ notādū q qñ corp⁹ mouet de loco quē deserit: ad locū quē acq̄rit: ibi sunt due mutationes locales. Una deꝑditiua loci quē relinquit. Alia acquisitiua loci quē intrat: ⁊ p ꝯñs quatuor termini: q2 q̄libet mutatio hȝ duos terminos: priuatiuū ⁊ positiuū. Prima em̄ dictarū mutationuȝ est de termino positiuo ad terminū priuatiuuȝ: q2 de esse in tali loco: ad nō esse in tali loco. Secūda est de termino priuatiuo in terminū positiuū: scȝ de nō esse in loco a: ad esse in eo. Et si fit cū expulsione alteri⁹ corporis extra terminū ad quē: sunt ibi quatuor mutationes ⁊ octo termini: ⁊ ptȝ: q2 eade rō est de corpore expulso sicut de corpore expellēte. Si ꝟo moueret corpus aliqd de loco suo: ⁊ nō expelleret aliud de loco ad quē: sicut in penetratione dimēsionū: tūc nō erūt nisi due mutationes ꝑdicte. Si aūt corp⁹ nō recedēs a priori loco fieret de nouo p̄ns aliā loco sine expulsione existētis in illo: tūc nō est nisi vna mutatio acquisitiua ⁊ nulla deꝑditiua cui⁹ termini sunt priuatio noui vbi: et acquisitio eius. Mutat em̄ tale corp⁹ de nō esse in loco a: ad esse in loco a. Nec aliter intelligibile est corpus esse vbi prius nō fuit nisi aliquo hoꝝ modoꝝ. Cū autem corpus xp̄i incipiēs de nouo esse sub sacro: nō deserit locū in celo vbi pri⁹ fuerat: vel etiā in sacro in alio altari cōsecrato: ptȝ q est p̄ns de nouo per sui mutationē localē s̄m vltimū modū dictum: ita q manēs p̄ns ol loco: cui prius scȝ añ hāc cōsecrationē fuit p̄ns: icipit de nouo esse p̄ns illis speciebus: qb⁹ pri⁹ nō fuit p̄ns. q em̄ nō obstante cōsecratione maneat p̄ns in celo: ptȝ p beatum

Augusti. Aug. de cōse. dis. ij. prima quidē. Donec seculū finiat sursum est dn̄s: et hoc intelligēdū s̄m Sco. nisi placeret ex aliqua grā spāli descendere. Qd nō potest fieri ppter veritatē eucharistie: ⁊ rōnabiliter. Alioquin angelici spūs ⁊ aie brē: et etiam oculi corporū iā glorificatoꝝ: priuarent iocūdissima visione gloriosissime humanitatis xp̄i: in

·Pet. j. qua oēs (Petro teste) delectant. priuarent squā hūi humanitatis visione: si a celo discederet sub missarū celebratione: dū p̄ntē se faceret altaris sacro. Nā ad visionē intuitiuā rei (saltē in ꝓprio gñe) req̄rit certa approximatio obiecti et potētie: q̄ in ꝓposito videret nō esse. Hoc autem incōueniēs videt q ppter viatorū salutē minuatur gaudiū ⁊ delectatio beatorū. Manēs igit in celo: fit p̄ns xp̄i corp⁹ in altaris sacro: cui prius non fuit presens: et ita non sine sui mutatione.

Dubium ¶ S. Sed tūc est dubiū: qualis sit illa mutatio an debeat dici mutatio localis. Videt q quelibet illa fit de q̄d nois termini: nā de re satis cōstat: nā certū est q hec mutatio est ad locū specierū sacramentaliū tā ad terminū. Acquirit em̄ corpus xp̄i hūc terminū de nouo p cōsecrationē sacerdotalē. Cōstat etiā q non deserit nec deꝑdit locū priorē: sed manēs in loco in quo prius fuerat: acq̄rit nouū vbi: scȝ locū sacramēti. Constat siliter q illa mutatio fit instātanee ⁊ nō successiue: puta tota simul in primo nō esse ꝓlationis forme ex dictis lec. xli. ¶ Ex quo patet primo: q non pōt dici mot⁹ localis: q2 nō est mutatio successi-

na. Motus aūt cōnotat successionē. Restat ergo q sit mutatio localis vel alia cui nondū nomen impositū est. Si ergo mutatio localis distīguit quālibet triū mutationū supradictarū indifferēter: scȝ acquisitiuā tm̄: vel deꝑditiuā tm̄: vel acquisitiuā ⁊ deꝑditiuā simul: ⁊ sit ei⁹ q̄d nois: mutatio p quā aliq̄d acquirit nouū locū: vel perdit habitū: vel facit vtrūqȝ simul: sic est mutatio localis: q2 prima pars q̄d nois sibi ꝯuenit. Si ꝟo mutatio localis distinguit vtrūqȝ cōiunctim: et neutrā partē seorsum: sicut videt dicere phs. v. phy. Motus est a subiecto in subiectū: tūc mutatio illa nō erit mutatio localis: nec cōprehēditur sub aliqua specie mutationis a pho posita: nec mirū cū hec mutatio sit supnaturalis: facta sola diuina virtute: qualē nūq expert⁹ est phs: eo q doctrina phi ad eā nō pertigerat. Est ergo mutatio cui nomē impositū nō est: q2 em̄ naturaliter in locali mutatione nūq separant abinuicē mutatio deꝑditiua loci ⁊ acquisitiua cū in locali mutatione mobile deserit priorē locū ⁊ acq̄rit alium. Ideo mutatio localis ex cōi vsu dicit vtrāqȝ mutationē cōiūctim: ⁊ neutrā separatim: et lȝ sint realiter distincte mutationes: tm̄ noīa eas distincte seu separate significātia nō sunt imposita: ⁊ sic accipit mutationē localē Alexā. Capiēdo tm̄ mutationē p̄lo mō est vere mutatio localis: q2 vere acq̄rit nouū locū in quo prius nō fuit: lȝ nō sit in eo cōmēsuratiue: sed tm̄ definitiue: q2 totū corpus in toto: ⁊ totū in qualib⁹ pte loci: nec tm̄ ideo minus vere est in loco specierū: q̄ si esset ibi totū in toto: et pars in parte.

Solutio

¶ Lectio. xlvij. A

Consequenter videndū est de duob⁹ dubijs aliis precedēti lectiōe motis. Quorū primū est vtrū corp⁹ xp̄i l hora cōsecrationis descēdat localiter p mediū ad species sacramēti altaris? Ad qd plane dr: lȝ corpus xp̄i ad legitimā verboꝝ formaliū ꝓlationē: incipiat esse sub speciebus panis: p sui mutationē noui loci acquisitiuā: nō tm̄ mouet descēdēdo de celo p mediū vsqȝ ad sacramēti locū. Primū ptȝ ex declaratis lectiōe ꝑcedēti. Scdm ꝓbat autoritate btī

Job. Damascen⁹ Job. dam. dicētis. Ex cōsuetudo est hoīb⁹ panē comedere ⁊ vinū bibere ⁊ aquam: cōiugauit eis eius diuinitatē et fecit ea corpus ⁊ sanguinē ei⁹. Nō qm̄ ipsum corpus: qd assumptū est de celo descēdat: sȝ qm̄ ipse panis ⁊ vinū trāsit in corpus ⁊ sanguinē xp̄i. Hec dam. Cū etiā innumera sunt altaria in quib⁹ celebrat sacrū illud mysteriū si moueret p medios orbes celi ⁊ spheras elemētares ad singula hmōi altaria: corpus xp̄i esset in cōtinuo motu: et moueret ad cōtrarias positionū differētias simul: scȝ ad orientē et occidentē: meridiē ⁊ septētrionē: p varietate situs altariū: qd est absurdū et ridiculosum. Tenet em̄ eccl̄ia corp⁹ xp̄i nullibi esse q̄ l celo et in altaris sacro:

nisi ex speciali causa: gra xp̄s se vellet alicui ostē
dere. Quēadmodū legit̄ btō petro passionem de
cimāri extra romā post suā ascēsionē occurrisse:
et querēti. Dñe: quo vadis: r̄ndisse. Uado romā
Obiectio iterū crucifigi. ¶ B Sʒ dicis cū corp⁹ xp̄i ante
cōsecrationē est in celo: quō facta consecratione
pōt venire ad sacramenti locū: ꝛ nō moueri: vel
instantanee mutari p̄ mediū qd̄ est inter celum
empyreū ꝛ sacramēti locū: nō em̄ videt̄ intelligi
Rñsio ad bile. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ imaginatio huius du
obiectio bij p̄cedit: ac si locus corporis i celo esset termi-
nem. nus a quo inciperet mot⁹ vel mutatio corporis
xp̄i ad locū sacramēti: qd̄ nō ita est. Nā existētia
corporis xp̄i in celo nihil facit ad hoc ꝙ corpus
xp̄i incipiat esse in sacr̄o. Eque em̄ inciperet in
sacr̄o esse ad legitimā forme p̄lationē: si corpus
xp̄i nō esset in celo. Falsa em̄ est illa imaginatio
qua imaginat̄ ꝙ cū corp⁹ xp̄i incipit esse i sacr̄o:
de aliquo loco in quo est sua naturali cōsistētia:
veniat ad locū sacri per media intercepta. Sed
quodcūqʒ corp⁹ existēs in certo loco pōt de⁹ im
mediate ponere in alio loco absqʒ hoc ꝙ relin-
quat priorē locū: ꝛ absqʒ hoc ꝙ moueat̄ p̄ mediū.
Sicut em̄ de⁹ pōt rē q̄ nō est actu de nouo p̄du-
cere in loco quo voluerit: absqʒ hoc ꝙ de alio lo
co veniat seu moueat̄: ita pōt corp⁹ actu existēs
in loco ponere immediate in loco alio quo pla-
cuerit absqʒ hoc ꝙ moueat̄ de priori loco p̄ me-
dium. Nec scd̄m maius est vel difficilius primo.
¶ Ex hoc em̄ ꝙ rē actu p̄duxit: nō est fact⁹ impo
tēs vt min⁹ possit circa rē p̄ductā q̄ potuit pri⁹
Ro. iiij. q̄ p̄duxit. De⁹ ergo qui vocat ea q̄ nō sunt: sicut
ea q̄ sunt. Etiā ea q̄ sunt vocat quocunqʒ volue-
rit: vt ibi sint primo ꝛ immediate: sicut ea q̄ non
sunt: et per p̄ñs nō per motū eius p̄ loca media.
Ordo em̄ in mouētib⁹ creatis consistens⁹ natura
lis: quo mouēs creatū non pōt mouere mobile
de extremo in extremū: nisi relicto priori loco
moueat p̄ mediū: nō cōstringit potētiam dei.
Eadē naqʒ potētia: qua pōt vnū corpus ponere
ad diuersa loca simul: pōt etiā corpus ponere in
loco quo voluerit: vt ibi sit statim et immediate
sine eius motu p̄ quodcūqʒ mediū: etiā siue ali-
quid in ipsum cōuertat̄ siue non. Ita em̄ pōt me
hic manentē immediate ponere in roma: absqʒ
cōuersione alicuius rei rome existētis i me sicut
cū cōuersione. Conuersio em̄ (vt. s. dictū est lec.
precedēti D.) nō est ratio formalis alicui existē-
di in loco cōuersi. Statuit itaqʒ summus sacer-
dos xp̄s vt legitime prolatis verbis cōsecratio-
nis: sub speciebus panis ꝛ vini presens sit verū
corpus suū ꝛ sanguis: nō curādo vbicūqʒ sit in
cōsistētia naturali: nihil siquidē p̄mouet: nihil
impedit ei⁹ existētia naturalis ad hoc ꝙ sit sub
sacramēto: sed p̄ virtutē cōsecrationis quasi de
nouo oritur siue creat̄ xp̄i corpus sub speciēb⁹.
¶ E Unde tenet Sco. q. iiij. dist. x. lib. iiij. ꝙ
Scotus. existētia corporis xp̄i sub sacramēto nō necessa-
rio presupponit eius existētiā sub modo natura
li: q2 illa non dependet ab ista. Est em̄ existentia
indifferēs ad oēm modum existētie: ergo salua-
ri pōt in vno modo sine alio: potest ergo corpus
christi esse modo sacramentali: ꝛ nullibi esse mo
do naturali. ¶ Preterea existētia sub modo na-
turali non est de essentia existentie sub modo sa
cramētali: nec est eius causa: ergo ista nō depen
det ab illa. Primū p3: q2 res eucharistie nō ha-
bet in sacramēto modū naturalē scʒ extēsiuum.
Haberet autē si modus naturalis esset de essen-
tia illius existētie sacramentalis: q2 quod est de
essentia alicui⁹: nō potest ab eo separari. Scd̄m
patet: q2 deus est causa existētie sacramentalis.
Deus em̄ est causa immediata: ꝙ corpus xp̄i est
sub speciēb⁹ sacramētalibus: ꝛ nō corpus in exi-
stentia naturali. Ex hoc Scot⁹ vbi. s. infert duo
correlaria. ¶ Primū est: ante incarnationē christi: Primum
potuit eucharistia fuisse ita vera sicut nūc: tam correla-
quantū ad signationē: q̄ quantū ad rem signa- rium.
tam ꝛ cōtentā. ¶ Scd̄m ꝙ post incarnationem Scdʒ cor
posset corpus xp̄i desinere esse sub mō naturali: relariū.
et tn̄ in eucharistia vere manere quantū ad veri
tatē signi ꝛ signati ac cōtenti. Utrunqʒ patet: q2
ad corpus xp̄i realiter contineri in eucharistia:
nō necessario sequit̄ corpus illud habere existē-
tiam mō naturali: ergo primum potuit fieri sine
secūdo: siue precedēdo siue remanendo post de-
structionē illius secūdi. Ubicūqʒ em̄ res pōt ha-
bere esse verū ꝛ reale: ibi postq̄ nō fuit: pōt pro-
duci et incipere simpl'r esse. Corpus autē xp̄i in
sacramento h3 verū ꝛ reale esse: ergo si non esset
posset ibi sub illo mō existendi p̄duci ꝛ incipere
esse simpl'r: ꝛ3 nullibi esset sub alio mō essendi.
¶ D Unū si de⁹ instituisset sacr̄m illud sub eadē
efficacia ante incarnationē xp̄i: qua post incar-
nationē instituit ad legitimā verboꝝ p̄lationē:
ita tūc sub speciebus panis fuisset verū ꝛ idē cor
pus xp̄i illud qd̄ nūc sumptū est de virgine sicut
modo: fuisset em̄ tūc eadē materia corporis xp̄i
eadē aīa: eadē vnio verbi que nūc est. Illa tantū
fuisset differentia: q2 tūc ad prolationē verborū
corpus xp̄i fuisset de nouo p̄ductum: ꝛ incepisset
esse simpl'r. Nūc aūt nō de nouo p̄ducit̄ nec inci
pit simpl'r esse: sed incipit esse ibi in sacramēto.
Sic etiā si corpus xp̄i simpl'r nūc desineret esse:
ita ꝙ nec esset in existētia naturali nec sacramē-
tali: ꝛ sacerdos legitime celebraret: iam de nouo
inciperet esse simpl'r sub sacr̄o: ꝛ de nouo p̄duce
retur: ac verbū de nouo incarnaretur: sicut enim
semel incarnatū est verbū: ꝛ p̄ certo tp̄e ex virgi
ne: ita potuit prius vel posteri⁹ incarnari: et idē
corpus assumere ꝛ non ex virgine: qd̄ em̄ potuit
prius vel posteri⁹ incarnari: certū est: cū nullum
tempus necessitet eternum. Omne em̄ tp̄s deus
potuit in sua potētie: quantū ad omne opus tp̄ale.
Qd̄ aliūde q̄ ex virgine: p3: q2 nihil sumpsit ex
virgine nisi materiā copulēte subē: hec autē ma
terie portio fuit pri⁹ q̄ virgo: nā tota materia in
principio simul p̄ducta est: nec est gn̄abilis: nec
corruptibilis: nec augmētabilis: nec diminuibi
lis. Poterat ergo illā portionē materie prius q̄
fuerat virgo vbicūqʒ fuerat: a sua forma subāli se
parare: ꝛ eā aīa intellectiua eadē qua nūc alare:
et ita corp⁹ humanū idipsum qd̄ nūc est: q2 eadē
materiā ꝛ formā assumeret: ꝛ hoc vl' sub mō existē
di sacr̄ali vel sub existētia naturali: ꝛ in tale cor-
pus sic de nouo formatū potest ꝛ potuit cōuerte
re panis subām. Ita em̄ potest panē ꝯuertere in
nō existēs ante cōuersionē: ꝛ ipsa cōuersione p̄-
ductū (sicut p3 in cōuersione naturali aeris in
aquā: ꝛ aque in vinū in vite) sic potest cōuertere
panē in actu existēs. Nō em̄ plus requirit̄ ad cō
uersionē: nisi ꝙ vterqʒ termin⁹ cōuersionis sit in
plena potēte cōuertētis quātū ad esse ꝛ nō esse: sic
aūt oīa possibilia existētia ꝛ nō existētia sunt in
potēte diuina. Nec in casu quo pri⁹ esset sub existē
tia sacr̄ali ꝛ post: p̄duceret̄ sub existentia natu-
rali: simpl'r inciperet sub existētia naturali: nec
simpl'r p̄duceret̄: q2 iā vere esset p̄ductū sub alia

existētia sub qua vere est: sicut nūc nō producit
simpliciter sub eucharistia: ex quo prius est sub
naturali existētia. Siīr si manens in sacramēto
desineret esse in consistētia naturali: nō simplr
desineret: lz desineret sub isto mō existēdi: cōfor
miter ad pdicta de corpe xpi in cruce: sepulcro:
& in sacro: si reseruatū fuisset in triduo. Nō ergo
seqtur q reus īcipiat prius q̄ incipiat: aut esse desi
Obiectio nat postq̄ desierit. ¶ E Sz diceres: nō obstāte
q fuisset corpus xpi in eucharistia: potuisset ni-
bilominus fuisse formatū de sanguinibus virgi
nis sub mō existendi naturali: & ita assumi: & sic
ỽbū īcarnari postq̄ fuit īcarnatū ī eucharistia:
& sic incarnari postq̄ fuit incarnatū: qd est ipos-
sibile. ¶ Ad illud dicit Scotus possibile fuisset illd
corp' fuisse formatū de sanguinib' virginis sub
Solutio mō essendi naturali: nō obstāte q eucharistia ve
obiectio ra precessisset: sed illa formatio nō fuisset tūc in
nis. ceptio corporis nisi fm qd: q2 prehabet esse sim
pliciter in eucharistia. ¶ Sed diceres quō pote
rat corp' iā aiatū aia intellectiua & pfectū forma
ri de sanguinib' virginis inaiatis: cū corpi xpi
pfecto nō possit fieri additio. Ad hui' itelligētiā
(vt mihi videt) aduertēdū primo: q si in eucha
ristia fuisset idē corp' qd nūc: ante īcarnationē
ex virgie: & postea īcarnatū ex virgie: necesse fuit
eadē materiā ī eucharistia substare aie intellecti
ue xpi: & in virgine substare forme sanguinis. ead
dē dico nūero: alioquin nō fuisset idez corp' qd
nunc. Materia eñ corpis xpi q̄ nūc substat aie
xpi: substiterat forme sanguinis in virgine. Cuz
ergo fm pmissa lectiōe prima: eadē materia nu
mero pōt replicari ad diuersa loca sine replica-
tiōe forme: imo in diuersis pōt locis substare di
uersis formis. In casu nr̄o potuit forma sangui
nis in virgine in ea parte materie q̄ erat eadē in
eucharistia corrūpi: & aia xpi q̄ īformabat mate
riā eadē ī eucharistia: et eā īcipere īformare ī vte
ro ỽginis: & eā vt ibi viuificare: & p iuxtapositio-
nē ptis materie q̄ ꝯuerterat sub forma nutrimēti
augmētari: & aia xpi eadē materie ptē vt ibi ē ī-
formare: & ita crescere vt ibi & nasci eādē & lactari
&c. Nō opz imaginari q tota materia corpis xpi
sub eucharistia: extra eucharistiā sub naturali
exñtia sit multiplr diuisa: pti substāo forme san
guinis ī ỽgie: parti forme nutrimēti iā assūpti a
ỽgine: ꝯuertēdi ī sanguinē: pti forme alteri' rei
in cibū ꝯuertēde: & aliqñ a ỽgie sumēde. Quas lz
sit iūctas: īformat aia xpi ī sacro: nō tñ īformat
sit in ỽgine & alibi vbicūqz fuerit replicata ac di
uisa. Informabit tñ successiue dū iuxtaponūtur
portiōi materie ī ỽgine: vel post natiuitatē extra
in corpe nati. successiue īquā donec īformet oēs
materie ptes ī naturali existētia: qs sil' īformat
in eucharistia. Et lz in illis trāsmutatiōib' mul
te forme sub̄ales corrūpūt: vt forma sanguinis:
nutrimēti: cibi &c. nulla tñ noua forma pducit:
sed aia xpi eadē in eucharistia dudū creata: suc-
cessiue informabit singulas materie ptes extra:
qs informat simul in eucharistia. Sic ergo cor-
pus xpi iam existēs in sacramēto pōt cōcipi in
virgine: crescere: nasci: nutriri &c. nō accipiendo
nouū esse: q2 q̄cq̄ ā accipit ibi: prius habet in eu
charistia: sed accipiet nouum modū essendi siue
de nouo esse ibi. Et est aliquo modo sile si chri-
stus instituisset eucharistiā statim post cōceptio
nē ei' in vtero: licet tūc cresceret nutriret corp'
in vtero: & post natiuitatē in cōsistētia naturali:
nō tñ opz q ibi mutaret in sacramēto. vt. s. di-

ctū est: si reseruatū fuisset ī triduo. Cui nō placet
modus iste: q̄rat aliū: libēs eñ cedo sniē saniori.
¶ F Mira sunt hec: & extra nature ordinē ꝯsti
tuta: sed nō tā admirāda in his infinita dei vir-
tus & potētia: q̄ immēsa ipsius benignitas & mi
precioſo in quē cōtinuo p cōſecratiōis verba vi
nū cōuertit: ſic eſt demōſtratio pſonalis: q₂ eiuſ
dē rei nūero. Nā idē ſanguis nūero ⁊ nō ali⁹: eſt
in quē vinū qḋ in manus ſuas cena ſacra ſuſce-
pit: cōuerſum eſt: ⁊ in quē vinū qḋ nūc ſacerdos
i ſuas man⁹ accipit: cōuertit. ¶ D Accipiēs ita
q₃ xp̄s calicē cū vino. Utiq₃ preclarū pp̄ter p̄cla
ri ac choruſci ſāguinis ſui puritatē i quē vini li-
quor: nō in ſanguinē hircorꝫ aut vitulorꝫ q̄ iu ve
terīs teſtamēti ſacrificio offerebat: vertēdus eſt:
inſtituit vinū in materiā cōſecratiōis ſui ſctiſſi-
mi ſanguinis ſuo facto: dū ipm vinū diuina ſua
virtute. in verū ⁊ ppriū cōuertit ſanguinē: ⁊ apo
ſtolis ſuis: eorūq₃ ſucceſſorib⁹ vini ſic cōuertēdi
cōtulit ptātē. Nā poſtꝙ ineffabili amore ſuos di
ſcipulos refecit cibo angelorꝫ: propria ſcʒ carne
ſub ſpecie panis vſui humano cōgruētiſſima: vt
amplius charitatis ſue immēſitatē exprimeret:
inſtituit: et eoſdē reficere potu ſacratiſſimo ſan-
guine ſuo digniſſimo ſub ſpecie vini potui cōue
niētiſſima: vt ſic nobiliſſima ſpiritualis nutri
tio aīe: perfecta corporis refectiōe ſignificaret.
Ad nutritionē eñ corpis pfectā: nō pertinet ſo-
lus cibus: pertinet etiā potus. Idcirco poſtꝙ ac
cepit panē. ſub cuius ſpecie tradidit in cibū p̄o
priā carnē: accepit ⁊ calicē vini: ſub cui⁹ ſpecieb⁹
in potū tradidit ⁊ ſanguinē. Et qm̄ hūanus ſan
guis in ppria ſpecie ſine horrore nō eſt potabi-
lis: clemētiſſim⁹ redēptor volēs illū tradere i po
tū: ſapiētiſſime eū extranea velauit ſpecie: vt ſic
ſm Hugonē ſenſus foueretur in vno: et ſides in Hugo.
alio edificaret. Fouet ſenſus: dū ſolitā ⁊ cōſuetā
ac gratā ſpeciē potus percipit. Edificatur aūt ſi
des in altero: dū in eo qḋ videt: quale ſit illō qḋ
nō videt: agnoſcit. Aliis quoq₃ ex cauſis cōmen
dauit precioſum ſanguinē ſuū ſub aliena ſpecie
que. ſ. lec. xxxv. ſunt cōmemorate. Quib⁹ addū-
tur cōgruētie que ſequūtur. Q₂ eñ chriſt⁹ ſacer
dos erat in eternū ſm ordinē melchiſedech: i ſa
crificiū panē ⁊ vinū offerētis: cōgruebat vt ad in
ſtar: ei⁹ quē p̄miſit poſtꝙ obtulit panē acciperet ⁊
vini calicē: vt figure figuratū rn̄deret. Expreſſio
enim ſacramēti corporis ⁊ ſanguinis xp̄i figura
erat ſacrificiū melchiſedech ſacerdotis. Amplius
vt hoc ſacrificiū vere ⁊ propinque gereret ſimili
tudinē eius qḋ ſignificat: accepit calicē vini. Uo
luit quidē chriſtus hoc ſacramentum ſignificare
ſuū corpus verū et ſanguinē naturale et ſpūale
refectionē: ⁊ mentis inebriationē. ¶ E Idcir
co poſtꝙ accepit panē habētē cōgruā ſignifica-
tionē corpis ⁊ refectiōis ſpiritualis: accepit ⁊ vi
nū habēs cōgruētiā ad ſignificādū ſanguinem et
ſpūalē inebriationē. Uinū quippe ex vite ſuccre
ſcit: in vua colligitur: in ea p ſolis ardorē matu
rat: ⁊ i torculari prelo exprimit: vt fiat pot⁹ refi-
ciēs: ⁊ ſitis ardorē reſtīguēs. Et p hoc plene cō-
petit ſibi xp̄i ſanguinē ſignificare. Nā ⁊ ipſe ſuc-
creuit ex vite fecundiſſima: virgine ſcʒ bñdicta:
de qua caro ⁊ ſanguis xp̄i traxit originem. Chri-
ſtus quoq₃ ipſemet vua eſt ſalutaris: quā p̄lo
protulit virgo glorioſa: ⁊ viri exploratores: apl'i
ſcʒ et prophete: ad nos humeris ſuis fortiter et

constanter gestātes:per fidē ꝛ predicationem de
tulerunt. In quo liquor ille preciosus sanguis:
immēso ardore amoris est maturat⁹ vsq₃ dū pas
sionis ꝓlo in torculari:patibulo vel crucis expri
meret:ꝛ ꝓflueret in potū tot⁹ humani generis
refectiuū:ꝛ in extinctionē sitis spūalis q̄ ex ardo
re ꝓuenit ꝛ cōcupiscētia peccōꝝ. Quo nāq₃ liquo
re alit⁹ potuisset xp̄s iebriationē mētis designa
re:q̄ per vinū in quo quotidie in vita corporali
ps. iocūdamur ꝛ reficimur:ſm illud ps. Et vinū le
tificat cor hoīs. Accepit igiẗ vinū in calice:tanq̄
materiā ad cōsecrationem sui sanguinis magis
cōgruentē. Itē in sacro cibi spūalis debet atten
di aliqua operatio substātialis .i. principalis: ꝑ
quā ab aliis distinguiẗ sacramētis. Et cū in ba
ptismo daẗ esse substantiale ꝑ generationē spūa
lem, vt vult Dionysius. Et in sacro cōfirmatio
nis daẗ incremētū et robur spūale. Ita ad idem
esse cōseruandū ac deperditū restaurādū ꝛ augē
dū:daẗ in eucharistia edulium spūale. Edulium aūt
spūale cū daẗ ꝑ sacr̄m visibile: nihil causat i grā
qđ ex sacramēti similitudine nō significat. Hoc
autē sacr̄m institui debet in elemēto corporalis
refectionis .cibi.s₃ et potus. ❡ F Est autē alia
operatio in corporali refectione cibi alia pot⁹.
Ideo sicut post cibū corporalē: sumiẗ pot⁹ ad ꝑ
fectionē nutrimēti corporalis: q: diuisā₃ habet
operationē in satisfactione sitis: ꝛ latione nutri
mēti:ꝛ quasdā alias. Ita post nutrimētū spūale
sumiẗ potus ad ꝑfectionē spūalis nutrimēti:s₃
sanguis:qui ꝛ diuersam operationē habet a cor
pore. Corpus eñ dedit xp̄s in cōionē sui ꝛ mem
broꝝ:sanguinē autē dedit in redēptionē peccōꝝ.
Hec autē sunt diuerse oꝑationes. Nulla eñ existē
te redēptione facta vel faciēda:adhuc esse posset
cōio:etiā posita cōione capitis ꝛ mēbrorū: non
oporteret ꝙ eo mō quo nūc: esset redēptio:vt ꝑ₃
in angelis:vbi est mēbrorū cōmunio ꝛ nō redē
ptio. Uel si hoc nō placet:in statu innocentie: si
hō ꝑmāsisset:potuisset deus icarnari sicut nūc:
ꝛ tñ nō pati. Fuisset ergo tūc cōio:ꝛ nō redēptio
Diuerse ergo videnẗ grē cōionis ꝛ redēptionis.
Cū dñs sic multiplicauerit sacra:vt oēs grās ha
beam⁹ in sacramētis:nō sufficit habere gratias
cōionis ꝑ corporis sumptionē: q̄ in sacro signi
ficaẗ ꝑ elemētū panis:nisi etiā haberem⁹ grām
redēptionis ꝑ sanguinē q̄ significaẗ ꝑ elementū
vini. Hac ergo rōne xp̄s vtrunq₃ instituit. Et li
cet sanguis habeaẗ in corpore sub specie panis:
nō tñ ex virtute sacr̄ali. hoc est:nō vi cōsecratio
nis sacr̄alis:sed potius ex vnione naturali:quia
humores vniunẗ cū corpore: cuius sunt humo
res. Oportet autē ꝓpter effectū sacramētalem:
vt habeaẗ sanguis ex virtute sacramenti ad nu
trimēdū ꝑtinente. Et ita oportuit:vt ibi esset con
secratio alterius elemēti: puta vini: sub quo vir
tute sacramēti sanguis domini cōtineret:ne sa
cramētū esset imperfectū alimentū. ❡ G Que
autē sint operationes speciales potus in sacro:
Albert⁹. consequēter exponit dñs Albert⁹:ꝙ principalis
operatio nutrimēti est restauratio deꝑditi in vi
ta spūali. Nō eñ pōt esse vita spūalis qn ex mul
tis occupationib⁹ꝛ negligētiis hoīs fiat aliqua
deꝑditio spūalis:ꝑ famē ꝛ carentiā alimēti spūa
lis:q̄ ꝑ hūc spūalē cibū restauraẗ. Per potū aūt
qui īfluit nutrimētū mēbris:fit hec restauratio
spūalis:vt sic xp̄o fortiter incorporemur:ꝛ herea
mus ꝛ maneam⁹ in ipso:sicut hi q̄ ꝑ humorē san
guinis suo corpori sum⁹ influxi. Un̄ et ipse dixit
Joh.vj. Qui mādūcat meā carnē: ꝛ bibit meum
sanguinē:in me manet:ꝛ ego in illo. Sic aūt si Joh.vj.
bi influxi ꝛ coherētes: spūm ipsi⁹ participamus ꝛ
vitā. Qui mādūcat inq̄t me: ꝛ ipse viuet propter
me. Hinc Eccli.iiij. Sapiētia vitā filiis suis īspi Eccli.iiij
rat:ꝛ suscipit exquirētes se:ꝛ preibit in via iusti
cie. Sapiētia xp̄s est q̄ corpus suū cōicando mē
bris suis:ꝛ sanguinē influēdo:influit et inspirat
eis spiritū ꝛ vitā:ꝛ sic i suā incorporationē susci
pit inquirētes se:ꝛ preiēs eos in oī via iusticie:q:
nisi sic sim⁹ in ipso: viā iusticie nō possum⁹ tene
re. Subdit ꝛ alias speciales operationes: idē Al
bertus:q: vngit ad salutis sanitatē:ꝑ ipsum daẗ
speciale pignus spūs:lauat vitiorū sordes:rigat
arida:extinguit malo calore incēsa:tingit et ex
ornat ac xp̄o cōsignat: q̄ ꝑ longū prosequiẗ. De
quib⁹ cū de fructu hui⁹ sacramēti tractabiẗ spi
ritu calamū ducente:diceẗ. Alex. de alex pte.iiij. Alexā. de
q.xxxj.mēbro.ij. etiā plures ponit rōnes. Unā ales.
ponit vt duplici rōni institutiōis r̄ndeat duplex
species sacramēti. Institutū eñ est ad augmen
tū:vt firmior sit vnio mēbrorū corporis xp̄i cū
capite:ꝛ vt firmior sit recordatio redēptionis fa
cte ꝑ xp̄i sanguinē fusū in cruce. Specie panis
q̄ est sacr̄m corporis:asseretur affectus vnionis.
Specie vini q̄ est sacr̄m sanguinis:memoria re
dēptionis. Alia rō. Nā duplex est mysticū huius
sacramēti. Unū est respōdēs incarnatiōi. Aliud Duplex
passioni. In incarnatione facta est vnio diuine est mysti
nature cū humana. Un̄ xp̄s caput est eccl̄ie: cui cū huius
vnita sunt mēbra: qđ significaẗ in sacro corpis sacramē
xp̄i sub specie panis. In passione facta est redē ti.
ptio nostra:effusione sanguinis:qđ significaẗ in
sacro sanguinis sub specie vini liquētis. In sum
ptione igiẗ corporis xp̄i sub specie panis:signifi
caẗ cōiūctio mēbrorū corporis xp̄i cū capite fa
cta ꝑ incarnationem. In sumptione sanguinis
sub specie vini: redēptio nostra ꝑ sanguinis xp̄i
effusionē. Un̄ in hoc vno sacro signaẗ qđ est icar
natiōis:ꝛ qđ est passionis: ꝓpter qđ est ꝑfectissi
mū sacroꝝ. Aliā rōnē assignat:vt significeẗ i xp̄o
duplicis nature assūptio. In nobis duplicis na
ture redēptio. Un̄ glo.j. Cor.xj. sup illo. Hoc fa
cite i meā cōmemorationē:dicit. Cū tot⁹ sub spē
panis:tot⁹ sub spē vini sumiẗ: cur nō i vna:s₃ in
duab⁹ dedit:ꝛ vt ostēderet xp̄s totā hūanā naturā
i. corpus ꝛ aiam sumpsisse:vt vtrūq₃ redimeret.
Panis eñ ad corpus referẗ:vinū ad aiam:q: vi
nū operaẗ sanguinem in quo est sedes aīe. Ergo
in duab⁹ speciēb⁹ celebraẗ hoc sacr̄m:vt aīe ꝛ cor
poris susceptio in xp̄o ꝛ i nobis vtriusq₃ libera
tio significeẗ. ❡ I Item sub duplici specie insti
tutū est ꝓpter duplicem ei⁹ effectus. Ualet eñ vt
dicit Ambro. ad tuitionem corporis ꝛ aīe. Et i₃ Ambro.
illō qđ sumiẗ sub speciēb⁹ panis valeat ad vtrūq₃
ꝛ silr qđ in vino sumiẗ:q: in pane totū et itegrū:
et silr in vino totū ꝛ integrū sumiẗ. Sed si in pa
ne tñ sumereẗ:alterū tñ significareẗ.s. ꝙ ad tui
tionem corporis valeret. Si in vino tñ sumere
tur:solū significareẗ ꝙ pro salute aīe sumereẗ:q:
vinū sanguinem significat:in quo vt dictum est:
sedes aīe esse dr̄. Omnes ille rōnes reduci possunt
ad quinq₃. Nā īsu hō distinctis speciēb⁹ panis ꝛ vi
ni:institutū est: ꝓpter ꝑfectā significationē₃ spi
ritualis nutrimenti:correspondentiā veritatis
ad figuras veteris testamenti: ꝑfectā similitudi
nem ad rem sacramenti. Seruire effectū distin
ctioni corpori ꝛ sanguini ꝑ appropriationem cō
uenienti:variā representationem in xp̄o sumen

ti:quorũ membrorũ declaratio ex premissis sa-
tis patz. Sed statim surgit dubiũ. Cũ sint distin-
cte species: quõ saluari possit vnitas sacramẽti.
Sed de hoc dicet post expeditã ↄsecrationis for-
mã. Et qm̃ in his verbis. Accipiẽs calicẽ: tangit
institutio materie: q̃ est vinũ in sanguinẽ trans-
substãtiandũ. De materia ista tractatũ est supra
lectione. xxxv. ¶ R Sequit. In sanctas ac vene
rabiles manus suas. Exponat vt supra lectione
allegata. z. xxxvj. vbi pene eadẽ verba: panis cõ-
secrationi premittunt. Nã tactu sue manus: vi-
no cõtulit vt semp posset in suũ sanguinẽ cõuer
ti: vt dicit Albert⁹. i. materiã cõsecrandi sangui-
Albert⁹. nis instituit. Itẽ. i. iterũ: gratias agẽs tibi. s. pa
tri de humani generis redẽptione: p sanguinẽ
suũ iã in xp̃o ↄcedã. Eadẽ quippe nocte tentus.
et mane sequẽti crucifixus: sanguinẽ fudit: quo
nos ab eterna morte redemit. Hãc em̃ amore in
tensissimo desiderauit. z cum gaudio portionis
superioris ↄfecit. vñ Luce. xij. ait. Baptismo ha
Luc. xij. beo baptizari: z quõ coactor: donec perficiat. Et
ad Hebreos. xij. Proposito sibi gaudio sustinuit
Ad Heb. xij. crucẽ: cõfusione cõtempta. Benedixit: omni bene
dictione gratie cõsecrãdo: z vinũ in suũ sangui-
nẽ trãssubstãtiando. In quo verbo sacerdos cru
ce signat calicẽ: vt ſm Albertũ: significet hec be-
nedictio a primo ↄfectore sanctificatiõis: patre
celesti ↄfluere in sacrm̃. ¶ Utrũ autẽ xp̃s bñdi-
cendo ac cõsecrando signo aliquo corporali aut
verbo vsus sit: aut sola diuina virtute vinũ i san
guinẽ suũ cõuertit: q̃ cõuersio hic p bñdictionẽ
intelligit: dictũ est. s. lec. xxxvj. vbi hec v̓ba vna
cũ mysterio crucis: quã hic sacerdos facit super
calicẽ latius exponunt. Sequit. ¶ Dedit: nõ vẽ-
didit: nõ reddidit: sed gratuito dono gratis de-
dit: vt ei⁹ exẽplo nullo fauoris aut pecunie pre-
cio: aut timore humano dignissimũ sacrm̃ cani
bus z indignis: aut peccõrib⁹ publicis: porriga-
mus: sed gratis acceptum dignis gratis dec. vñ
subdit. Discipulis suis. qui soli digni fuerãt: etsi
nõ oẽs: nulli tñ publice idigni fuere. Occultũ eñ
Mat. vij adhuc fuerat ceteris pctm̃ iude. Hic Matth. vij.
Nolite sctm̃ dare canib⁹: neq3 mittatis marga-
ritas vestras ante porcos: ne forte cõculcẽt eas
pedib⁹ suis: z canes cõuersi dirũpãt vos: dicẽs.
Accipite. in officiũ scz cõsecrãdi z dispensandi. j.
j. cor. iiij Cor. iiij. Sic nos existimet hõ vt ministros xp̃i:
et dispẽsatores ministerioꝝ dei: vel mysterioꝝ
dei. Utrũq3 em̃ ponit glo. Et bibite. ad incorpo
Eccli. rationẽ nubi: nõ ad fastidiũ: sed celestis deside-
xxiiij. rij augmẽtum. Eccli. xxiiij. Qui edũt me adhuc
esuriẽt: et q̃ bibũt me adhuc sitiẽt: nõ per famis
sitisq3 defectũ: s3 per semp īherẽdi feruẽs deside
riũ: oẽm tollẽs fastidiũ. Ex eo. scz calice vel san-
Actuũ. x. guie. Oẽs sine distinctiõe. Actuũ. x. In veritate
cõperi: quia nõ est personarum acceptor deus.
Latiorẽ expositionẽ cũ dubijs quere supra.

Hic est enim calix san-

guinis mei noui z eterni testamẽti: mysterium
fidei: q̃ p vobis z p multis effundet in remissio-
nẽ peccõꝝ. ¶ Post modũ institutiõis sacramẽti
sanguinis: sequit forma cõsecrationis: qua etiã
nos xp̃s vti voluit in sui sanguinis sanctissimi
Forma cõsecrationis calicis. cõfectione. Et primo ponit forma ipsa necessa-
ria ſm oẽs. Scdo notat effect⁹ hui⁹ sacrosctĩ san
guinis. ¶ Forma est. Hic est calix sanguis mei.
¶ Effectus notant tres. Prim⁹: q2 testat nobis
hereditatẽ. Scdo: q2 declarat in mysterio fidez.
Terti⁹: q2 prestat peccõꝝ remissionẽ. De primo di-
cit. Noui z eterni testamenti. Noui: q2 in ritu et
Apoc. xxj effectu nouũ est. Apoc. xxj. Dixit q̃ sedebat i thro
no. Ecce noua facio oia. Leuiti. xxvj. Nouis su p
Hiere. xxxj uenientib⁹: vetera ↄijcietis. Itẽ dies veniẽt: z fe
riã domui israel z domui iuda fedus nouũ. Eter
ni dr: q2 nũq̃ reperiet alteri⁹ testamẽti vel sacra
mẽti subordinationẽ: sicut sacramentis veteris
legis subordinatũ est aliud testamẽtũ et alia sa-
cramẽta. vñ Hiere. xxxj. Sctm̃ dñi nõ euellet et
Ezech. xxxvij nõ destruet vltra in ppetuũ. Et Esa. lv. Feriã vo
bis cũ pactũ sempiternũ. Et ad Heb. x. Una obla
Ad Heb. x. tiõe cõsummauit in eternũ sctificatos. Et idõ dr
testamẽtũ: q2 in sanguine cõfirmauit oẽs testa-
Ad Heb. ix. tas ↄmissiones. Hinc ad Heb. ix. Ubi testamen
tũ est: mors necesse est intercedat testatoris. Te-
stamentũ em̃ in mortuis cõfirmatũ est. Alioqn
nondũ valet dũ viuit q̃ testatus est. Et zach. ix.
Tu in sanguie testamẽti tui emisisti victos tuos
de lacu: i quo nõ est aqua. Mysteriũ dr: a mystin
Mysteriũ vñ. grece qd̃ est secretũ. Secretũ em̃ fuit qualr mor
te vitã eternã: z sanguine ↄficeret sctitatẽ. vnde
Esa. xxiiij. Esa. xxiiij. Secretũ meũ mihi: secretũ meũ mi-
Job. xxviij. hi. Et Job. xxviij. Profunda fluuioꝝ scrutat⁹ est
et abscõdita ↄduxit in lucẽ. Fluuij sunt flumina
vulnerũ: quorũ est ↄfunda sapiẽtia qualiter san
guine xp̃i redẽpt⁹ est mũdus. Et in hoc ↄfundo
oia mysteria fidei sunt reuelata. Nã deus pacis
eduxit de morte pastorẽ magnũ in sanguine te-
stamẽti eterni. Qui scz sanguis p vobis discipu-
lis meis. Nã et cp̃s z sacerdos indiget sanguine
Ad Heb. v. redẽptionis: qm̃ z de põtifice dicit apl's ad Heb.
v. Et ipse circũdat⁹ est infirmitate: z ppterea dz
quẽadmodũ p ppl'o ita etiã p semetipso offerre
p pctis. Et p multis: scz predestinatis efficaci-
ter: p oib⁹ aũt sufficiẽter effundet in remissionẽ
peccõꝝ. tãq̃ nostre redẽptiõis pciũ. Hic. j. Pe. j.
j. Pet. j. Nõ corruptibilib⁹ auro vel argẽto redẽpti estis
de vana vestra cõuersatione paterne traditiõis:
sed precioso sanguine quasi agni immaculati xp̃i.
Ad Heb. ix. Ad Heb. ix. Sine sanguinis effusione non fit re
missio. Ideo dilexit nos: et lauit nos a pctis no-
stris in sanguine suo. Apoc. j. ¶ M Est aũt hec
forma. Hic est em̃ calix zc. certa forma: forma cõ
grua: forma sufficiẽs z ↄfecta. Certa: quia a xp̃o
instituta: ab apl'is ↄmulgata: et p sctõs patres
in nos deriuata. Accepit em̃ hãc formã romana
eccl'ia a summo apl'oꝝ pricipe petro: q̃ fuit vlti-
Innocẽ. me cene: in qua hoc sacrm̃ institutũ est: cõuiua.
Unũ Innocẽ. de officio misse. Romana eccl'ia su-
per apl'ice fidei petrã stabili soliditate fundata:
id integra fide seruauit: qd̃ ab apl'is accepit: qui
eã principaliter sacris instituere doctrinis: z ec
clesiastici ritus regulã docuerunt. Ab ipsis ergo
apl'is petro et paulo: quos z viuos habuit z de
functos ritũ circa huius sacrificij oblationẽ ac-
cepit: quẽ hactenus inuiolabili cultu seruauit.
Idẽ in. c. Cũ marthe. de ce. missa. Credimus q̃
formã verborũ: sicut in canone reperitur: apl'i a
christo et ab ipsis eoꝝ receperunt successores.
¶ N Nec obstat q̃ hec forma v̓boꝝ i nullo euã
gelista: vt hic describit: posita reperit: q2 vt ibi-
dẽ dicit Innocentius. Multa tñ de verbis q̃ de
factis dñicis inuenim⁹ ab euangelistis omissa:
que apl'i vel suppleuisse verbo: vel facto expssisse
Alexã. de ales. legunt. Hinc dicit Alexander de ales parte. iiij.
q. xxxij. Magis videtur q̃ prefata forma ver-
borum quam seruat ecclesia: fuit forma tradi-

ta a dño: ꝙ alia posita ī euāgeliꝭ: ꝗ post scripta erāt: ⁊ variata ſm diuersitatē traditionū ⁊ trāslationū. Neqꝫ ipsi euāgeliste in forma verbo⁊ cōueniūt. Nā Matth. hāc ponit formā: Hic est eñ sanguis me⁹ noui testamēti: ꝗ pro multis effundet in remissionē peccatoꝝ. Marcus illā: Hic est sanguis me⁹ noui testamēti: ꝗ pro multis effundet. Lucas: Hic est calix nouū testm̄ in meo sanguine: ꝗ pro vobis fundet. Et paul⁹. j. Cor. xj. Hic est calix nouū testm̄ ī meo sanguine. In sensu tamē satis ꝯuenerūt: quē oēs narrare valebāt (alꝰ volebāt) Apostoli ergo ꝗ ecclesiā instituerūt ſm ꝙ a dño acceperūt: formā tradiderūt. Euāgeliste vero facta ⁊ opa christi narrauerūt: plus ꝙ̄ historiographi: attēdētes ad facta in se: et ad veritatē intellect⁹: ꝙ̄ ad verba. Ideo frequenter idē factū: eandēqꝫ veritatē: nō eisdē verbis: sensu tñ nō dissonis scripserūt. Unde nō fuit necesse ait Alexāder: vt tāta diligētia apponeretur in euāgelijs de forma pscripta a dño scribēda in quibus referūtur opera dñi vt operata erāt: sicut vbi tradita est forma a dño pscripta: non vt iudicet opus xp̄i: sed vt illa mediante: fiat qđ christus fecit: id est cōuertat panis ⁊ vinū ī corpus ⁊ sanguinē christi. Ibi eñ debuit illa forma precise obseruari: cui dño dedit virtutē cōuertēdi. Hec Alexāder. ❡ O Et ppter hoc multi doctores dubitāt: vtrū sacerdos vtens forma aliqua: ab euāgelistis tradita: vere conficeret sanguinē: quia dubiū est: vtrū ipsi euāgeliste intendebāt formā cōsecrandi tradere: aut christi dūtaxat facta narrare. Multi tamē cōcedūt sacerdotē tali forma vtentē: vere christi cōficere sanguinē. In cuius argumentuꝫ assumūt: qꝛ eccl'ia nō negat grecos cōficere: qui tamen nō vtūtur forma qua nos vtimur. Sed illa vt refert Richar. Hic est sanguis meus noui testamēti: qui pro vobis ⁊ multis effundetur. Et hoc cōmuniter tenetur. Nec tamen ex hoc sequitur ꝙ forma nostra nō sit certa: quia in sententia satis concordat cū priori: ⁊ prior cū ista. Et ita oportet dicere: ꝙ modica variatio forme quātū ad certas dictiones: dum tñ principalis sensus nō mutetur non reddit formā inefficacē: de quo supra cū de forma panis agebatur: lectione. xxxviij. lati⁹ disputatū est. ❡ Usus pterea romane ecclesie formā in canone positaꝫ: certissimā facit: etiā si in scriptura non reperiretur: propter magnā consuetudinis huius ecclesie autoritatē: de quo beatus Augu. in libello de cura pro mortuis agenda: ita scribit: Si nulla esset autoritas sacre scripture que doceret orare pro defunctis: tanta est
Augu. autoritas eccl'ie romane ⁊ cōsuetudis ei⁹ obseruare: vt nemo illā insequēs poterit errare. Itē ī epla quadā ad beatū Hiero. Cōtra ecclesie fundatissimū morē nemo sentiat. Hec de eius certitudine. ❡ Hinc cū forma expressa in canone: ab oīb⁹ obseruet in ecclesia romana: nemo ambigere dꝫ de eius certitudine: aut quouis mō de ei⁹ efficacia hesitare. ❡ P Est etiaꝫ forma illa cōgrua: qꝛ in hoc sacramēto significat sanguis christi: vt effusus in pciū nostre redēptiōis: ⁊ vt ministrat⁹ in potuꝫ nostre refectiōis. Sanguis aūt de se neutrū hoꝝ dicit expresse: sed per cōiūctionē ip̄i⁹ cū calice: vt effusus ⁊ vt potād⁹ offertur ac proponit. Calix nāqꝫ ſm pdicta: transsumit ad significādū tā passionē ꝙ̄ potū. Et ppter hoc cōgruēti⁹ dicit: Hic est calix sanguinis mei: ꝙ̄: Hic est sanguis me⁹: qꝛ expressius significat ⁊

passio ⁊ refectio. perfecta quoqꝫ est ⁊ sufficiens: qꝛ forme sacramētales vt cōiter hoc significant qđ efficiūt. Hec aūt significat sanguinē xp̄i contineri in calice: qđ ⁊ efficitur. ❡ Q Per hoc etiā ad expositionē illoꝝ verboꝝ: Hic est calix sanguinis mei: prius dimissam redeam⁹. Prim⁹ terminus est pnomē hic: qđ demōstrat partim ad sensum: ptim ad intellectū sanguinē xp̄i: in quē species vini finitis verbis cōsecratiōis cōuertunt. Demōstrat aūt sanguinē in rōne potus. Unde valet: Hic scꝫ sanguis me⁹ in potū traditus: est calix ⁊c. Et cōsequēter quecūqꝫ. s. lec. xlviij. de pnomine hoc: dicta sunt: pposito seruiūt ⁊ similiter dicēdū de pronomine hic. Hec est snīa Alexādri vbi supra: cui satis cōcordāt scrūs Tho. et scrūs Bonauē. Sequit: Calix. Calix vt dictū est: pprie significat vas potū cōtinēs: tñ trāssumit vel p potu vel p passiōe. Hic nō capit pprie: sed trāssumptiue pro potu. Unde sensus est: Hic scꝫ ꝗ erit in fine cōsecratiōis: est pot⁹ sanguinis mei: ſm doctores supradictos. Qđ additur: sanguinis mei: specificat calicē pro potu acceptū: vt sit sensus. * Hic est calix. i. pot⁹ sanguinis mei: scꝫ naturalis ⁊ veri: ſm illud Iob. vj. Sanguis me⁹ Iob. vj.
vere est potus. Et btūs Hier. sup psalmū. lxxv. Hieronymus.
loquēs iudeis: ait: Sanguinē quē p insaniā fuderūt: per gratiā biberūt. Et scrūs Bonauē. licꝫ ponat in obliquo: intelligit tamē intrāsitiue in recto: vt poculū vini creatura salis id est poculū qđ est vinū: et creatura ꝗ est sal: vt sit cōstructio intrāsitiua. Hec Bonauē. ❡ Quare aūt dicit calix: ⁊ nō simpliciter sanguis me⁹? Ratio statim supra ſm Alexā. dicta est. Nec impedit ꝙ in cōsecratiōe nō dicit: Hoc est cib⁹ panis: qꝛ panis de se est cibus. Nec habet aliud officium: ꝙ̄ cibare. Nō sic sanguis christi: qui nō est potus: nisi quatenus propinatur in calice passiōis. ❡ R Sed hic statim oritur dubiū non negligendū. Si eñ forma illa quatenus est forma efficax consecrationis: habet sensum illū metaphoricū: posset sacerdos cōsecrans hoc ignorare ⁊ intētionē suaꝫ ad sensum orationis propriū reflectere et ita nō cōsecraret: quia deficeret debita intentio: ꝗ semper cōformis esse debet sensui verboꝝ ſm quē instituta sunt: vt sunt efficacia forme. Magis ergo cōgruebat formā instituere: non habentē sic ambiguos sensus: ꝗ etiā sunt occasio distractionis cū nō possit cōcipi sensus metaphoricus: nisi prius cōcipiatur sensus pprius ⁊ ex ei⁹ similitudine fiat trāslatio ad sensuꝫ metaphoricū verū. Oīa autē que vel distractionē vel errorē occasionare possunt: debēt a tāto sacramēto remoueri: vbi nullū errorē: sed summā deuotionē ⁊ recollectioneꝫ esse cōgruit in ministrāte: ſm illud Esa. lvij. Auferte offendicula de via ppl'i mei. ❡ Ad illud respōdet Alexan. vbi supra. ꝙ quātūcūqꝫ sacerdos consecrās haberet simplicē ⁊ propriū intellectū verboꝝ: ⁊ per hoc ex negligētia sacerdotis posset frustrari effectus sacramenti: tñ ppter negligentiā illā que cōtingere posset: nō debuit dominus qđ ꝯgruebat omittere. Sed minister qui intēdit cōsecrare: debet diligētius quo potest se recolligere ⁊ redire ad se: ⁊ etiā debet intelligere qđ ad officiū suū pertinet: sine quo non potest rite in officio ministrare: ꝙ nihil omittat de contingentibus. Unde dicūt ꝙ negligētia talis in hac operatione est pctm̄ mortale. ❡ S Sed illa sententia videtur nimis dura. Et si vera esset frequēter tolleret effectū cōsecrationis: tum

*Ly sanguis mei specificat calicē pro potu accipiendū. Et licꝫ ponat in obliquo: tñ est locutio intrāsitiua vt poculum vini creatura salis. i. poculuꝫ qđ est vinū ⁊ creatura ꝗ est sal. Ita hic calix sanguis mei i. calix siue pot⁹ ꝗ ē sanguis meus.

Esa. lvij.
Alexan.

ex mētis distractiōe q̄ nō est in ptāte celebrātis: immo frequēter dū magis recollect⁹: ⁊ ad singu la intētus esse cupit: magis distrahit. Tū q: ma ior sacerdotū numerus hoc ignorat: qui etiā ab ecclesia ad hec sciēda non diligenter instruunt. Unde recurrendū est ad supra dicta lec.vj. Ubi fm pbabiliorē opiniōnē sufficit ꝙ sacerdos in tēdat hoc qd ecclesia intēdit per hec verba effi cere: ad que christ⁹ instituit: etiā si verba ista penit⁹ nō itelligat: quā intētionē habere pōt sa cerdos hereticus ⁊ infidelis: etiā in hoc articu lo sacramēti. Non eñ pendet verborū virtus ex intētiōe sacerdotis: sed ex institutiōe christi. Et ideo quādo est intētio illa quā christus habuit: instituēdo: idest intēdēdo ꝙ ad prolationē ver borū fiat cōuersio quas christus fieri voluit per hec verba: sufficit: sufficit dico: ad effectū sacra menti: quāuis non semper sufficiat ex parte di spositionis ministri: q̄ si ex sua negligētia igna rus fuerit aut distract⁹: a pctō minime excusat.

¶ Lectio. liij. A

Dubium

Rñsio ad dubium.

Circa formā cōse

cratiōis sanguinis occurrunt aliq̄ dubia. ¶ Primū. Utrū ad pfectio nē hui⁹ forme pertineāt oīa verba illa ab eo loco: Simili modo: vsq3 ad illum. Un de et memores: ¶ Ad illud cōiter respondetur fm omnes docto. ꝙ verba precedentia istā clau sulā non sunt de essentia forme: ⁊ illa sunt verba prolata in persona sacerdotis referentis: qd fa ctū est. Cōsecratio autē fit in verbis in persona christi prolatis. fm beatū Amb. Illa vero verba Accipite et bibite ex hoc omnes: que proferūtur vt prolata a christo: nō sunt essentialia forme consecrationis sanguinis: sicut nec illa: Accipi te ⁊ comedite ex hoc omnes: requirūtur ad con secrationē corporis christi sub speciebus panis: q: magis respiciūt vsum sacramenti ꝙ eius per fectionē: immo eius perfectionē. i. trāssubstātia tionē presupponūt. Sensus eñ est. Accipite ⁊ bi bite ex eo post conuersionē vini in sanguinē. de quo. s. lec. xxxviij. Similiter et hec verba. (Hec quotiēscūq3 feceritis in mei memoriā facietis) nō sunt de essentia forme: q: nō plus respiciunt cōsecrationē ⁊ sumptionē sanguinis ꝙ corpis: q: vtrūq3 corporis ⁊ sanguinis consecrationē ⁊ sumptionem eque precepit christus fieri in me moriā. Si ergo pertinerēt ad cōsecrationē san guinis: pari rōne ad ꝯsecrationē corporis: ⁊ ita sub hostia panis nō esset verū corp⁹ xp̄i ante pro lationē horū verborū. Et ita cū pri⁹ per sacerdo tis eleuationē ostendit pplo: ppls adorās: ado raret idolū: quod est absurdissimū. ¶ Preterea

Hieroñ. per illa verba (vt cōiter conceditur: et ponit bea tus Hiero. de illustribus viris) Christus ꝯtulit aplis cōsecrādi potestatē: eosq3 ordinauit sacer dotes. Collatio aūt potestatis nō fit per verba ad consecrationē pertinētia: q: verba cōsecratio nis respiciūt materiā que cōsecratur: vel termi num ad quē consecratio terminatur. Uerba au tē per que cōfertur potestas cōsecrādi respiciūt eū cui cōfertur: ⁊ potestatē ipsam que cōfertur. Ideo cōiter concessum est verba illa ad cōsecra tionē nō pertinere. ¶ B De illis vero verbis:

Sanctus Thom. Noui et eterni testamēti q̄ pro vobis ⁊ pro mul tis effundetur in remissionē peccatorū est magis dubiū: q: de his varie sentiunt docto. Sanctus Tho. par. iij. q. lxxviij. ar. iij. dicit ꝙ ille clausu le. Noui ⁊ eterni testamēti: et sequentes: sunt de substātia forme vsq3 ad illā: Hec quotiēscūq3 fe ceritis: que pertinēt ad vsum huius sacramēti: q: ille clausule pertinēt ad integritatē hui⁹ ora tiōis. Hic est calix sanguinis mei: q: sunt deter minatiōes pdicati: scz sanguinis mei. Et idē est qd dicit: ꝙ sacerdos eodē ritu ⁊ mō scz tenendo calicē in manib⁹: oīa hec verba pfert Lu. ēt. xxij. īterponunt hec verba inter pria: cū dicat: Hic est calix nouū testamētū i sanguine meo: q: ergo p tinēt ad eādē oratiōnē: ptinēt: ad eandē formā. Silr ⁊ hec clausula. Qui p vobis ⁊ p multis ef fundet: videt ad eādē orationē pertinere: pp̄ter relatiuū q̄: qd īplicat suū antecedēs: qd est san guinis mei. ¶ Alex. de ales parte. iiij. q. xxxiij. di cit ꝙ illa vba dūtaxat: Hic est calix sanguis mei sunt de suba forme. Cui⁹ rō est: q: illa sunt tātū mō de forma qb⁹ fit trāssubstātiatio vini in san guinē xp̄i. Sed p illa vba q̄ sequūtur: nō fit trās substātiatio: q: nō trāseūt sup materiā trāssub stātiādā: sed sunt pprie declaratiua quarūdā cō ditionū quib⁹ excellētia hui⁹ sacramēti manife stat. Hec aūt vba: Hic est calix sanguis mei: ex pressiua sunt toti⁹ effect⁹ cōtenti in hoc sacramē to: sicut ⁊ vba cōsecratiōis corpis sunt hec: Hoc est corp⁹ meū: q̄ significāt corpus sub speciebus panis cōtineri: vñ sicut illa: Accipite ⁊ bibite: q̄ pertinēt ad vsum sacramēti: nō sunt de essentia forme: ita neq3 (imo a minore) illa. Noui ⁊ eter ni testamēti qui pro vobis effundet. Nec obstat ꝙ ille clausule in se nō sunt orationes pfecte: q: sufficit ꝙ forma illa cōsecratiua i se sit pfecta si ne illis clausulis adiūctio. Hec eñ ē pfecta orō: Hic est calix sanguis mei. Neq3 obstat euāgelium Luce: qd allegat in q̄ verba aliq̄ ex sequētib⁹ in terponūtur. Q: vt dictū est: in xp̄is euāgeliis nō tradit forma vt a dño est tradita ad cōsecrandū instituta: sed vt a dño dicta ⁊ gesta: q̄ nō necessa rio eo ordine ⁊ eisdē verbis: sed equiualētib⁹ ex primūtur. Ritus etiā nihil arguit: q: verba illa breuia sunt: ⁊ priorib⁹ cōnexa: p quib⁹ solis nō oportuit aliū instituere ritū. ¶ Huic opi. cōso nat dñs Alber. cōsonat ⁊ scdus Bonauē. dicēs: ꝙ hec est forma cōgrua: tota: ⁊ pfecta. Sufficiens eñ ē ad significādū trāssubstātiationē vini i san guinē xp̄i. Uñ in his q̄ sequunt: describit effect⁹ sanguinis i hoc sacramēto significari ⁊ cōtēti in cruce effusi. ¶ C Scot⁹ dicit in. iiij. dist. viij. q. ij. ꝙ nō est nobis traditū oīno certitudinaliter: an ad formā cōsecratiōis sanguinis ptinēt aliq̄ vba q̄ sequūtur post illd: sanguis mei. Jdq3 peri culosū est illd asserere: de q̄ sufficiēs autoritas ⁊ rō nō habet. Nō est eñ piculosū hoc ignorare: q: est ignorātia inuincibilis: q: nō pōt homo ex quacūq3 diligētia istud scire qd querit: nisi spe ciali reuelatiōe illustret: qd q: factū nō legitur: certitudo in pmisso negocio nō habet. ¶ Ex il lo dicit: patet improbatio cuiusdā dicti: indiscre ti: ꝙ necesse est in quolibet sacramēto scire pcise q̄ verba sint de forma: ad hoc vt sacramētū illd rite perficiat. Illud eñ manifeste falsum est: nō solū in proposito: sed etiā in sacramēto peniten tie ⁊ ordinis. Nō eñ dicit: est oīmoda certitudo q̄ sit forma pcisa ordinatiōis in sacerdotē: pro pter multitudinē sermonū quos pfert epūs i col latiōe prefati ordinis: ⁊ tñ nō est dicēdū ꝙ null⁹ est in ecclesia vere i sacerdotē ordinatus. Simi liter diuersi diuersis vtūtur formis in sacramē

Lu. xxij.

Alex. de Ales.

Scdus Bonauentura.

Scotus

to penitentie:nec est certū de aliquibus verbis
precisis q̄ sint forma:nō tn̄ dicendū q̄ null⁹ ab
soluat in ecclesia. Sic de sacramento matrimo
nij. Addit idē consiliū: dicens. Sacerdos inten
dens facere qd̄ facit ecclesia:legēs distincte v̄ba
canonis a principio vsq̄ in finē:vere cōficit. Nec
est tutū alicui qui se reputat valde peritū de scie
tia sua dicere:volo vti precise istis verbis p con
secratione sanguinis:sȝ securior est simplicitas
qua apud se dicat. Volo pferre verba ista ea in
tētione qua xp̄s ea instituit pferēda:vt q̄ ex xp̄i
intētione sunt de forma:dico vt de forma: et q̄
ad reuerentiā:pfero ad reuerētiā. Hic absq̄ du
bio rite ⁊ legitime pcedit ⁊ vere ɔsecrat. Hec de
forme integritate. ❡ D posset moueri dubiū
de v̄itate forme:sȝ de hoc dicēdū erit sicut supra
dictū est de v̄itate forme ɔsecratiōis panis lec.
xlviij. ❡ Sȝ specialiter dubiū facit verbū: effun
det:qd̄ est futuri tp̄is:rōne cui⁹ videt forma ista
cū nūc a sacerdote pfert non esse vera licet dū a
xp̄o in cena proferebat fuit vera: quia in nullo
Ad roma. vi. futuro tpe post p̄ns istās sanguis xp̄i effundet
sicut nec morief:cui mors vltra nō dominabit.
Romā. vj. Ad hoc faciliter respōdent qui dicunt
v̄ba illa sequētia participiū: dicēs: vsq̄ ad illa.
Uā ⁊ memores:accipi materialiter:⁊ nō signifi
catiue:sic eī cessat rō dubij:cū effundet sic acce
ptū:nō iportat tp̄s:q: nō est v̄bū:sȝ nomē:sicut
ois dictio materialiter accepta. ❡ Scdm̄ alios
q̄ dicūt oīa v̄ba:hic est calix:cū sequētib⁹ accipi
significatiue: videt dici posse q̄ effundet:refert
ad tp̄s:qd̄ in hora institutiōis fuit futurū:⁊ nō
ad tp̄s:qd̄ nūc in hora ɔsecrationis est futurū.
Ita q̄ tn̄ valeat q̄ effundet .i. effundendū erat:
nūc v̄o effusuȝ est. Et sic vera est oro:⁊ hec signi
ficatio satis colligit ex circūstātib⁹ ɔstructibili
bus:ex quib⁹ satis significat:q̄ illa v̄ba pferun
tur a sacerdote tāq̄ plata a xp̄o. Et ideo ad idē
tp̄s referēda sunt:ad qd̄ xp̄s proferens:retulit.
❡ Et si dr:ergo v̄bū est:etiā ad idē tp̄s referen
dū est:q: tota illa oro sequēs participiū dicens
dr vt plata a xp̄o ⁊ in psona xp̄i:scȝ accipite ⁊ bi
bite ex hoc omes. Hic est calix ⁊c. Et ita est:im
portat tp̄s plationis xp̄i:⁊ sic oratio simpliciter
erit falsa:q: pnomē hic: demōstrat sanguinem
xp̄i. nō simplr:sȝ cōtentū sub illis speciēb⁹ vini:
sicut dictū fuit de pnoie hoc:in cōsecratiōe pa
nis. Cū ergo ille species vini quas:demonstrat
hic p suo connotato:p tpe importato g est: scȝ
p tpe plationis xp̄i nō fuerūt pnomē hic: respe
ctu copule est: tale tp̄s importās nō suppone
ret. Oportet eī cōnotatū ⁊ substratū simul cor
respōdere termino cōnotatiuo: respectu copu
le ad hoc vt supponat:alioquin deficiēte conno
tato:deficit ⁊ suppositio. ❡ Ad hoc videt dicen
dū:salue meliori iudicio:q̄ nō est sile de verbo
est:⁊ de v̄bo effundet. Nā est:in forma ɔsecratio
nis iportat tp̄s plationis sacerdotis pferētis:vt
maius:illud tn̄ includēs vt supradictū est de for
ma ɔsecrationis panis:q: illa v̄ba:hic est calix
sanguinis mei:nō tn̄ pferunt vt plata a xp̄o:sȝ
vt instituta ab eo:vt forma efficax ɔsecrationis
sanguinis p tpe:p quo pferunt a sacerdote ce
lebrāte legitime:rōne cui⁹ v̄bū est: iportat tp̄s
celebratiōis p quo est efficax forma. ❡ Et s̄m
hoc opȝ dicere q̄ illa clausula:q̄ effundet ⁊c. nō
est de essentia forme. Qd̄ etiā rōnabiliter videt
dici posse pl⁹ q̄ de illa:noui ⁊ eterni testa. q: illa
oro:q̄ p vobis ⁊c. est g se pfecta oratio ⁊ cathe
gorica ppositis copulatiue priori ɔiūcta. q̄ eī
valet tm̄ .i. ⁊ ille sanguis. Et iō pōt v̄bū ei⁹ effū
det:iportare aliud tp̄s q̄ hoc v̄bū est:in alia ca
thegorica pcedēte cui copulat. Cui non placet
hec solutio:aliā q̄rat:q: timidus quicq̄ asserere
nō ausim qd̄ nō inuenio a docto. priorib⁹ exara
tū:semp in his magis cupiēs doceri q̄ docere.
❡ E Tertiū dubiū. Utrū ille due forme cōse Dubium
cratiōis corpis ⁊ sanguis mutuo se expectēt quā
tū ad eoꝝ efficaciā:aut vna sine alia effectū pro
prium sortiat. Hic quidā antiqui doctores dixe
rūt q̄ ille due forme se expectāt in agēdo: ita q̄
prima nō pficit suū effectū:nisi scd̄a pferat:ne
q̄ pri⁹ ɔuertit panis in corp⁹ xp̄i:q̄ vinū ɔuer
tat in sanguinē:qd̄ sit finita platiōe scd̄e forme
. Motiuū eoꝝ est:q: si g v̄ba cōsecratiōis panis:
panis ɔuerteret in corp⁹ xp̄i ante cōsecrationē
vini:sequit q̄ in hoc sacrō corpus esset sine san
guine:⁊ ita nō viuū:cū vita sit in sanguine. Et
ppterea sacrm̄ corpis ⁊ sanguinis sunt vnū sa
cramentū. Nihil aūt est vnū: nisi positis his q̄
ad vnitatē requirunt:quare g formā ɔsecratio
nis panis:nō cōstituit sacrm̄:nisi adsit ⁊ forma
cōsecratiōis sanguinis. Sed his nō obstātibus
dicēdū est plane:q̄ v̄ba ɔsecrationis panis effe
ctū suū habēt pri⁹ q̄ pferant v̄ba cōsecratiōis
vini:ita q̄ platis v̄bis cōsecratiōis panis:vere
est corp⁹ xp̄i sub speciēb⁹ panis: etiā si verba cō
secratiōis vini nūq̄ postea nō pferant. al's quō
verū dixisset xp̄s:hoc est corp⁹ meū:ante vini cō
secrationē: Sic eī dixisse debuisset:h̄ erit corp⁹
meū scȝ post cōsecrationē vini. Est et h̄ positio
cōtra ritū ecclesie:s̄m quē sacerdos corpus xp̄i
sub speciēb⁹ panis ostēdit pplo adorādū:āteq̄
ɔsecret sanguinē:q̄ si tunc nō esset verū corpus
xp̄i:daret simplicib⁹ idolatrādi occasio ab eccle
sia:qd̄ nefas est de ea (q̄ errare nō pōt) cogitare
tn̄ dicēdū q̄ plata rite hac forma v̄borū. Hoc
est corp⁹ meū: vere incipit esse corp⁹ xp̄i sub spē
panis:ipsa panis sub̄a in corp⁹ trāseūte. Siqui
dē nullū est hic impedimētū:nullū deest requi
situ. Nec tn̄ sequit incōueniēs per alios īductū
q: s̄m supra declarata ad plationē v̄boꝝ sacra
mētaliū nō solū incipit esse corpus xp̄i sub pa
nis sacrō:sed totus xp̄s: ɔuis in solus corp⁹ sit
ɔuersio. Q: v̄o obiciūt de vnitate sacramenti:
soluet infra dubio speciali. Uerum q̄ sacerdos
nō debet ɔsecrare corp⁹ xp̄i:nisi etiā in eodē of
ficio ɔficiat sanguinē sub speciēb⁹ vini:q: diui
sio illi⁹ mysterij sine grādi sacrilegio fieri non
pōt:vt in ca. cōperim⁹. de ɔse. dist. ij. Et hoc ve
rū s̄m dn̄m Alb. regulariter:q: in casu forte op
positū fieri posset:vt ī terris vbi vinū nō crescit
nec posset adduci. de quo dixit Alber. Ad h̄ aūt
qd̄ querit de terris in quib⁹ vinū nullo mō ha
beri pōt:dicēdū videt:q̄ de hoc ɔsultatio habe
ri dȝ apud sedē aplicā q̄d sit agendū:tū propter
intolerabile dānū animaꝝ qd̄ incurrit ex sacra
mēti defectu. Uidet mihi aūt:cū talib⁹ eē dispē
sandū:vt corpus xp̄i haberēt sine calice:⁊ sic sa
cerdotes ɔficerēt sacramentū. ❡ F Dubita
tur quarto in quo precise ɔsistit effectus huius
forme. Respondet breuiter correspōdenter ad
predicta:q̄ in duobus. Primū est:q̄ ad ipsi⁹ le
gitimā plationē: vini sub̄a desinit esse s̄m se to
tā accidētibus seruatis: ⁊ ɔuertit ac trāsubstā
tiat in verū ⁊ naturalē sanguinē xp̄i. Et de illo
dicēdū est per oīa:vt supradictū est de cōuersiōe
panis in corp⁹ xp̄i lec. xl. Scdm̄: q̄ ad huiusmo

di legitimā forme ꝓlationē:presens sit specieb⁹
vini naturalis xp̄i sanguis. Et hui⁹ veritas p3
ex v̄bis xp̄i dicētis. Hic est calix sanguinis mei
qui pro vobis effundet. Itē ex v̄bis apl̄i. j. Cor.
j.Cor.x. x. Calix benedictiōis cui benedicim⁹: nōne cōi-
catio sanguinis xp̄i est? Ad idē est etiā ecclesie de
terminatio: sanctoꝝ patrū dicta. s. lec. xxxix.
recitata. Presens aūt sit sanguis xp̄i: qui est in
corpore xp̄i in celo existente. Unde si est aliquid
de sanguie xp̄i derelictū in terra post gloriosaz
xp̄i ascensionē: in hūc sub̄a vini nō cōuertit: ne
q3 talis p̄sens sit sacro. Cuius ratio cōiter assi
gnat: q: sic sacrm corporis ꝛ sanguinis xp̄i est in
stitutū: ꝙ virtute ꝯsecrationis tota sub̄a panis
ꝛ vini cōuertit in totā sub̄am corporis ꝛ sangui
nis xp̄i ꝛ in partes actualiter toti cōiūctas. Si
aūt esset aliqd de sanguine xp̄i in terris relictū
ille esset a toto sanguie xp̄i separat⁹: ꝗ intra cor
pus xp̄i cōtinet: ꝛ per ꝯn̄s in illū nō fieret ꝯuer
sio: nec talis presens sit sacramento. ¶ Simil'r
dicit de carne prepucii xp̄i: sꝫ est alicubi reserua
Innocē. ta in terris: ꝛ nō reassumpta in resurrectione: ꝗ
(vt dicit Inno. de officio misse) credit a multis
in lateranēsi basilica reseruari: licet a quibusdā
dr̄ delata karolo magno ab āgelo qui trāstulit
ip̄m aquisgrani. Postea apud carrosum: apud
ecclesiā saluatoris. Cuius veritas dicit: tutius
deo cōmittitur: ꝙ aliqd de ipsa temere definia-
tur. Tamen si ex suppositiōe sit in terris: panis
in ipsam non ꝯuertit: quia nō est actu pars cor
poris xp̄i. ¶ Et ita silr videt dicendū de sangui
ne si in terris reperit. Nec obstat si qs i triduo
ꝯsecrasset: ꝙ vinū fuisset cōuersum in sanguinē
a corpe xp̄i separatū. Nō iō si hodie sit aliqd ei⁹
separatū in ip̄m vinū ꝯuertit. Nō eīm silē est hic
ꝛ ibi. Nā in triduo mortis: sanguis xp̄i fuit effu
sus ꝛ separatus a corpore ꝯm se totū et partes.
Et ideo si tūc quis celebrasset: vinū fuisset ꝯuer
sum in sanguinē separatū. Nō autē etsi alique
reliquie i ecclīa reperiant: tn̄ maxima pars san
guinis xp̄i in resurrectiōe fuit reassumpta ꝛ cor
pori reunita: ꝛ ita nūc habet ratiōnē toti⁹ san-
guinis xp̄i. ¶ Quocirca i sacro eucharistie sub̄a
vini cōuertit in sanguinē xp̄i reassumptū ꝗ ha-
bet rōnē totius: ꝛ nō i sanguinē qui nō est pars
illi⁹ totius. ¶ G Et ꝙꝙ in solū sanguinē xp̄i
sub̄a vini cōuertat: nō tn̄ solus sanguis ibi inci
pit esse sub specieb⁹ vini: ad ꝓlationē verboruz
forme. Sꝫ ꝛ corpus xp̄i ꝛ aīa excellētissimaq3 di
uinitas: ꝛ breuiter totus xp̄s: ꝑfectus deus: ꝑfe
ctus homo ꝯm eādē naturā: partes et ꝓprieta-
tes naturarū sicut ꝛ vere et realiter cōtinet sub
specieb⁹ panis: vt simplr nō sit differētia inter
ꝯtentū sub specieb⁹ panis: ꝛ cōtentū sub specie
bus vini: sed idē precise vtrobiq3 cōtinet: eodez
mō cōtinētie: quātū ad diffinitionē localem: vt
vtrobiq3 totū sub toto: ꝛ totū sub qualibet par
te specierū tā panis ꝙ vini cōtineat. ¶ Uerum
quoad ordinē cōtentorū sub his specieb⁹ solet
differētia assignari. Nā sub speciebus panis pri
mo ex vi cōsecrationis est corpus tn̄: ꝛ et deinde
cetera eodē ordine quo sunt corpori ꝓpinquio
ra. Hoc est scd̄o sanguis ex cōcomitātia imedia
ta: ꝗ ꝑtinet ad ꝑfectionē corporis vt sit suscepti
uum anime rationalis. Tertio est ibi aīa ex cō-
comitantia ꝓpinqua: pro quāto ꝗ presupponit
sanguinē in corpore ꝯm ordinē nature: cū quo
sic disposito: ipsum informēdo cōstituit vnā na
turā humanā. Quarto est ibi diuinitas ex cōco
mitantia remota: q: nō ꝑtinet ad vnā naturam
cū corpore: q: tn̄ corpori vnita est hypostatice:
qd̄ nunꝙ reliquit: ideo ꝛ ip̄m cōcomitat etiā in
sacramēto: de quo late dictū est lec. xlij. ¶ In
calice aūt ꝙuis oīa illa eadē et vere sint: alio tn̄
ordine. Est eīm ibi primo totus sanguis christi
reassumptus ꝛ vnitus corpori per se ꝛ vi conse-
crationis. Scd̄o est ibi corpus xp̄i ex cōcomitā
tia immediata: q: corp⁹ xp̄i immediate respicit
in se sanguinē. Sāguis eīm cū sit materia liqui-
da: ꝓprijs terminis nō cōtinet: sed terminis ex
traneis. hi autez sunt partes corporis xp̄i inter
quas cōcludit. Tertio est ibi aīa xp̄i ex cōcomi-
tātia ꝓpinqua. cū eīm hic sit sanguis ꝛ corp⁹ nec
corp⁹ sit exanime ac mortuū: necesse est ꝛ aīam
hic ꝯtineri. Et q: ipsa ad eādē naturā pertinet
cū corpore: dr̄ hic esse cōcomitātia ꝓpinqua: ꝙ-
uis nō immediata: q: immediatū sanguinis re
ceptaculū est corp⁹: per qd̄ ē ibi aīa. Quarto est
ibi benedicta deitas cōcomitātia remota: q: ꝙ-
uis ipsa pertineat ad eandē personā cū aīa ꝛ cor
pore cui inest sanguis: nō tn̄ ꝑtinet ad eādē na-
turā cū predictis. ¶ Est ꝛ notādū ꝙ ordo hic de
signat⁹: nō ē ordo tp̄is: nō eīm pri⁹ est ibi sāguis
ꝙ corp⁹ aut aīa seu diuinitas. Nō eīm est ibi san
guis extra venas corporis et extra corpus mō
fluido: ad silitudinē quo spēs vini i calice fluūt.
Nā sanguis in resurrectione reassumptus cor-
poris gloriosi venis inest: ꝛ nunꝙ extra illas in
sua naturali cōsistētia: sicut ꝛ fuit ante passionē.
Talis est aūt habitudo xp̄i sub sacro qualis est i
existētia naturali: ꝙ tn̄ ad oīa: excepta sola loca
li circūscriptiōe. Ideo nō est in sacro sanguis ex
tra venas: ꝛ ita nec extra corp⁹. Sꝫ ille ordo assi
gnatus est ordo nature ꝛ presuppositiōis: qua
posterius nō esset sub sacramēto sine priore: et
nō ecōuerso ꝯm declarationē supra lec. xlij. ha-
bitā: quid sit ibi esse ꝑ se ꝛ primo: ꝛ quid per cō-
comitantiā mediatā vel immediatā: ꝛ ꝓpinquā
ꝛ remotā. ¶ H Ex illo posset ꝛ alia ratio assi-
gnari: quare vinū nō ꝯuertit in sanguinē in ter
ra derelictū: nō reassumptū: si aliqs talis est: q:
nihil est ibi in sacro qd̄ nō ꝑtinet ad xp̄m tanꝙ
assumptū a xp̄o: aut pars nature assumpte vl' in
existens alicui hoꝝ. Nūc sanguis ille in terra di
missus: nec est assumptus a v̄bo nec inest natu-
re assumpte aut ei⁹ parti: ideo in ipsum nō con
uertit. ¶ Patet etiā ex eodē ratio alterius dicti
s. scꝫ ꝙ qualiscūꝗ liquor siue aqua: siue vinum
post cōsecrationē mittat in calicē: nō consecrat
nec in sanguinē cōuertit: q: tale vinū post cōse-
crationē immissum nō pōt xp̄i sanguinē cōtin
gere aut ei commisceri: q: vinū illud etsi spēs sa
cramēti tāgit quib⁹ immediate iūgit: sꝫ nō san-
guinē xp̄i ꝗ nō est ibi fluide sicut species: sꝫ itra
venas ꝗ semꝑ mediabūt inter vinū de nouo in
fusum: ꝛ sanguinē xp̄i in eis inclusum: ꝛ ita ꝯtin
gere nō pōt: sicut nec cōtingeret sanguinē hois
si corpori hois sup funderet: ꝓpter qd̄ dicit In-
nocē. in de offi. misse. Si post cōsecrationē cali-
cis aliud vinū mittat in calicē: id quidē nō trā-
sit in sanguinē: nec sanguini cōmiscet: sed acci-
dētibus prioris vini cōmixtū corpori qd̄ sub eis
latet: vndiq3 circūfundit nō madidanꝗ circūfu
sum: ipsa tn̄ accidētia derelicta videntur vinum
appositū afficere. Quod dicit inde cōuincitur:
q: si aqua pura fuerit apposita: vini saporē assu
mit. ¶ Sed necesse est intelligatur ꝙ afficiant
vinū causaliter: causando in eū saporē eis simi-

lem:ſcꝫ saporē vini:nō formaliter inherēdo ma
terie vini:qꝛ ſi ſic:aut corp⁹ xp̄i deſineret eſſe ſub
illis ſpeciebꝫ eis manētibꝫ:aut eſſet ſub eis cum
ſubſtātia vini:quorū vtrūqꝫ improbatū eſt. Si-
militer tūc accidētia prioris vini ex tūſubſtātiari
migrarēt de ſubiecto in ſubiectū:qđ nō cōcedit.
obiectio. ¶ J Sed forte ꝯtra hoc quis replicaret. Si ſan
guis xp̄i nō continet vt liquor fluidus in calice:
quō xp̄s nobis ſanguinē ſuū dedit in potū:ꝑo-
Rñſio. tus eñ notat materiā fluidā nō ſolidā. Rñdetur
breuiter ꝙ ſanguis datur nobis vt potus in ca-
lice:nō ſm ſe vt quaſi iſte fluat ī calice: ſꝫ quoad
ſpecies ſub quibꝫ cōtinet. Proponit eñ ſub ſpe-
Innocē. ciebus vini q̄ habēt rōnē potabilis. Et ſm hoc
intelligi debet dictū Inno. quo dicit. Corp⁹ xp̄i
ſub ſpeciebꝫ vini nō comedit: ⁊ ſanguis ſub ſpe-
ciebus panis nō bibit. Verū quidē eſt per cōpa
rationē ad ſigna extrinſeca:ſub quibꝫ corp⁹ xp̄i
et ſanguis eius cōtinet: ⁊ nobis ſumēda propo-
nūtur. Quantū tñ ad effectū ⁊ corpus bibitur et
ſanguis comedit ſub vtraqꝫ ſpecie: qꝛ ſic idē eſt
bibere qđ comedere:refici vꝫ ꝑ grām ſm alam:
qđ fit ex ſumptione corporis ⁊ ſanguinis:q̄ ſum
ptio fit ſub vtraqꝫ ſpecie ſeorſum. Nā ſumēs ho
ſtiā:ſumit cibū et potū: qꝛ penitus idē in hoſtia
et in calice cōtinet. Māducare quidē nihil aliō
eſt ꝙ ſumere cibū: et bibere:ſumere potū: ergo
qui ſumit hoſtiā māducat ⁊ bibit:⁊ hoc maxime
quoad effectū ſpiritualē māducationis ⁊ pota-
tionis.ſ.refectionē ale:ꝓpter quē effectū mādu
care bibere ad hoc ſacrm trāſferūt. Quoad ſpe
ciē aūt ſacramētalē:ſumēs hoſtiā:nō đr bibere:
quia ille ſpecies non ſumunt vt liquide ꝑ modū
potus corporalis. Sāguis tamē xp̄i nō đr pot⁹
tñ:rōne ſpecierū:ſꝫ in ſe: qꝛ ſpūaliter extinguit
ſitim ⁊ ardorē ꝯcupiſcentie qui eſt ex pctis. Hoc
aūt facit ita ſumptus ſub ſpēbus panis ſicut vi-
ni:qꝛ ille ſpēs corporales nihil faciūt ad effectū
ſacramēti:ſed dūtaxat ſub illis ſpeciebus caro ⁊
ſanguis nobis proponūtur:ne horrorē ſenſibꝫ
ingerāt. Vtqꝫ fides habeat meritū: dū ꝫ rerū ſub
alia ſpecie traditaꝫ: nullū ſenſibile accipit expe
rimētū: vt ſupra declaratū eſt. ¶ R Adhuc cō-
tra predicta poſſet quis dubitare:vt dictū eſt:ꝙ
deitas eſt ſub ſpeciebꝫ vini per cōcomitātiaꝫ re-
motā. Naꝫ videt ꝙ deitas nō ſit ſub ſpeciebꝫ vi-
ni per cōcomitātiaꝫ ſicut ſub ſpeciebꝫ panis vbi
cōcomitat corpus qđ ibi per ſe et ꝓrio ꝯtinetur.
Nullibi eñ eſt deitas per cōcomitātiaꝫ: niſi vbi
eſt aliq̄d aſſumptū a d.itate per ſe et ꝓrio. Nūc au
tē ſub ſpecie vini eſt ſolus per ſe ꝓrio: ſiue vi con
uerſiōis. Sanguis aūt nunꝙ fuit aſſumpt⁹ a ſo
lo verbo: qđ patet: qꝛ ſola humanitas eſt aſſum
pta aut pars eius: ideſt cōpoſitū ex corꝑe ⁊ ala:
⁊ ſimilr partes:ſcꝫ ala et corpus. Sanguis autē
nō eſt tota hūanitas nec pars: qꝛ nec ala patet:
nec corpus:nec pars corꝑis. Naꝫ ſanguis nō eſt
Scotus. formalr alatus:vt dicit Sco. diſtin.x.quarti.q.
iiii.⁊ tenet cōmuniter:ſed eſt nutrimētū corꝑis
Philoſo- in ſubaꝫ ei⁹ ꝯuertēduꝫ per virtutē nutritiuā: vt
phus. dicūt phi ⁊ medici. Dicit eñ phus.ii.de ala.c.de
ſenſu tact⁹. Ex aere quideꝫ īpoſſibile eſt cōſtare
alatuꝫ corpus: oportet eñ firmū eſſe. Req̄ritur
aūt mixtū ex terra ⁊ ex his eſſe ſcꝫ corp⁹ anima-
tū: vt eſt caro ⁊ proportionabile. Unde patet ꝙ
oportet corpus alatuꝫ nō eſſe fluidū:ſed firmuꝫ
Commē ⁊ ꝓpriis terminis terminatū. Unde ⁊ cōmēta
tator. tor ibidē cōmēto.cxi. Impoſſibile eſt ꝙ cōſtitu-
tio eſſet ex aere aut aq̄. Alalia eñ indigēt ex ne-
ceſſario corpore duro: ſuper quo abūdaret ter-
reſtreitas: vt eſt caro vel aliq̄d ſimile in alalibꝫ
carētibus carne. Patet igit ꝙ ſanguis nō eſt for
maliter alatus: ſicut nec ali⁹ humor corporis:li
cet ſanguis neceſſario req̄ritur ad eſſe corporis
alati ſaltē perfecti: qꝛ ſine ſanguine diu manere
nō poteſt naturalr: ſicut nec ſine ipſū ⁊ aere quo
ad alalia reſpirātia: nec tñ ideo aer inſpirat⁹ eſt
alatus:⁊ propter hoc dicit ſedes ale:nō ꝙ ala in
formet ſanguinē: ſed req̄rit ſanguinē:vt infor-
met carnē. Quia igit corpus eſt alatuꝫ:ſanguis
nō eſt pars corꝑis:⁊ per hoc deitas nūꝙ fuit hy
poſtalis ſanguis ſicut corporis. Aſſumpſit autē
xp̄s humanā naturā:⁊ partes ei⁹ eſſentiales qua
lis nō eſt ſanguis. Unde etiā patet ꝙ deitas nō
fuit vnita ſanguini xp̄i in triduo. Alioq̄n ſicut
vere ꝯcedit per cōicationē idiomatū: ꝙ xp̄s ia-
cuit in ſepulcro: qꝛ ibi iacuit corpus deitati vni-
tū. Et ꝙ xp̄s deſcēdit ad inferna: quia deſcēdit
ipſius ala deitati vnita. Ita etiā fuit cōcedendū
ꝙ xp̄s fuit in ꝑplo: xp̄s māſit in cruce: qꝛ vtro-
biqꝫ māſit ſanguis xp̄i reſperſus: qđ tamen nō
cōceditur. Hoc tñ ſequeret:ſi ſanguis eſſet pars
eſſentialis hoīs:ſic eñ fuiſſet vnitus deitati:nec Damaſce
ab ea derelictus.cū ſm Dama. Quod xp̄s ſemel nus.
aſſumpſit:nūꝙ dereliq̄t:⁊ propter hoc dicit Ri- Richar.
char. de mediavilla in.iii.diſt.ii.q.i.ſcđe partis demedia
di.in ſolutiōe ſcđe ratiōis. Si quis ꝯſecraſſet in villa.
triduo:ſanguis xp̄i nō fuiſſet adorādus. Ratio-
nē ponit: qꝛ nō eſt pars eſſentialis corꝑis:qui-
bus ſolis vnita eſt ſuppoſitalr maieſtas diui-
nitatis: qꝛ ergo diuinitas nō eſt vnita ſanguini
qui ibi eſt ꝓrio vi ꝯſecratiōis: videt ꝙ nō ſit ſub
ſpeciebus vini per cōcomitātiā. ¶ Z Ad hoc di
cit: licet deitas nō ſit hypoſtatice vnita ſangui-
ni:eſt tñ vnita corpori in quo eſt ſanguis:⁊ per
ꝯñs eſt ibi per cōcomitātiā:nō quidē ꝓpinquā
ſed remotā. Vñ vt dictū eſt:vi cōſecrationis eſt
ibi ſanguis xp̄i eo mō quo eſt in conſiſtētia ſua
naturali:⁊ ſic in corpore quō eſt in corpore xp̄i
in celo:⁊ ꝑ ꝯñs eſt ibi corp⁹ xp̄i ꝑ cōcomitantiā
mediatā:cui corpori vnita eſt diuinitas. Iteruꝫ
ibi eſt corp⁹ nō mortuū ſꝫ viuū q̄le eſt in celo: ꝙ
alatū. Ale autēꝫ ſimr eſt deitas:⁊ ſic diuinitas eſt
ibi duplici ꝯcomitātia:vna ad corp⁹:alia ad ani
mā:⁊ vtraqꝫ īmediata quātū ad corp⁹:⁊ quātuꝫ
ad alaꝫ: ſed mediata quātū ad ſanguinē: quia ſi
ibi eſſet ſol⁹ ſanguis extra corp⁹:ſicut fuit ſepa-
rat⁹ in triduo mortis:nō eſſet ibi diuinitas per
ꝯcomitātiā:nec mediatā:nec immediatā. ¶ Ex
quo pꝫ ꝙ ſi ꝑ īmediatā ꝯcomitātiāītelligit illa
qua ꝯcomitat alūs circūſcriptis: deitas eſt ſub
vel certe vt tolerabilior sit eoꝝ dānatio. Videt
ꝙ ibi accipit dānatio large: ꝓ qualibet punitio
ne ad quā aliq̄s est iudicat'. s̄m quā acceptionē
includit etiā penā purgatorii. Vn̄ btūs Grego. Grego.
dicit ꝙ eodē igne purgantur boni: quo reprobi
puniunt. Et in aliis cōib' locutionib' dicimus
aliquē condēnari ad certā pecuniariā penā: siue
ad aliqd̄ tp̄ale suppliciū. ¶ V Ad illud de ma
chabeis dicē dū s̄m Tho. vel ꝙ illa donaria inuē
ta sub tunicis mortuorū nō fuerūt accepta ī re
uerētiā idoloꝝ: sꝫ iure belli eis debebant: tñ per
aliqualē auariciā venialiter peccauerūt: iō non
fuerūt in inferno: ⁊ ita suffragia eis poterāt va
lere. Vel ꝓbabili': ꝙ in ipsa pugna videntes sibi
imminere periculū: pctm̄ suū cognouerūt et pe
nituerūt: s̄m illud ps. Cum occideret eos quere
bāt eū: ⁊ ita pctm̄ remissum fuit p̄ penitētiā: et p̄ ps.
ꝯn̄s nō fuerūt in inferno: sed purgatorio. ¶ Ad
aliud de scō machario ⁊ capite inuēto: dicendū
ꝙ illud adiutoriū nō erat ad pene diminutionē:
sed ad hoc solū vt ibidē dr̄ ꝙ eo orāte cōcedebat
eis vt mutuo se viderēt: ⁊ in hoc aliqd̄ gaudium
nō verū: sꝫ phātasticū habere dicunt: dū implet
illud qd̄ desiderāt. Sicut ⁊ demones gaudere di
cunt: dū ad pctā ptrahūt holes: q̄uis p̄ hoc eoꝝ
pena nullatenus minuat. Sicut nec angeloruꝫ
gaudiū minuit: dū nr̄is malis ꝯpatiūtur. ¶ Ad
illud de traiano pōt dici ꝙ ad preces btī Grego.
traianus fuit ad vitā reuocat'. et ad statū viato
rū: ⁊ ibi gratiā ꝯsecutus: ꝓ quā pctōꝝ remissio
nē obtinuit: ⁊ p̄ ꝯn̄s immunitatem a pena: sicut
apparet in oīb' illis q̄ fuerūt miraculose resusci
tati: quoꝝ plures ꝯstat idolatras ⁊ dānatos fuis
se. De his oīb' silr̄ dicere opꝫ ꝙ nō erāt in infer
nū deputati finaliter: s̄m p̄sentē iusticiā ꝓprioꝝ
meritorū: sꝫ s̄m superiores causas quib' p̄cui
debātur ad vitā reuocādi: de eis aliter disponen
dū erat. Et ita definitiua ⁊ irreuocabili sentētia
traianus dānat' non fuit: q̄ sola facit quē dāna
tū. Vel dr̄ ꝙ aīa traiani fuit simplr̄ liberata per
absolutā dei potentiā. Qd̄ autē dr̄ aīas dānato
rū iuuari nō posse: intelligit s̄m legē cōem. Vel
dicūt alii: ꝙ aīa traiani nō fuit simplr̄ liberata
a pena inferni: sed pena eius fuit suspēsa ad tp̄s:
scꝫ diē iudicii. Nec tñ opꝫ ꝙ hec fiant oībus per
suffragia eccl̄ie: q: alia sunt q̄ legi cōi accedūt: et
alia q̄ singulariter ex priuilegio alicui ꝯcedunt.
Alii dicunt ꝙ liberat' fuerat a pena sensus non
dāni. Sed qualitercūq; dicatur: hec duo stabūt.
Primū ꝙ de potētia obsoluta de' posset omnes
dānatos beatificare. Scdm̄ ꝙ de lege communi
in inferno nulla est redēptio: neq; quoad pene
oblationē: neq; eoꝝ diminutionē: et hoc quoad

peccata in via nō dimissa. ¶ X Ad penultimū dr ꝙ quantū ad hoc magis acceptat suffragium pro mortuo ꝙ ꝓ viuis in mortali existentibꝰ: q: magis indiget: cū sibi nō possint auxiliari: sicut viuus pōt. Sed quantū ad hoc viuus est melioris cōditionis: q: pōt trāsferri de statu pctī mortalis ad statū grē: qd de mortuis fieri nō pōt: iō nō est eadē rō orādi pro mortuis ꝛ viuis. Et est aliqua rō orādi ꝓ viuis existentibꝰ in mortali: q̄ nō habet locū in mortuis. ¶ Ad vltimum negetꝰ ꝯña: q: nō est sile. Tū q: dānati pena augeri pōt manēte sua difformi volūtate: q: punit citra cōdignū. Sed ea manēte pōt minui q: vt dictū est manēte culpa: pena illi correspōdēs culpe: non pōt tolli aut minui ſm diuinā iusticiā: penā pro culpa ordinantē. Sed culpa in dānatis semper manet: scꝫ volūtas ꝑuersa cōtra deū. Ideo sicut opus bonū ab alio factū: et ad suffragiū dānati ordinatū: nō minuit eiꝰ penā: multominus per opus bonū qd q̄s facit nō ꝓ ipso: sꝫ occasionalr ex eiꝰ doctrina ipse iuuari pōt. Tū q: pena infligitur arrio ꝓ ꝑuersa sua doctrina: q̄ merito augetꝰ ꝓpter nouū malū ex ea cōsequēs: sꝫ propter sanā doctrinā quā dānatꝰ reliquit in terra non punit: ergo ex bonis sequentibꝰ nulla pena minuit. ¶ Uel breuiter dr ꝙ iō nō est sile: q: dānatus est in statu in quo pena eiꝰ nō pōt minui ꝓpter volūtatis obstinationē. pōt aūt augeri: q: nūꝙ pōt vsq: ad ꝯdignū: ſm iusticiā dei strictissimā puniri.

obiectio ¶ Sz dicis: ꝙuis nulla pena tali remittit: tñ aliqd bonū sibi cōferendū est propter bona q̄ occasione suoꝝ precedentiū operū fiūt. Sicut btitudo accidētalis scrōꝝ augetꝰ propter

Rñsio ad obiectionem. bonū qd ex eoꝝ occasiōe agit. Rñdetꝰ ꝙ sicut merita eterne vite (quibꝰ dānatꝰ meruit: dū in grā fuit) ꝑ pctm̄ mortale supueniēs moriuntur: nec aliqd premiū ꝯsequunt post mortē in btitudine: ꝓpter pctī mortalis obicē: quē volūtarie obtendit: ꝛ qui impediunt ne cōsequantur btitudinē: ac premiorū ipsis meritis correspōdere debentiū se reddiderūt incapaces: ita ꝛ premioꝝ accidentaliū. Uñ nullū bonū irremuneratū nisi is qui remunerari deberet: impedimētū remunerationis spōte hberet: sicut ꝛ in ꝓposito. ¶ Uel pōt dici ꝙ si dānatꝰ bona remunerāda facit: deꝰ futuroꝝ presciꝰ illa retribuit in pñti vita. Unde dixit abraā diuiti refrigeriū petenti. Fili recor. q: rece. bona in vi. tua. Nō sic in beatis: i quibꝰ radix boni spūs manet. s. charitas: iō sunt maioris boni capaces. In dānatis aūt manet iniquitas ꝛ ꝑpetuū dei odiū immobiliter ꝑseuerās: ꝓpter qd capaces sunt maioris pene: ꝛ iuste ab oī dei spūali dono ꝛ bñficio nouo cōferendo sunt seclusi. Uñ ꝓceptū est ministris parabolice: vt hominē sine nuptiali veste ad nuptias ingressum ligatis manibꝰ ꝛ pedibꝰ ꝓiiceret in tenebras exteriores: ꝑ qd significat desertio dānati ab omni subsidio et suffragio: et immobilitas in malo. ¶ X ponit tñ Arb. vnū modū: quo vt dicit sustineri posset suffragia eccl̄ie valere dānatis: vñ dicit ꝙ vermis cōsc̄ie de tribꝰ remordet. s. de pctō a seipso cōmisso: scdo de bono a seipso omisso: et tertio de bono cuiꝰ ipse potuit esse cā vt fieret ab altero. De primis duobus: q: preterita sunt: nulla est pene mitigatio. De tertio ꝛ crescit ꝛ mitigatur. Si eñ ꝑ malū suū cā est mali in alio: totiēs crescit vermis: quotiēs crescit ꝛ dilatat malū illud in aliis quos inuoluit. Si aūt cā fuit vt bonū fieret ꝑ alios: totiēs decrescit vermis quotiēs bonū illud multiplicat. Decrescit: intelligēdo nō quantū ad tristitiā vermē cōsequētē que insuit: sed a tristicia: q̄ infieret si bonū illud non multiplicat. Per hoc autē nulla pena minuit: sꝫ aliqua pena accidētalis: ne fiat: impedit. ¶ Sanctus Tho. etiā tāgit vnum moduꝫ quo suffragia pñt ꝓficere dānatis: nō quātū ad pene interruptionē vel diminutionē: sꝫ quia ex huiōi suffragiis: eis aliqua doloris materia subtrahit: que eis adesse posset: si ita se abiectos cōspicerent: ꝙ sui ꝓ eis nullā curā haberēt sꝫ hoc ipsum beatꝰ Tho. reprobat: q: ſm cōem legē ibi sunt spiritꝰ defunctoꝝ: vbi nō vidēt q̄cunqꝫ agunt aut eueniūt in ista vita: vt dicit Aug. in de cura ꝓ mortuis agenda. Qd precipue verū est de dānatis: ꝛ ita nō cognoscūt qñ ꝓ eis suffragia fiūt: nisi supra cōem legē aliquibꝰ dānatoꝝ illud reuelaret: qd oīno incertū est. Uñ tutius est inquit: simplr dicere ꝙ suffragia nō prosint dānatis nec ecclesia intēdit ꝓ eis orare: vt ex autoritatibꝰ īductis apparet. Cui cōsonat illud Eccl̄s. ix. Quodcūqꝫ facere pōt manus tua instanter operare: q: nec opꝰ: nec rō: nec sapiētia: nec scientia erūt apud inferos: quo tu properas. Et tñ de illo dubio. Eccl̄s. ix

¶ Lectio. lvij. A

Uncde tertio principali scꝫ quibꝰ suffragiis aīe defunctorum iuuari possint: et si pluribꝰ que horum magis prosint. ¶ Ad primam huius questionis partem beatus Gregorius ad Bonifacium (vt. xiij. q. ij. anime. recitatur) quatuor suffragioꝝ gñā annumerat: ait Gregoriꝰ eñ. Anime defunctoꝝ quatuor modis soluunt: aut oblationibꝰ sacerdotū: aut precibus scrōꝝ: aut charoꝝ elecmosynis: aut ieiunio cognatoꝝ. ¶ Per oblationes sacerdotum misse celebratio accipitur. Per orationes scroꝝ cuiuslibet boni hois: siue in via: siue in patria existentis deuota pro defunctis obsecratio. Elecmosyna autē per quēcūqꝫ fiat: dr elecmosyna chari: q: charus est qui beneficiū impendit. Signum eñ dilectiōis exhibitio est operis: ſm eundē hom. xxx. Sic a quibuscūqꝫ fiat ieiunia: aut alie corporis afflictiones: cognati sunt eorū pro quibꝰ fiūt: carnales vel spūales. Dicit nēpe cognatꝰ quasi connatus: q: vi amoris ei agglutinat: ꝛ quasi cōnascit aīe defuncti tāꝙ veri amici. ¶ Sūt autē hi quatuor modi generales: ad quos oēs alii reducuntur. Uñ ad ieiunium oēs carnis afflictiones: vt vestiū asperitas: discipline: peregrinatio: labor corporalis: ꝛ quecūqꝫ ad corporis afflictionem assumunt ptinēt. Ad elecmosynas reducunt oīa opera mīe: corporalia ꝛ spūalia. Ad orationē reducunt oīa spūalia exercitia: vt meditatiōes scrē grārū actiōes: theologie studiū ac ꝯtēplatiōes. Ad oblatiōes sacerdotū oīa sacrificia ꝛ oblationes: q̄ īmediate deo aut cultui diuino ac eccl̄ie ministris applicant: vt sūt oblatiōes pecunie: cereorum: aīalium: ornatū: ꝛ similiū. Beatꝰ vō Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda (et habetur xiij. q. ij. non estimemus) tria annumerat: omittens ieiuniū cognatorū: vñ ait. Nō estimemꝰ ad mortuos ꝓ quibꝰ curā agimꝰ ꝑuenire: nisi qd ꝓ eis: siue altaris: siue orationū: siue elecmosynarū sacrificiis solēniter supplicamꝰ: ꝛ sequit. Corpori aūt hūano q̄cq̄d impēdit: nō est presidiū salutis: sꝫ hūanitatis officiū: ſm effectū (ait aplꝫ) qꝫ Aug.

nemo vnq̄ carnē suā odio habuit. Ad hoꝝ intel
Ephe.v. lectū notandū q̄ (vt docet btūs Tho. in quarto
scripto. di. xlv. q. vj. arti. j.) suffragia viuoꝝ pro
sunt defunctis s̄m q̄ vniūtur viuētib⁹ charitate
ꝛ s̄m q̄ intētio viuētiū refert ad mortuos. Et id
vniuersa opa p̄nt suffragari mortuis q̄ pertinēt
ad cōicationē charitatꝭ: vel ad directionē ī alte
rū intētionis. Ea propter vniuersa opa bona q̄
ex charitate fiūt: oīa quoqꝫ que ex intētiōe et in
tuitu subueniēdi (q: quasi pro illis ex psonis de
functoꝝ) fiūt eis proficiūt. Ad charitatē aūt p̄ce
cipue eucharistie oblatio ptinet: q: est sacr̄m ec-
clesiastice vniōis: ptinēs illū in quo tota ecclesia
vnit ꝛ solidat scꝫ xp̄m: vn̄ eucharistia est q̄si q̄dā
charitatis origo seu vīculū. Elecmosyna ṽo ad
charitatē ptinet tāq̄ ei⁹ effect⁹: est em̄ p̄cipu⁹ ei⁹
effect⁹. Sic ista duo eucharistia ꝛ elecmosyna ex
parte charitatis precipue mortuis suffragātur.
Euchari ¶ Ex parte ṽo intētiōis ī mortuos directe p̄ci-
stia ꝛ elee pue valet orō: q: s̄m suā rōnē nō solū dicit respe
mosyna ctū ad orātē sicut cetera opa: sed directi⁹ ad eū p
ex parte quo orat. ¶ Ieiuniū vero qr in rōne sua nō cōti
charitatꝭ net qd̓ ad charitatē: vel ad intētiōis directionē
precipue ptinet: sꝫ hec sunt ei q̄si extrīseca ꝓpter qd̓ ēt Au
mortuis gu. non posuit: id ad vtrūqꝫ pōt reduci. Et qr ex
suffragāt charitate pōt assumi: et qr corpis afflictiuuꝫ est:
pōt: tāq̄ penale opus satisfactoriū pro penis de
fūctoꝝ ex eorūdē psonis dn̄o offerri. Et h̓ respe-
ctu trib⁹ predictis s̄m Aug. positis annūerauit
Greg. ieiuniū: quasi suffragij genus quartū. Nec
incassuꝫ: qm̄ cū aīe in purgatorio nō nisi satisfa-
ctorias penas soluūt: qb⁹ soluēis: suffragiis nō ī
digēt: multū iuuant dū pro eis opus penale (q̄le
est ieiuniū) deo offert. Opus em̄ penale eo q̄ pe
nale satisfactoriū est. ¶ Ex his patet respōsio ad
p̄mā partē questiōis: scꝫ qb⁹ suffragijs aīe defun
ctorū iuuari p̄nt. Vn̄ respondetur breuiter q̄ oī
bus operibus bonis: nā oīa opa bona fieri pos-
sunt ex charitate. Sic etiaꝫ oīa opera bona p̄nt
eis applicari ex intētiōis directiōe. Pōt em̄ q̄d-
cūqꝫ opus fieri ea intētiōe: vt prosit spiritib⁹ de
functoꝝ. ¶ B Pro rn̄sione ad secūdā partē. q.
scꝫ q̄ opa magis prosint liberandi defunctoruꝫ:
Aduertēdū q̄ suffragia habēt effectū vel ex gene
re opis: vel ex dispositiōe operātis. Ex p̄te ope-
ris illa p̄cipue vel magis suffragant defunctis: ī
quibus cōcurrūt plures vel pauciores rōnes de
supradictis. Ex operāte vero illa magis pficiūt
que ex persona magis accepta (propter maiorē
charitatē aut deuotionē aut aliā dispositionē: ꝛ
maius meritū operātis) ipēdunt. Meritū dico
vel operātis psonale vel ecclie toti⁹ gn̄ale: cuius
psonā operās ī suo ministerio rep̄sentat vt tāgit
Sco. ī suo q̄dli. q. xx. circa principiū. ¶ Itē pōt
opus suffragij valere vel ex p̄te operātis princi-
palis tale op⁹ fieri pcurātis: vt testatoris: funda
toris vel alteri⁹ opus fieri mādātis: petētis vel
ordinātis. Uel ex p̄te op⁹ hm̄oi exequētis: vt te-
stamētarij amici familie opus faciētis ꝛc. Hanc
distinctionē alij sic exprimūt ꝛ in idē redit: Suf
fragioꝝ quedā pficiūt ex operāte tm̄: alia ex ope
re operato: alia simul ex opere opato ꝛ operāte.
Ex operāte tm̄ q̄ ex sola dispositiōe ꝛ acceptatio
Attende ne agētis acceptant a deo vt sacrificia ve. test. et
hanc de opa nō priuilegiata q̄ quisqꝫ ex spōtanea volun
suffragiō tate operat. Ex opere operato q̄ ex ip̄o opere ex
distictio- hibito ēt circūscripta dispositiōe operātis quā-
nem. tū ad ei⁹ esse acceptū h̄nt suū effectū: vt est sacrifi
ciū altaris ꝛ ecclesie sacramēta: q̄ effectū h̄nt ex
institutiōe xp̄i: nō ex dispositiōe, ministri offerē-
tis vel dispēsantis: de quo. d. lec. xxv. ꝛ ī alijs plu
rib⁹ locis. Sicud est ipiū sentire de orōne dn̄i-
ca: de horis canonicis ꝛ alijs orōnib⁹: q̄s ecclia
dicēdas istituit: q̄ quandā vim accipiūt ex parte
diuini ꝛ eccliastici mādati: vt dicit Gers. cancel.
parrhis. ī trac. de orōne. Ita sunt q̄dā q̄ effectū
sortiūtur ex priuilegio: vt īdulgētie vel silia. Itē
sunt opa q̄ etiā valēt ex ope opato: nō ex sua isti
tutiōe sicut sacramēta: sꝫ ex effectu ex ipso opere
accidēte: sicut elecmosyna pauperū indigētiā re
leuāte: sequit oratio eorūdē pro aīa defuncti ad
deū pro eo cui⁹ intuitu fiūt: vt dicit beat⁹ Tho.
¶ C Ex his pōt respōderi ad hāc q̄stiōis par-
tē magis ad particularia descēdēdo per aliquas
propositiōes. ¶ Prīa. Inter oīa mortuoꝝ suffra
gia quātū ad liberationē defunctoꝝ: excellit eu-
charistie oblatio per manus sacerdotū: ecclesie
ministroꝝ. Hec ꝓpositio est de mēte Aug. Greg.
magistri: ꝛ ceteroꝝ: q̄ inter defunctoꝝ suffragia
p̄mo loco ponunt altaris sacrificiū. Et pōt illud
ostēdi rōnibus ꝛ exēplis. Ratiōe: nā illa magis
suffragātur defunctis: in quib⁹ principaliores ꝛ
plures rōnes suffragādi ꝯcurrūt: vt statim. d. dī
ctū est. Sunt autē rōnes s̄m supradicta charita
tis cōmunio: intētionis directio: meritū et pia
supplicatio: ꝛ hoc tā ex efficacia operis operati:
q̄ operis operātis: ꝛ hoc vel ei⁹ q̄ operat: vel ei⁹
in cui⁹ persona: vel eoꝝ ex quoꝝ personis opera
tur. Oēs ille ratiōes perfectissime cōcurrūt in
sacrificio altaris. Cū em̄ sacramētū eucharistie
sit sacramētū eccliastice vniōis: cōtinēs xp̄m in
quo tota ecclesia vnit: sitqꝫ origo quedā ꝛ fomē
tū charitatis: vt dictū est: manifestū est q̄ in effe
ctu hui⁹ sacrificij oēs cōicāt: qui cū capite xp̄o ꝛ
inter se per charitatis vinculū vniūtur. Nā hāc
vnionē nō solū solidat ꝛ cōseruat: sed etiā expres
se significat: vt dicit Aug. in de sacramētis fide-
liū. ꝛ allegat magister dist. viij. quarti. Unus pa
nis ꝛ vnū corp⁹ ecclesia dicit: pro eo q̄ sicut vn⁹
panis ex multꝭ granis cōponit: sic ecclia ex mul
tis fidelibus charitate copulāte cōnectit. Hui⁹
vnionis etiā corpus xp̄i sumptū de virgine est sa
cramētū. i. significatiuuꝫ: q: sicut corpus xp̄i ex
multis mēbris purissimis ꝛ immaculatis cōstat
ita societas ecclesie ex multis psonis a crimina
li macula liberis aggregat. Propter qd̓ etiaꝫ sa-
cramētū illd̓ cōio nūcupat: qr eius beneficiū cōī
cāt oēs ecclie vniti: nō solū q̄ in terris viuūt: sed
etiā qui trāsierūt: ꝛ q̄ iā beatitudinē adepti sunt
et qui in via purgatiōis ad eā tēdūt. Vn̄ dist. ix.
quarti. ꝛ habet de conse. dist. ij. q: passus. §. Ita
dn̄s noster. dicit: Nulli ambigendū est tūc quē-
q̄ corporis sanguinisqꝫ dn̄i participē fieri: quā-
do xp̄i mēbruꝫ efficit: nec alienari ab illi⁹ panis
calicisqꝫ cōsortio: etiā si anteq̄ panē illū edat et
calicē bibat de hoc seculo in vnitate corpis xp̄i
ꝯstitutus abscedit: qr illius sacramēti beneficio
nō priuatur: qm̄ ille in hoc qd̓ sacr̄m illud signat
inuenitur. In hui⁹ rei testimoniū hostia sacra ī
tres partes in altari diuidit: vt significētur effe-
ctū ei⁹ participare: ꝛ q̄ in beatitudine: ꝛ q̄ in pur
gatorio: ꝛ q̄ in hoc seculo delitescūt: de quo. j. la-
tius tractabitur. Nullū ergo opus tātū prodest
defunctis p cōionē charitatꝭ: quātū eucharistie
oblatio q̄ hui⁹ cōionis signū est: fomētū ꝛ origo.
¶ D In hac etiā oblatiōe intētio dirigit nō so
lū ad viuos: sꝫ etiā ad mortuos. Intētio dico nō
solū ministri celebrantis: sed ecclie vniuersalis:

que memoriã defunctorum in missa fieri instituit:
eiusq3 personã sacrificãs minister gerit. In hui⁹
officij cõmissiõe: sacerdotali scʒ ordinatiõe: dici
tur accipere ptãtẽ offerẽdi pro viuis ꝛ pro mor-
tuis. Est ergo nũcius ecclesie ad deũ orãdo pro
mortuis: quare ꝑsonã repñsentat ecclesie se mit-
tentis. Est etiã ibi ratio meriti. Nã si probaꝶ qꝛ
opus aliqđ meritoriũ est in ecclesia: siue glie: si-
ue grẽ siue remissiõis culpe aut pene: poterit ne
aliqđ eẽ magis meritoriũ illo sacrificio? In hoc
eñi illius vnici ꝛ ꝑfectissimi sacrificij fit memo-
ria ꝛ inuocatio: per cui⁹ virtutẽ celi aperti sunt:
gratia daꝶ: per quã solã opa nostra esse pñt meri
toria: olim pctã hoim remittũtur: ac celestis glo
ria nostro pctõ perdita redonaꝶ. Ipse eñi qui in
hoc sacrificio patri offerꝶ: clauis est Dauidis: q̃
claudit ꝛ nemo aperit: aperit ꝛ nẽo claudit. Apo
Apo.iij. cal.iij. Ipse fons grãrũ ꝛ caput ecclesie. de quo
solo gratia fluit in barbã aaron descẽdẽs in orã
Job.j. vestimẽti. ps.cxxxij. De cuius nãq3 plenitudine
oẽs accepimus gratiã pro gratia. Joh.j. Ipse est
quẽ deus pater fecit pctm̃ pro nobis. ij. Cor.v.
Idẽ sacrificiũ quo olim pctã hoim expiaꝶ. Ipse
est sine cui⁹ vnione (quã hoc sacrificiũ ꝑstat) ne
mo gloriã in celo cõsequiꝶ ipso dicẽte: Nẽo ascẽ-
Jo.iij. dit in celum nisi q̃ descẽdit de celo: fili⁹ hoĩs q̃ est
in celo. Joh.iij. Nec potest aut vnq̃ potuit post
primi hoĩs lapsum: opus aliqđ gratum esse deo
patri ꝛ acceptũ: nisi in virtute huius sacrificij ve
Ad Col.j spertini: in fine hui⁹ seculi oblati. ad Col.j. Cõ-
placuit per eũ reconciliari oĩa in ipso pacificãs
per sanguinẽ crucis ei⁹: siue que in terris: siue q̃
in celis sunt. Et ideo sacrm̃ illud sacrificiũ đr et
eucharistia. Sacrificiũ propter pctõrum remissio-
nẽ: eucharistia propter gratie infusionẽ. Est au
tẽ ibi rõ meriti: nõ tã ex operãte: q̃ ex opere: nõ
eñi solũ effectũ habet expiandi pctã ex celebran
tis deuotiõe: sed multo magis ex ipsa oblatiõe
i. xp̃o iterũ in memoriã sue passiõis hñdicte ob-
lato: q̃ effect⁹ nõ minuiꝶ per quãcũq3 sacerdotis
indispositionẽ: formã ꝛ intẽtionẽ ecclesie obser-
uantis. Et licet habere effectũ ex ope opato cõe
sit oĩbus legis noue sacramẽtis: magis tñ huic
appropriatur sacrificio: in quo vere ꝛ realiter cõ
tinetur xp̃s: sacerdos ꝛ sacrificiũ: seipm̃ patri re
presentãs: ꝛ pro nobis offerẽs in holocaustũ: vt
deducit apl's ad Heb. ¶ In hoc quoq3 sacrificio
est ratio pie supplicatiõis: nam in eo fiũt expresse
oratiões pro defunctis: ꝛ spãliter cõmissis: ꝛ ge-
neraliter ꝓ vniuersis: vt pʒ ex premissis. ¶ Hec
aũt oratio ꝛ supplicatio q̃ fit in misse officio: ce-
teris oĩbus efficacior est: qm̃ fit in ꝑsona nõ tm̃
sacerdotis (vt dictũ est) sed etiã specialiter ex ꝑ-
sonis eorum qui missam ipsam celebrari ordinaue
rũt: sit defunctus ipe dũ vixit: sint testamẽtarij:
sint amici: sint circũstãtes: sint offerentes. Gene
liter vero ex persona totius ecclesie spõse christi
vnice: cuius oratio repulsam non patiꝶ. Ex oĩm
horum deuotiõe ꝛ merito efficaciã suã colligit ora
tio celebrãtis. ¶ Preterea si aliqua oratio priui
legiata est ſm ꝑdicta: vel qꝛ a xp̃o instituta: aut
qꝛ ab ecclesia ordinata: nihil ita sicut misse offi-
ciũ priuilegiatũ esse cõstat. Hoc eñi quoad essen
tialia a solo xp̃o institui potuit: ꝛ quãtũ ad sup-
addita: vcʒ cerimonias: oratiões: ꝛ cetera: ab ec
clesia nosciꝶ ordinatũ. Nihil ibi sonat a sacerdo
te sua spõte dictatũ: sed verba xp̃i in euãgelio: in
cõsecratiõe ꝛ dñica oratiõe: in ceteris verba pro
ferũtur ecclie. Nõ eñi debet sacerdos verba sua

miscere: aut de suis addere: aut de institutis mi
nuere: sed verba xp̃i ꝛ ecclesie in ei⁹ persona: in-
tegre: sollicite ꝛ deuotissime personare. ¶ Deni-
q3 quicq̃d poterit deuotio celebrãtis cooperari
in hoc maxime officio exhibeꝶ. Nã q̃ ad hoc offi
ciũ celebrãs vel circũstãs ĩdeuotũ se exhibet: vbi
rogo deuot⁹ apparebit? Tot⁹ eñi ecclie deuotio
in hoc officio colligiꝶ: nutriꝶ ꝛ augeꝶ: vt hñ decla
rat Sco. in. iiij. dist. viij. q.j. ¶ E possēt ẽt exẽ
plis plurimis misse efficacia ĩ subueniẽdo defũ
Gregori⁹ ctis ostẽdi: quorum nõnulla recitat btũs Greg. lib.
iiij. dial. c. liiij. ꝛ. lvj. ꝛ. lvij. ꝛ aliis q̃ relinquo ꝑdi
catorib⁹ inq̃rẽda. Rõnẽ aũt efficacie idẽ Grego.
allegato. c. lvij. ponit: qꝛ hec singulariter victia
inquit: ab eterno interitu saluat: q̃ nobis mortẽ
Dubium primum. vnigeniti per mysteriũ reparat: qui licet surgẽs
a mortuis nõ moriꝶ: ꝛ mors ei vltra nõ domina
Dubium scdm. biꝶ: tñ in ipso ĩmortaliter ꝛ incorruptibiliter vi
uẽs: iterũ pro nobis in hoc mysterio sacre obla
Rñsio ad primum dubium. tionis ĩmolaꝶ. ¶ Sed circa hoc occurrit duplex
dubiũ. Primũ vtrũ ad aĩe liberationẽ tantũdem
valeat missa a quocũq3 sacerdote bono vł malo
celebrata? Scđo vtrũ ĩtersit aliqđ quale officium
dicaꝶ? Requiẽ vcʒ: vel aliud de nostra dña: aut de
Augusti. passiõe dñi: aut sancto aliquo? ¶ Ad primũ pre-
suppositis his que. s. lec. xxvj. dicta sunt: respõ-
detur breuiter q̃ quãtũ est ex opere operato: tã-
tũdem valet missa ad liberationẽ defunctorũ: si
ue a bono sacerdote celebreꝶ: siue a malo. Ma-
lũ dico: qui in mortali peccato de quo non peni-
tet irretitur. Sacramẽta eñi nõ ex ministro: sed
ex institutiõe christi suã habẽt efficaciã: vt. s. di-
ctũ est. Ideo dũ missa rite perficitur: fruct⁹ quẽ
ex vi sacramẽti operaꝶ: nec minuitur nec auferꝶ
dicẽte beato Aug. in li. de corpore xp̃i. In myste
rio corpis ꝛ sanguinis dñi: nihil a bono maius:
nihil a malo minus ꝑficiꝶ sacerdote. ¶ Quantũ
vero est ex parte operis operãtis (et hoc vt gerit
personã ecclesie: vel vt est instrumẽtũ motũ per
aliũ ad celebrandũ: qꝛ vt sic nõ gerit ꝑsonã suam:
sed personã ecclesie vel ordinãtis missam) nõ im
pedit malicia sacerdotis plus q̃ cuiuslibʒ alteri⁹
nõ celebrãtis: sic eñi fruct⁹ misse colligiꝶ ex meri-
to ecclie: resultãte ex mẽbrorum deuotione: vel spe
cialiter eius q̃ ordinat missam celebrari. de quo
late dictũ est lectiõe. xxvij. circa principiũ. Inquã
tum vero gerit ꝑsonã suã ppriã: malus sacerdos
celebrãdo parũ vel nihil proficit defuncto. Sic
Gregori⁹ eñi locũ habet verbũ Grego. in pasto. etiã supra
allegatũ ꝛ expositũ. Si is qui displicet ad inter-
cedẽdũ mittiꝶ: irati animus ad deteriora prouo
caꝶ. Unde ꝛ qui scienter malũ sacerdotẽ in sua ma
licia perdurantẽ ad celebrãdum induceret: haud
dubiũ grauiter peccaret. Non tñ leuiter: quisq̃
iudicãdus est malus: cũ duodeci sint hore diei: ĩ
quarũ singula pctõr põt per penitentiã cõuerti:
et interior cõuersio ac iustificatio nobis sit occul-
ta. Bonus vero sacerdos deuote celebrãs multũ
cooperaꝶ liberatiõi aĩe defuncte: qm̃ si multũ va
Jaco.v. let oratio iusti assidua: ſm sententiã Jaco. aplĩ:
etiã vbicũq3 fiat: quãtũ magis qñ fit in missa: et
tãto iungitur sacramẽto? Ideo ceteris parib⁹ ꝛ
secluso pusillorum scãdalo: magis optãda est et pro
curãda missa boni sacerdotis ꝛ deuoti: q̃ suspe-
cti et vagi. Hec sunt de intẽtione doctorũ: beati
Tho. in quarto scripto dis. xlv. q. iiij. ar. iij. ꝛ dis.
xiij. q.j. ar. v. similiter Scoti dist. xiij. quarti. q.
ij. ppe finẽ. ¶ F Ad scđm diciꝶ q̃ in missa duo
Duo sũt in missa. sunt: scʒ sacrificiũ ꝛ oratiões. Sacrificium qđ est

p̄cipuū in missa: idē est in oībus missis q̄cūq̄ꝫ officia dicanť. Ideo ex hac parte idē valet defuncto quodcunq̄ꝫ officiū dicať: siue requiē: siue de nostra dn̄a. Sꝫ quātū ad orationes: ille videtur efficaciores p̄ quas magis excitať deuotio orantis: ⁊ intētio magis dirigiť ad eos p̄ quib⁹ orať. Et q: in officio requiē orōnes ⁊ laudes ibi dicē de exp̄sse sonāt p̄ defunctis: nō sic in aliis: idō ex hac pte officiū requiē videť plus valere. Pōt tn̄ ex pte deuotionis excitāde plus valere officium de dn̄i passiōe: aut de nostra dn̄a: aut alio scō ad quē celebrās vel missam dici pcurās maiorē hꝫ deuotionē. Silr̄ ppter intercessionē scī de quo missa dr̄: ⁊ q̄ ad subuētionē defuncti suppliciter implorať: pōt missa de scō magis valere defuncto. Reducunť etiā ad sacrificij oblationē cetera q̄ p̄ defuncto offerunť ad dei cultū ptinētia: vt oleū: cerei thura: vel cetera q̄ ad cultus dei et ecclesiarū ornatū offerunť. Hinc Dam. i sermo. de morientib⁹: docet cereos: oleū: ⁊ hmōi p̄ defunctis offerri. Dū eñ cerei circa altare: feretru aut tumulos incendunť: ex p̄sona defunctorum xp̄m verū lumē ⁊ eternū eiusdēq̄ꝫ fidē: q̄ lumen est intellect⁹ viatoris: p̄fitemur. Dū thura incēdimus: ex eorū p̄sona xp̄m vna cū patre et spiritusctō vnū solū deū verū adorām⁹. Dū aquā benedictā spargim⁹: demones ne orōnes fideliuꝫ impediāt: ⁊ ne corporib⁹ illudant: fugam⁹. Sic quecūq̄ꝫ ad altare offerunť: siue in pecunia: siue in aliis esculētis: poculētis ac ceteris vel ad p̄testationē fidei: vel cōionis tāti sacrificij: vel ad sustētationē ministroꝝ altaris et ecclesie: plurimū valere aīabus fideliū dinoscunť. Vñ vt allegatū est. s. Iudas machabe⁹ pecunias misit hierosolymā offerri p̄ pctis defunctorū. Et ita quecūq̄ꝫ taliū ad honorē dei bm ritū ecclesie: p̄ defunctis offerunť aut agunť: ad oblationē sacrificij reducunť. ¶ S p̄ropositio scđa. Post sacrificij oblationē multū p̄dest p̄ defunctis exorare: ac deuotas p̄ces fundere: maxime eas q̄ fiunt in p̄sona eccl̄ie aut q̄ sunt p̄iuilegiate: vt supra dictū est. Silr̄ et meditationes scrē p̄ defunctis assumpte: studiū theologie: p̄dicatiōes: sacroꝝ participationes: eucharistie: penitētie ⁊ alioꝝ. Sicut et q̄cūq̄ꝫ meritoria opa p̄nt quātū ad meritū defunctis applicari: pōt eñ quilibet meritū suū vndecūq̄ꝫ acquirat aīab⁹ fideliū impertiri: vt infra dicetur. ¶ p̄ropositio tertia. Dehinc plurimū valēt elemosyne tā corporales q̄ spirituales: ⁊ ille nō tn̄ ex dātis deuotione: sꝫ etiaꝫ ex pauperuꝫ quib⁹ impendunť: suffragiis ⁊ oratione. ¶ p̄ropositio q̄rta. Valēt demū ieiunia: discipline peregrinationes: ⁊ quecūq̄ꝫ corporis afflictiua p̄ defunctis assūpta: q: eo q̄ sunt penalia: sunt p̄ pena defuncto satisfactiua. Pena nāq̄ꝫ penā soluit: minuit: ⁊ sufficit totalr̄ liberat. Et tn̄ de illa questione. ¶ H Ad quartā principalē. q. Vtrū indulgētie p̄osint defunctis? Nō querit hec questio de indulgētiis quas defunct⁹ ꝯsecut⁹ est dū vixit: de his eñ dubiū nō est quin plurimū p̄ficiāt. Ipse eñ sunt q̄ tollūt penā peccatis debitā: quoꝝ debito sublato non remanet in purgatorio pena soluenda. Sed de indulgentiis quas viui defunctis amicis impetrāt vel cōsequi nitunť. Gratia exēpli. Papa oīb⁹ cōtribuētib⁹ tn̄ ad huius ecclesie fabricā cōcedit relaxationē triū annorū: vel partē satisfactiōis aut totius est questio: sꝫ q̄s cōtribuit p̄ patre suo: vtrū pater defunctus particiþet hmōi indulgētias: De isto sunt opi. apud doc. Beatus Tho. i quarto scripto dist. xlv. q. vj. arti. ii. tenet partē affirmatiuā: tn̄ sub quadaꝫ distinctione: quē sequiť Aug. de anchona. ⁊ Antonius parte. iij. ti. xxiij. et plures alij. ¶ Distinguit igiť: q: indulgentie possunt fieri sub duplici forma. Vno mō largiūtur illis qui certū opus pietatis implēt: vt qui visitat ecclesiā scī petri: habebit tales indulgentias. Aliq̄n etiā extēdunť p̄ illis p̄ quib⁹ fit tale opus: vt si hec fit forma: quicūq̄ꝫ hoc opus pietatis facit: ipse vel ali⁹ p̄ quo facit talē remissionē cōsequiť. Primo mō indulgētie non p̄osunt defunctis: q: nō p̄nt opera pietatis facere p̄ quibus indulgētie sub tali forma emanātes concedunť. Nec viuus tale opus p̄ficiēs: pōt fructum indulgentiarū in alios trāsferre: q: eius non est applicare ad aliquid intentionē ecclesie p̄ quaꝫ cōicanť cōia suffragia thesauri spūalis: vñ indulgentie vigorē habent. Hec eñ applicatio ad papā ptinet: ⁊ ecclesie p̄latos: potētes concedere indulgētias. ¶ Scđo mō p̄ficiūt defunctis: si opus pietatis p̄ quo date sunt indulgētie: p̄ facientē mortuis applicať. Illa eñ applicatio fit bm intentionē cōcedētis. Non eñ est aliqua ratio. ait Tho. quare ecclesia possit trāsferre merita cōia q̄b⁹ indulgētie innitunť ad viuos ⁊ nō ad mortuos. Adducit ad hoc rōnē: q: meritū toti⁹ eccl̄ie est efficaci⁹ merito vni⁹ p̄sone: sꝫ meritū p̄sonale suffragať defunctis: vt dictū est: ḡ multo forti⁹ ecclesie meritū cui innitunť indulgētie. Itē indulgētie p̄osunt existētibus de foro ecclesie: sed existētes in purgatorio sunt de foro ecclesie: alioquin ecclesie suffragia eis nō p̄dessent. Itē cōsuetudo ecclesie dū facit predicare crucē: cōcedit q̄ assumēs crucē hꝫ indulgentias etiā p̄ duabus vel trib⁹ aliq̄n pro decē aīabus tā viuorū q̄ mortuoꝝ: qđ esset deceptio nisi mortuis prodessent. ¶ Alia est opinio Hostien. q̄ indulgētie ex vi indulgētie nō valent defunctis: cū nō sint de foro ecclesie. Nā forum ecclesie ligādi et soluēdi: tn̄ extēdit se adviuētes in terris: dicēte dn̄o Petro. Quodcūq̄ꝫ ligaueris sup terrā: erit ligatū et in celis: ⁊ quodcūq̄ꝫ solueris super terrā: erit solutū ⁊ in celis. ¶ Et dicit notāter ex vi indulgētie: q: opera illa bona pro quib⁹ indulgētie conceduntur: p̄nt valere defunctis: sicut alia opera bona et meritoria: si eis applicātur: nō tn̄ plus valēt ppter indulgentias: nec minus q̄ si nulle indulgētie essent cōcesse. ¶ Et arguūt ad inconueniens: q: sic papa posset liberare quēcūq̄ꝫ vellet de purgatorio: immo dādo plenarie remissionis indulgētias: posset euacuare totū purgatoriū. Semper etiā inueniret causas rationabiles ita p̄ defunctis sicut pro viuis: puta beneficia ⁊ auxilia impendenda necessitatib⁹ ecclesie cultui diuino augmētādo: hospitalib⁹ pauperib⁹: ⁊ sic de aliis q̄ reputanť cause sufficientes indulgentias largiendi. ¶ Item tūc ecclesia ⁊ papa negligenter agerent in tam crebris indulgentiis tēporibus nostris cōcessis: nō extēdendo illas ad aīas defunctorū: per cōuenientes clausulas bullis inserēdas. De qua tn̄ tanq̄ de pia matre p̄sumendū nō est: q̄ ita obliuioni traderet filios suos defunctos: maxime cū nō esset certior modus liberandi aīas a purgatorio: q̄ per indulgētias plenarias. Sicut eñ viuus qui cōsequitur indulgētias plenarie remissionis (si moriť sine recidiua) euolat vt dicunt doctores. Ita defunctus tentus in purgatorio si pro eo quis indul-

Opinio dñi Tho.

Indulgētie p̄nt fieri sub duplici forma.

Opinio Hostiensis.

Matth. xvj.


Dama.

nota de indulgentijs p defunctis. & vide additiones autoris sequentes post lect. 57.

gentias plenarie remissionis consequeret: simpliciter liberaret. Stulte igitur tanti sumpt⁹ fierent in exequiis: ac labores in sacrificiis: orationib⁹: elemosynis: ieiuniis: quorū quantitas esse cruciū incerta est: cū per impetrationē indulgentiarū certe liberari possent et euolare. ¶ Item in omni genere suffragiorū apud beatū Augu. vel Grego. nulla fit mētio de indulgentiis. Cui hec opinio Hostiē. placet: posset rūdere ad rationes beati Tho. Ad primā que querit rationem quare merita cōia ecclesie per indulgētias pñt a papa trāsferri ad viuos et nō ad mortuos. Dicit̄ q̄ ratio est: quia hec trāslatio nō fit nisi rōne potestatis clauium iurisditionis spiritualis. Hec aūt data est tm̄ quoad viuos super terrā: nō quoad defunctos qui sunt extra ecclesiā militantē et eius iurisdictionē. Nō ergo extēdit se vltra restrictionē qua a dño qui eā dedit restricta est. ¶ Et per hoc patet solutio secundi: lz enī meritū toti⁹ ecclesie sit efficaci⁹ merito vnius psone: tm̄ meritū commune ecclesie nō est ita in potestate: sicut meritū persone quantū ad satisfactiones est in ptāte facientis: nā opus satisfactoriū psonale: est in potestate psone facientis tanq̄ suū: id pōt illud reseruare sibi vel dare alteri cui maluerit: viuo vel defuncto. Sed meritū cōmune ecclesie: cui innitunt̄ indulgētie: est in ptāte pape ex cōmissione xp̄i quantū ad ei⁹ dispēsationē que limitata est tm̄ ad viuos ¶ Ad tertiū dr̄ q̄ defuncti non sunt de foro ecclesie militātis: nec sequit̄ q̄ ideo ecclesie suffragia eis nō prosint: quia illa suffragia que psunt sunt psonalia merita: lz aliqua facta sint in psona ecclesie. Illa aūt vt dictū est pñt transferri in viuos et defunctos: quia psonali merito pōt quis satisfacere pro eo q̄ nō est de foro suo: aut de eodem de quo ipse est. Nō autē iudex vt talis soluere vel ligare pōt eū q̄ nō est de suo foro. De hoc qd̄ addit̄ de cōsuetudine ecclesie in predicando crucis zc. Dico q̄ nō cōstat de hoc mō: nā et contra turcos nostris diebus etiā contra bohemos crux predicata est. Siŕr plenissime indulgentie in reductione grecorū tpe cōsilii Basilieñ. Item in anno iubileo tpe Nicolai pape anno zc. M.cccc.l. Et nullibi apposite sunt cōditiōes per quas extenderet̄ ad purgandos in purgatorio. Existimo autem q̄ in casu huius dubii esset necessaria determinatio ecclesie.

¶ Circa hanc indulgentiarum materias defunctis applicādarum sequitur additio necessaria que nunc suo loco hic adiuncta est: q̄q̄ non abre collector et post ipsum impressor in fine hui⁹ operis primaria impressione eam annexuerint cuius tenoris est. R

Attēde per diligēter hāc de indulgentiis materiam.



CUm in lectione quinquagesimaseptima tractarem de indulgētiis: inquirēs vtrū indulgentie prosint aīabus defunctorū: recitatis opinionibus contrariis doctorū: in solutionib⁹ rationū pro opi. tenentiū partē. q. affirmatiuam: cōtra Hostieñ. qui tenet partem negantiuā. Respondendo ad rationem beati Tho. dixi non constare de hac cōsuetudine ecclesie: dū scz predicat crucē q̄ assumēs crucem pro certo numero aīarum assequitur remissiones plenarias pcōz. Presertim quia nostris tēporibus contra bohemos tēporē martini pape quinti: et contra turcos tēpore Pii secūdi predicata fit crux: siŕr tēpore cōsilii Basilieñ. pro reductione grecoz. Et anno dñi. M.cccc.l. quo fuit iubileus magnus: date sunt indulgētie plenissime remissionis: que tm̄ ad aīas defunctorū extense nō sunt. Dū itaq̄ illa scripsi: nondū venerat ad manu⁹ meas declaratio dñi Sixti pape: nouissime de medio sublati: qua declarat indulgētias pficere per modū suffragii etiā animabus in purgatorio existentibus: dū ad ipsas per summū pontificem expresse extendūtur. Hinc et modernus pontifex dñs Innocentius octauus indulgentias huiusmodi olim per Pium secundum et Sixtū prefatū: visitantib⁹ ecclesiā Xantonensem: et fabrice eius contribuentib⁹ ad animas in purgatorio redimēdas per modū suffragii extensas: etiam ad contribuentes ad sanctaz cruciatam contra turcos extēdit. Similiter Calixtus papa tales indulgētias dedit in hispania ecclesie tyrasinensi. Sic et Pascasius quintus dedit indulgentias plenarias per modū suffragii animabus in purgatorio: quas vndecim summi pontifices confirmauerunt: vt legitur in litera autentica: in introitu capelle ecclesie sancte praxedis de vrbe: in qua cōtinet̄ colūna: ad quā saluator noster in domo pilati ligatus fuerat et flagellatus. ¶ Et fuit data indulgētia sub hac forma. Quicunq̄ celebrauerit vel celebrari fecerit quinq̄ missas pro aīa parentis vel amici existētis in purgatorio: dict⁹ Pascasius dat remissionē plenariā per modū suffragii tali aīe. Et ibi habetur q̄ dictus Pascasius post mortem cuiusdā sui nepotis: dictas quinq̄ missas pro aīa nepotis sui in ipsa capella celebrauit: et post celebrationē quinte misse: dū esset adhuc in altari: apparuit sibi supra altare l testudine fenestre: que est ante altare virgo maria visibiliter extrahēs nepotis aīam a purgatorio. De autētice scripture legunt̄ in introitu dicte capelle. ¶ Itē summi pōtifices dederūt plenarias indulgētias pro aīabus in purgatorio: visitantib⁹ ecclesiā bti Laurētii extra muros vrbis: in hūc modū. Quicūq̄ singulis quatuor: feriis totius anni: dictā ecclesiā deuote visitauerit: pro aīa patris: aut alterius existētis in purgatorio: dicti summi pontifices dant remissionē plenariā aīe per modū suffragii: pro qua ecclesia ipsa modo predicta est visitata. ¶ L Et quod frequenter repetitū est: per modū suffragii. nō est intelligendum: quasi modus suffragii tollat efficaciam indulgentiarū: ita q̄ opus illud pro quo dant̄ indulgentie factū pro oibus: non plus valeat aīabus: q̄ si idē opus vel suffragium factū esset pro eis: nullis indulgentiis adiectis: sicut quidā intelligere voluerunt. Sic enī frustra daret̄ indulgentia pro aīab⁹: nihil enī pficeret: nec aliqd suffragio impēso superaddere: et per huiōi indulgētiarū cōcessionē pp̄ls decipere: qd̄ de ecclia et de sede aplica est nullaten⁹ presumendū. Sed qd̄ addit̄ per modum suffragii: excludit modū iudiciarie ptātis: q̄ dicit iudicialē absolutionē et pene debite in aliā penā voluntarie ac deuote assumptā cōmutationes. Et ille modus iudiciarie autoritatis: tm̄ hz locū l viuis: q̄ iudicialr̄ absoluunt̄: et quib⁹ pena debita l aliā volūtarie: ab eis ac deuote assumptā cōmutat̄: vt vult Alexan. de ales. par. iiii. q. lxxxiii. mem. bro. v. et post eū sctūs Bonauē. l. iiii. dist. xx. q. v. Alexā. de ales.

Vini est dūtaxat assumūt: volūtarie opus illud: vt puta peregrinationē: elemosynas: orationē: cōtributionē ad opus lalurare: vel aliud hmōi p quo dātur indulgētie. Cū aūt hmōi opus defuncti adimplere nō possunt: dū illud fit pro eis ab alio: iā opus alteri⁹ suffragat eis vt possint cōse qui indulgētias nō mīn⁹ q̄ si ipsi per se op⁹ illō impleuissent. Et ita indulgētie proficiūt eis per modū suffragij .i. ppter aliqd op⁹ ab alio factū: ꝛ eis per modū suffragij applicatū. Sicut cū papa dat indulgētias oībus ꝯtra infideles pugnantibus: aut pugnatorē pro se mittētib⁹: tūc indulgētias pugnātes assequūtur per modū autoritatis iudiciarie: ꝛ mittētes per modū suffragij: qd maxime verū est: si esset aliqs pauper nō habēs suis expēsis mittere: ꝛ alius suus amicus p paupere siue pauperis nole mitteret: iā pauperi pficeret indulgētie p modū suffragij p quāto opus pro quo indulgētie cōcesse sunt: sibi p modū suffragij applicatū est. ¶ Uerū dicit scēus Bonauē.

Sicut Bonauē. Si qs cōcēdat vicariū iesu xpi habere iudiciariā ptātē sup eos qui sunt in purgatorio: non est ei multū resistēdū: dūmodo hoc diceret rō vel autoritas manifesta. Sana enī fide hoc tenēdū est: q̄ dñs suo vicario plenitudinē sue ptātis ꝯtulit: et tātā quātā decebat puro hoī dari ad edificationē corporis sui: qd est ecclia. Hec Bonauē. Cui al-

Matt.xvj ludit autoritas Chryso. sup illō Matt. xvj. Tibi dabo claues regni celorū. quā allegat Alex. vbi d. Hoi mortali celi ꝛ terre ꝛ oīm q̄ in eis sunt: cōmisit ptātē de⁹: ꝛ eccliaz validiorē celo demōstrauit.

Alexan. Et subdit Alex. Ex hoc ptz q̄ i collatiōe clauiū maxima fuit summo pontifici collata ptās. Et pbabiliter vel verissime presumit: q̄ thesaurus eccle est in illius ptāte. Et q̄ illis q̄ sunt in purgatorio: qꝛ rōne charitatis i qua decesserūt: sunt idonei ad bñficiorū eccliasticorū susceptionē: pōt illis bñficia cōicare: ꝛ sic pōt illis facere indulgētiā ꝛ relaxatiōes. Hec Alex. ¶ Hanc ergo sententiā asserentē indulgētias proficere alabus in purgatorio: per modū suffragij eo mō quo supra in prima opiniōe recitatū est lectiōis huius nō iā velut opinionē: sꝫ sententiā certā amplecti deberi existimo. Tū propter pluralitatē doctorū eā asserētiū: scꝫ Alex. de ales: scti Bonauē. beati Tho. Egidij: Durādi: Pe. de tharantasia: Rich. de me. vil. Tho. de argētina ꝛ aliorū plurimorū. Tū maxie ꝛ pricipaliter ppter determinationez sūmorū pōtificū priorū ꝛ modernorū. ¶ Et iō restat rñdere rōnib⁹ ꝛ motiuis p opposita opi. adductis lec. presenti. ꝛ ibidē nō solutꝭ. ¶ Ad primā ij arguit q̄ aie in purgatorio nō sūt de foro ecclesie ligādi ꝛ soluēdi. hoc enī solū extēdit se ad existētes in terra ꝛc. Respōdet fm Alex. q̄ super terrā eē dicunt quātū ad solutionē ꝛ ligationē: quousqꝫ fiat reductio siue ingressus i regnū: vt pote dū aie tpalib⁹ ꝛ terrenis iuuantur suffragijs. ¶ Itē aie i purgatorio dicūtur eē sup terrā qꝛ sūt de ecclia militāte ꝛ nō triūphāte. Et sicut hi q̄ sunt i terra: sunt i via ꝛ nō in termino: ita existētes i purgatorio sunt i via ꝛ nō i termino. Sūt enī in trāsitu ad patriā quātū ad purgationez q̄ purgant per penā: p quā velut p viā trāscunt ad patriā: lꝫ sint in termino quātū ad ꝯfirmatiōez: qꝛ ampli⁹ peccare nō pñt nec mereri. Etiā si cōcedit q̄ nō sunt supra terrā simplr sunt tñ super terrā quātū ad absolutionē a penis (qꝛ hoc meruerūt existētes i terris) a qua discesserūt i charitate: vt scꝫ illis indulgentie et cetera applicari possint eccle suffragia. Sunt ergo i terris quātū ad suffragia eccle: ꝛ indulgētias q̄ eis cōicari pñt. Et ita sunt de foro ecclesie rōne meriti quo meruerūt in terris vt iuuari possint: lꝫ fm statū pñtē nō sint de foro eccle ad aliquid de nouo merēdū vel demerēdū. ¶ Itē sunt de foro eccle ppter delictū. Nā qlibet reus sortit forū rōne delicti quocūqꝫ se trāsferat: etiā extra locū in q̄ cōmisit delictū: remanet semper quātū ad delictū sub iurisdictiōe dñi in cui⁹ dñio deliquit: ad quē spectat eū ppter tale delictū punire vel penā remittere. iij. q. vj. c. vlt. scꝫ q̄ crimē. Et iō pōt papa remittere penā existētib⁹ i purgatorio: debitā pctis in terra cōmissis: nō tñ pōt simili rōne absoluere existētes in inferno: a penis pctōꝝ in terra cōmissorū: qꝛ illi nō sunt capaces remissionis: qꝛ charitate nudati i pctis sūt obstinati: manēte aūt pctō i volūtate: nō pōt tolli pena pctō debita. Uel dicunt esse sup terrā quātū ad forū misericordie nō quoad forū iusticie. ¶ Itē qꝛ virtute clauiū eccle dū existerēt sup terrā: fuerunt obligati ad sustinēdū penā tpalē: hic vel in purgatorio soluēdā: in quā in ꝯfessiōe fuit eis cōmutata pena eterna. Ideo lꝫ nūc nō q̄ad oīa sint de foro ecclesie: tñ quantū ad absolutionē pene: sunt de foro ecclesie: ꝛ pñt solui de thesauro eccle. ¶ Quidā etiā tractātes autoritatē xpi. Quodcūqꝫ solueris super terrā ꝛc. dicūt q̄ illa additio: sup terrā: pōt determinare pronomē tu inclusuz in verbo solueris: ꝛ tūc est sensus. Quodcūqꝫ tu petre existēs super terrā meus vicarius: solueris: erit solutū ꝛ in celis .i. approbabit a me in celis claue scꝫ nō errāte. Alio mō pōt determinare: q̄dcūqꝫ: et tūc est sensus: Quodcūqꝫ solubile super terrā existēs: tu petre solueris: illud erit solutū ꝛ in celo. Et vterqꝫ sensus verus est: etiā referēdo ad aīas i purgatorio. De primo sensu manifestū est: quia petrus existēs in terra per modū suffragij soluit aīas in purgatorio. De secūdo etiā sensu ptz: qꝛ ꝛ papa soluit aīas q̄ sunt sup terrā quātū ad meritū ꝛ forū: ꝛ tales sunt aie i purgatorio.

Attende duplicez sensuz autoritatis xpi. Quodcūqꝫ solueris super terrā ꝛc.

¶ Si dicis papa non hꝫ aīas ligare existētes in purgatorio: ergo nec soluere: cum vtraqꝫ autoritas: simul cōiunctim est tradita. Rñdet Alexā. verū est añcedēs: nisi ex aliqua cā spāli meruit aliqs electionē a liminib⁹ eccle: ꝛ ita subtractionē suffragiorū. Cōsequētia tñ nō valet: ꝛ est rō: qꝛ sic dū viuerēt in corpe: nō meruerūt vt ligari possent post mortē: meruerūt aūt vt iuuari et solui possent post mortē: etiā tūc nō est tēpus ligandi sed soluēdi. Patet ita multiplex expositio autoritatis: Quodcūqꝫ solueris sup terrā ꝛc.

Alexan.

¶ Posset etiaz breuissime dici: q̄ autoritas illa loquit de ligatiōe ꝛ solutiōe p modū iudicialis autoritatis: nō aūt de solutiōe p modū suffragij: q̄ mō soluit papa aīas in purgatorio: ꝛ illo mō pōt aliqs soluere bona cōicādo ei q̄ nō est de sua iurisdictiōe. ¶ Ad scdm qd inducit incōueniēs: q̄ papa posset quēcūqꝫ liberare de purgatorio: ꝛ etiā posset euacuare purgatoriū qñ vellet. Dicit q̄ sicut dicūt scēus Tho. ꝛ Bonauē. q̄ indulgētia vt valeat requirit cā rōnabilis. Et dispensatio bonorū ecclesie cū moderamine ꝛ discretiōe facienda est. Alioquin nisi discrete fiat: de⁹ nō acceptabit: qꝛ ipse pater mīarū sic miseret: vt semp velit timeri suā iusticiā. Preterea indulgētie nō dantur nisi ppter aliqd op⁹ piū ꝛ vtile eccle: qd necesse est fieri p viuos pro defunctis vt extēdat se ad defūctos: vix aūt vel nūq̄ a viuis tot pietatis

opera fierēt: vt per ea oēs aīe in purgatorio exi-
stētes a penis euolarent. Si tñ ita fieret per vi-
uos: nihil incōueniēs est p indulgētias euacua-
ri purgatoriū: sicut et p cetera suffragia eccl'ie in
tātū multiplicata: q sufficerēt pro redēptiōe aīa
rū oīm in purgatorio penas soluētiū: purgato-
riū posset euacuari. Non ergo quascūq3 vult pa-
pa de purgatorio liberat: sed eas pro quibus sit
opus piū: p quo idulgētie cōcedūtur. Et si sem-
per īueniūt cās rōnabiles dādi indulgētias: pōt
semp eas dare: nec tñ sic euacuaf purgatoriū: q3
nō semp proni: sed desides sunt viui ad agendū
pia opa p defunctis. Et vtinā tātus esset ī viuis
feruor charitatis: vt suis suffragiis aīe oēs de pur
gatorio tollerētur. ¶ O Ad tertiū qd īducit ne
gligētiā eccl'ie et pōtificis pro eo q nō extēdūt in
dulgētias q̄ cōiter dātur: ad aīas defūctoꝝ. Cui
Modic⁹ vel null⁹ fuit vsus indulgētiarū añ tpa beati Gregorii. addaf quinta rō: q̄ arguit q in gñe suffragioꝝ.
apd btm Aug. et Greg. nō fit mētio de idulgētiis.
Rñdetur q vt dictū est: cū discretiōe multa thesau
rus ecclesie dispensandus est ad eccl'ie vtilitatē.
Unde maiorib⁹ ecclesie necessitatibus maiores
indulgētie reseruanf. Ita q̄ defunctis suffragia
impēdēda sunt: vt p hec viuis occasio nō def de
sidie: et abiiciēdi onera satisfactiōis proprie. Ho
mies eñ tardi ad opa satisfactiōis: si passim da
rētur idulgētie plenarie pro aīabus: cū per eas
liberarenf a penis: omitterēt opa satisfactiōis:
qd foret magnū malū viuētib⁹: cū per hoc priua
renf premio essentiali eterno correspōdēte ope
ribus satisfactoriis: qd est maius malū q̄ pati
penā quācūq3 tpalē. ¶ Et qd addif de Augu. et
Greg. dicendū: q ante tpa beati Greg. modicus
vel nullus fuit vsus indulgētiarū. Nunc aūt cre
brescit earū vsus: q sine dubio: ecclesia habens
spiritū sponsi sui christi: et ideo nō errās: singula
prout expedit tpibus suis distribuit: mota et illu
minata a spū dei: q̄ nouit tpa q̄ pater in sua po-
suit ptāte: quoꝝ mysteria indagare nō sufficim⁹
dicēte filio. Nō est vestrū nosse tpa et momenta
Actuū .j. que pater posuit in sua ptāte. Act. j. ¶ Possum⁹
tñ conjicere aliquas causas: cur magis modo q̄
olim vsus indulgentiarū crebrescit: qm̄ in eccle
sia primitiua calescēte adhuc recēter effuso chri
sti sanguine: hoies feruidi serissime vixerūt. Et
si qñq3 humana ex fragilitate ceciderunt: magnā
egerūt penitētiā: vt patet in sctis martyrib⁹. Et
in vitis patrū ac legēdis sctoꝝ: idcirco indulgen
tiis nō egebāt. ¶ Itē. vt timor trāsgressiōis mā-
datoꝝ dei induceret in cōuersos fideles: graues
penitētie iniūgebanf et pene: sicut p3 de saphyra
et anania marito ei⁹: q̄ propter mēdaciū statim
subitanea morte correpti sunt: vt habef Actu. v.
vñ magn⁹ timor cecidit in ecclesiā. ¶ Fuerūt et
hoies proni ad suscipiēdū et agēdū cōdignos pe
nitētie fruct⁹: ſm exhortationē Johā. baptiste.
Matt. et Luce. iij. Jō tūc nō fuit necessari⁹ nec cōueniēs indulgen
tiarū vsus. Nūc vō tepescēte charitate ī his vlti-
mis tpib⁹: nec satisfactiōes cōdigne iniūgūtur:
nec modice iniūcte perficiūtur: ideo valde neces
sarius est copiosus indulgētiarū vsus vt qd per
accidiā deficit per alioꝝ suffragia suppleaf. Sic
cū viuētes tepidi sunt ad iuuandū aīas p satisfa
ctiōis opa cōdigna: decēs est et nūc indulgētias
ad eas extēdere: vt non carēat beneficio auxilio
Alexā. de Ales. rū. Uñ de hoc arguit Alex. de Ales ad propositū
dicēs: pater mīe oībus prouidit ſm ordinatissi
mā dispositionē: et misericordissimā suā pietatē:
ſm recta ordinatio charitatis q̄ exigit vt vn⁹ ab alio
possit adiuuari: hoc maxie exigit circa eos q̄ se
iuuare nō pñt. Si ergo hoībus in hoc seculo cū
indigēt auxilio: prouidit deus de auxilio per in
dulgētiā ecclesie cōferēdā: cū illi de purgatorio
indigeāt auxilio: et se iuuare nō possunt: videf q
de indulgētia eis conferēda maxime prouidere
debuit. Adde: maxime eo tpe quo alia auxilia ne
gligētius impēdunf. Non ergo pia mater eccl'ia
negligēs fuit circa filios suos defūctos: nō sem-
per: nec frequēter indulgētias hmōi ipartiēdo:
sed ordinate eas distribuit vt vtrisq3 cōuenit: vi
uētib⁹ et defunctis: prout tēpus et cōditio exigit:
et prout regif directiōe spūsancti. ¶ P Ad qr-
tū qd arguit q inutiliter sumptus fierēt in exe-
quiis anniuersariis et c. Dicēdū q neq3 stulte ne
q3 frustra fiūt suffragia defunctoꝝ in sacrificiis:
orationib⁹: abstinētiis ac eleemosynis: li3 aīe pro
quib⁹ hec fiūt: idulgētias plenarias cōseq̄renf.
In cui⁹ rei signū etiā pro baptizatis in infantia
defunctis: nō inutiliter exequie per sacrificiū ob
latiōes et cetera fiūt. vñ Alex. de ales par. iiij. q.
xlv. art. vlt. ait: Eccl'ia instituit sacrificiū altaris
offerri debere pro paruulis decedētib⁹ in inno-
cētia baptismali: de quib⁹ cōstat q statim euo-
lant: cui⁹ multe sunt rōnes: sc3 cōformitatis ec-
clesiastice cōseruatio: deuotiōis fideliū et maxīe
parētū excitatio: bñficii redēptiōis recordatio:
cōnexiōis paruuloꝝ cū cōmēbris corporis xpi my
stici significatio: aīarū purgādarū sarcine suble
uatio: debite laudis diuine expressio. Ut eñ con
formitas eccl'ie in exequiis mortuorū cōseruef:
vt deuotio fideliū et maxīe parentū excitef: vt bñ
ficiū redēptiōis: qd maxime locū habet in par-
uulis merito passiōis saluādis rememoretur: vt
cōnexio paruuloꝝ cū cōmēbris corporis christi
mystici significef: ex hoc paruuloꝝ exeq̄e sicut ce
teroꝝ mēbroꝝ celebrātur: vt purgādarū aīarū
sarcina subleuetur: et vt debitū diuine laudis ex-
primatur: q̄ sc3 saluatori exhibēda est: ex hoc q
sine paruulorū meritis grē sue sinceritate saluā
tur: cōuenit: vt p illis missarū solēnia celebrenf
et salutaris hostia offeratur. Ex hoc eñ q pena
aīarū purgādaꝝ illoꝝ grā mitigatur: et laus deo
exoluif: et deuotio fideliū ad corūdē meritū: exci
tatur: accrescit paruulis materia gaudioꝝ. Hec
Alex. ¶ Si ergo hec p paruulis nullis actualiū
pctōrū maculis fedatis agēda sunt: de quoꝝ bti
tudine nulli relinquif dubiū: quāto magis omit
tēda nō sunt p adultis p quib⁹ indulgētie plena
rie pcuranf: vbi adhuc de earū liberatiōe a pur
gatorio aliq̄le dubiū esse posset: nō q̄n si idulgē-
tiā participēt plenariā: euolēt. Sz dubiū eē pos
set an eā idulgētiarū sit ea quā re⁹ approbat: an
pferētis intētio sana sit et ītegra: et nō subdola ex
simoniē vitio vel auaritie pcedēs: q̄ licet nō sint
facile psumēda: nō tñ sunt vndequaq3 certa: nā
claue errāte: ptās clauium debita caret efficacia.
¶ Q Denique etsi certū foret defuncti aīas idul
gētie effect⁹ cōsecutā esse: nō iō ex pmissis causis
et rōnib⁹ omittēda sūt suffragia: sicut nec p par-
uulis quorū certa est saluatio: q3 mag' hic q̄ ibi
dicte militāt rōnes. Nā per hec suffragia magis
q̄ p indulgētias pcuratas: laus et honor reddif
deo fruct⁹ amplior accrescit subueniēti emicoꝝ
¶ H Et oīa sic corpis nutrimēta necessa-ria ⁊ accōmoda panis noīe sunt intelligenda in petitiōe dñice orationis. Et lꝫ panis ⁊ cibus te-nuis sustētationi vite sufficiāt: qm̄ modicis con-tēta est natura vt in esse saluetur: quia tamē refe-ctio lautior quatenus valet s'm predicta ad sen-suū integritatē: ⁊ eam corporis valitudinē q̄ sub-seruire pōt spūi: licite a nobis peti pōt: propter qd' vbi nos dicimus. Panē no. quoti. vt Lucas scribit: Mat. dixit. Panē nostrū supersubstātia-lē. Est eñ panis substātialis: est panis supersub-stātialis: et est panis superfluus. Panis subalis est victus tenuis sufficiēs ad corporalis vite su-stētationē vt non deficiat tm̄. Qui ideo subalis dicit͛: q2 ad substātie cōseruationē necessari' est ⁊ requiritur. Panis supersubstātialis est quo cor-poralis vita cōseruatur: cū bona corpis mēbro-rū ⁊ viriū valitudine: q̄ sufficit ad operationē pso-ne incūbētiū ordinata executionē. Panis super-fluus est q̄ preter predicta voluptates multipli-cat: ⁊ sensuales delectationes parit: q̄ nō ad finē hois q̄ est ale salus promouet: magis aūt impe-dit. Pro pmis duob': panib' hoc est subali ⁊ sup-substātiali petimus. Pro tertio nullatenus lici-te orare possumus. Ita tñ panē nobis dari peta-mus a dño: vt in eis finē nō ponam': sꝫ ea pete-re debem' tanq̄ quedā adminicula: qb' ad finē qui est beatitudo anime adiuuemur. Cū eñ vi-ta nostra tēporalis: ad acquirendū eternā ordi-nata est: intantū hui' vite nobis querenda sunt necessaria: inquantū ad hunc finē cōferunt ⁊ cō-ducunt. Hinc btūs Aug. ad probā. Sufficiētiaꝫ

Beatus Augusti. vite nō indecēter vult quicūq̄ eā vult ⁊ nō am-plius: que nō appetit͛ ꝑpter semetipsam: sed ꝓ-pter salutē corporis: ⁊ ꝑpter cōgruentē habitū persone hois vt nō sit inconueniens cū quibus viuendū est. Illa ergo cū habentur: teneant͛: cū non habent͛: orandū est vt habeant͛. De hoc etiā

Alexan. Alexan. par. iiij. q. xxxvij. ait. Panis corporalis nō est petendus: vt illud qd' principaliter inten-ditur obtineri oratione ista: sed adminiculū illi quod p̄ncipaliter postulat͛. Petit͛ eñ panis ma-terialis ad sustentādum corpus: ne succūbat in exercitio operationū iusticie: sed cooperet͛ spiri-tui: vt assequat͛ qd' intēdit. vnde petitur vt adie-ctum: non vt principaliter intentuꝫ. Hinc glo. Luce. xj. Quia etsi panis materialis hic petat͛:

non petitur vt primo ⁊ principaliter intentū et
petendū:sed vt adiectū ⁊ posteri⁹ intētū. I

Nostrum. Nostrū dicim⁹ ⁊ nō meū:
vt nemo sibi tpalia p sua
dūtaxat vtilitate appro-
priet:sʒ ea q̄ a deo pcipim⁹ aliis prout indigētia
⁊ necessitas expostulat:impertiamur. vnde dicit
Chrys. Oīa q̄ nobis orātib⁹ dñs dat:siue milirā
tib⁹:nō nobis solū dat:sed ⁊ aliis p nos:vt de co
qd̄ pcipim⁹ a deo:patrē impotētib⁹ faciam⁹. Itē
sicut natura cibū p stomachū assumptuʒ cōicat
oībus mēbris : sic et nos q̄ multa mēbra sumus
vnius corporis mystici:debem⁹ petere hunc pa
nē:nō solū p nobis petētib⁹:sʒ p oīb⁹ nobiscum
participātib⁹. Scdō dicim⁹ nostrū:vt nemo alie
na bona sibi vt sua vsurpet. de quo Chry. Qui de
iusticiis panē acquisitū māducat: suū panē man
ducat:q̄ autē cū pctō:alienū:ſm hoc igit petim⁹
panē nostrū.i.panē siue victū cū iusticia acq̄re-
re:⁊ nō cū pctō ⁊ iniusticia panē cuiuscūqʒ vsur-
pare. Tertio dr̄ nostrū: nō tuū:q̄uis panis illi⁹
sit q̄ daturus est cū:q: etsi dei est dñio ⁊ ppriera
te:tm̄ noster est ex ei⁹ munere. Itē noster refectio
ne ⁊ causalitate. Nostrā em̄ indigētiā cōmemo-
ram⁹ vt humiliemur. Nos qʒ sum⁹ pp̄ter quos
panis ille:nedū corporalis:sed ⁊ sacralis ⁊ spūa-
lis ac doctrinalis parat⁹ est:ac ministrat sub ra
tione panis:hoc est inquātū est reparatiuus in
digētie. Licet ergo dei sit proprietate: noster est
vtilitate ac finis causalitate. Sic ergo oram⁹ deū
vt nobis de sua benignitate panem tribuat:qui
noster sit ex ei⁹ panis scʒ acceptione: vtilitate:⁊
refectione.i.ad nostrā vtilitatē ⁊ refectionem:vt
vult Alexā. de ales. Dicit et nostrū quarto:vt ne
mo p se solo:sʒ etiā pro aliis oret. * Vñ bea. Cy
pria. lib. de oratione dñica:nō lōge post princi-
piū. Ante oīa inquit:pacis doctor:vnitatis ma-
gister singillatim noluit et priuatim precē fieri:
vt quis cū precatur: p se tm̄ precet. Nō dicimus
pater me⁹ qui i celis es. Nec panē meū da mihi
hodie:nec dimitti sibi tantū vnusquisqʒ delicta
postulat. Aut vt in tētationē nō inducat:atqʒ a
malo liberet p se solo rogat:publica est nobis ⁊
cōis oratio. Et qn̄ oram⁹ non p vno:sed p pplo
toto oramus : q: totus pplʼs vnū sumus. Deus
pacis:⁊ cōcordie magister:qui docuit vnitatem:
sic orare vnū pro oīb⁹ voluit : quo mō i vno oēs
ipse portauit. Hec ille. Sequitur. R

Chrys.

* Nostrū non meuʒ : vt nō tm̄ de nobis pticularit sollicitē simus: sed etiaʒ pro fratrib⁹ ⁊ primis nr̄is petere necessaria itē-dam⁹: vt igit itelligam⁹ nō: tm̄ de nobis pua-ns debe-re nos eē sollicitos sʒ etiā p nr̄is primis simil necessa-ria a no-bis eē pe tēda: do-cuit orā-do nos debere di-cere. pa-nē nr̄m.

Quotidianū. Loco huius noīs
quotidianū:quod
Lu. ponit cap. xj.
Mattheus posuit supsubstantialē. Sed cū eccle
sia in orōne dñica in oībus aliis sequitur verba
Matth. euāgeliste:cur in hoc verbo mutauit no
mē supsubstātiale in quotidianū? Respōdet hic
Alex. primo pp̄ter hoc:q: q̄d sit supsubstantiale
pauci intelligūt:q̄d quotidianū a multis capit.
Cū autē Matth. orationē dñicā scripsit vt perfe
ctis cōueniebat. Lucas vt pfectis ⁊ imperfectis.
Ideo vt oēs capere possent orationē dñicā: que
ab oībus dici dʒ:ecclesia decreuit loco supsubstā
tiale poni debere quotidianū. Scdō q: genera-
lius exprimunt petēda p nomē quotidianū : q̄
p nomē supsubstātiale. Nā accipiēdo ppriissime
supsubstātiale importat panē sacralē:scilʒ xp̄m.
Nā ille vere ⁊ p prie sup oēs substātias est: q̄ qm̄
panis noster esse dignatus est: proprie dr̄ panis
supsubstātialis. Quotidianū vo cōtinet et panē
quotidie sumendū:siue sit corporalis: siue spūa
lis: siue doctrinalis:siue sacramentalis. Verūtm̄
pro eodē accipit supsubstantialē ⁊ quotidianū:⁊
idē sunt. Vñ Dam. Panē nostrū supsubstātialē
da nobis hodie:hoc est panē nostrum quotidia
nū. Silr̄ Matth. vj. glo. supsubstātialē vel quo-
tidianū. Exponit autē supersubstantiale dupl'r.
Uno mō vt sunt due dictiones. Alio vt est vnica.
Primo mō pprie de xp̄o exponitur vt dictū est.
Supsubstātialē.i.xp̄m q̄ sup oēs subas est. Se-
cundo mō taʒ de xp̄o:q̄ de pane materiali:vt sit
sensus. Panē nostrū supsubstātialē da no. ho.i.
petim⁹ vt sup panē nostre substentationi necessa
riū:des nobis ⁊ panē sacralē:⁊ victū necessariuʒ
additū ad substātie substētationē:hoc est. Da no
bis vtrūqʒ panē:mētis ⁊ corporis. Quō autē pa
nis supsubstātialis differat a pane substātiali et
pane supfluo. statim. ſ. dictū est. Oramus auteʒ
p pane quotidiano ſm ecclesie ordinationē.i. p
pane quotidie nobis necessario. Hunc autē pa-
nē quotidianū docet nos petere xp̄s ſm Chrys.
vt luxuriosos cibos cōpesceret. Vt discerem⁹ mā
ducare q̄tū natural' rō exigit : nō q̄tū carnalis
lasciuia ipellit. Si em̄ tu p lasciuia in vno cōui-
uio tm̄ expēdis:quātū sufficere pōt:verbi grā cē
tum holbus moderate viuētib⁹ :aut tibi̇psi cen
tum dieb⁹ disciplinate viuēti:iā quotidianū ci-
bū nō māducas:sed multoꝝ dierum. Neqʒ tm̄ sic
mādauit de⁹ orare panē quotidianū nobis do-
nari quasi illicitū iudicauerit holem christianū
plus habere q̄ panē quotidianū. Oram⁹ ⁊ scdō
nobis dari pa. quo. ex xp̄i instituto :vt sic doce-
remur solicitudinē de tpalibus abiicere:qm̄ hec
dum mētē imbuerit:de spūalib⁹ ⁊ diuinis vix co
gitare pmittit. Hāc vt a cordib⁹ suoꝝ dñs disci-
puloruʒ auelleret :nolite dixit esse soliciti i crasti
num. Et hic nos orare docuit: et petere panem
quotidianū. Sʒ cōtra hoc arguit bea. Aug. in de
ser. dñi in mōte di. Cur oram⁹ p his adipiscen-
dis:q̄ huic vite sunt necessaria:veluti est vict⁹ et
vestimētum:cū ipse dñs dicit. Nolite soliciti esse
q̄d māducetis vel q̄d induamini? An pōt quisq̄
de ea re nō solicit⁹ esse: p qua adipiscēda cū tāta
attētione animi oratio dirigēda sit:vt ad hoc to
tū illud referat qd̄ de claudēdis cubiculis dictū
est. Per hoc innuit Augu. q̄ si panis petit i ora-
tione dñica:cū solicitudine petit:q: tāta diligē-
tia (de qua dr̄. Cum oraueris intra i cubiculum
tuū ⁊c.) nō pōt esse sine solicitudine. Item super
illud. Querite primū regnū dei ⁊c. Et hec oīa
adiicient vobis:hec oīa vtēda in via. Nō inquit
Aug. querite primū regnū dei:deinde ista q̄rite:
sed hec oīa inq̄t apponent vobis.ſ. etiā nō que-
rētib⁹. Quō autē recte dicat nō querere aliquis:
qd̄ vt accipiat intētissime deum deprecat:nescio
vtrū inueniri queat. Per hoc videt velle Aug. q̄
panis corporalis:vel aliud tpale non sit petē-
dū:in oratione dñica. ¶ L Ad illa dicendum:q̄
in verbis allegatis solicitudinē prohibentibus:
non p hibetur oīs solicitudo: sed solicitudo im-
moderata. * Nam q̄ moderata solicitudo cōce-
datur:innuit in hoc q̄ nō docuit nos dñs orare
panē nostruʒ hodiernum da nobis hodie:quasi
sua esset intentio vt peteremus panē vnius diei
solū in omni solicitudine prouisiua pro futuro:
sed vt peteremus panē multorū dierū sibi inui-
cem succedentiū que successio dicit quotidianū.
Nō ergo prohibetur moderata ⁊ opportuna cu-
ratio et cogitatio de crastino: sicut aliqui erran
tes docuerūt:sed immoderata. Est autē solicitu

Dam.

Expositio duplex hui⁹ noīs supsubale.

Chrys.

* Duplex ē solicitudo: vna ē moderata: ⁊ ista nō p hibetur: immoderata necessaria hoīi hac vita mortali diu viuēti:⁊ ē prudētia prouisiua. si quidē: licitum est curā p futuris habere : vt tpe abūdātie colligere: et prouisione p tpe futuro facere. alia est immoderata solicitudo q̄ ipedit hoīem a spūalib⁹ q̄rendis: qua.ſ. hō ita est implicit⁹:vt post posi tis rebus salutari-bus:oīni die etiaʒ festo cogitat de tē

poralib' cōgregā- dis: qua bō tiue ſi ne: ſine termino ſine men ſura ſem ꝑ cogitat cōgrega- re: ⁊ q̄rit q̄ſi ſemꝑ victurus eſſet: et ꝑ ꝑpetuo mā ſurus quaſ ita auri' eſt: ꝙ nihil aliud co- gitat: et diffiden- tiā hʒ de diuina ꝓ uiſione: quaſi ſcꝫ terra nō ſit futurꝫ dnis ger minatu- ra. Hanc ſollicitu- dinē ꝓhi bet dñs.

do immoderata tripliciter. Qꝛ vel eſt ſuperflua: anxia: finalis querēdi cauſa. Superflua eſt: que impedit aīm a ſpūalibus querendis: vñ ⁊ Beda ſuper verbo allegato. Solicitudinē illā amputā dam docuit: ob quā ſpūalia negligunt et poſtpo nuntur. Itē ſuperflua eſt ſolicitudo: q̄ eſt in mul ta futura tēpora: quaſi ſemꝑ victuri eſſemus: et locū manentē hic haberem': ⁊ nō magis futurū inquirere deberem'. De quo beat' Cypria. Qui xp̄i cepit eſſe diſcipulus: ſm vocē magiſtri ſui re nunciās oībus: diurnū cibū debet petere: nec in longū deſideria petitionis ſue extēdere. Et ſeq̄- tur. Quia ꝯrariū ſibi ſit ⁊ repugnans vt quera mus in ſeculo diu viuere: qui petimus regnum dei velociter aduenire. Vñ et diuitē ſtultū ſecu- lares copias cogitantē et ſe exuberātiū fructuū largitate iactantē: redarguit dñs dicēs. Stulte hac nocte expoſtulatur aīa tua: que ergo paraſti cuius erūt? Letabatur ſtultus in fructib': nocte moriturus: ⁊ cui vita iā deerat: victus abundan tiā cogitabat. Solicitudo anxia eſt que diffiden tiam habet de largitate diuine ꝓuiſionis. Hec eſt in auaris diuitib': qui ſemꝑ timēt deficere: ideo nō ceſſant cū cordis anxietate ⁊ parta tue- ri: et ſupfluas ꝓuiſiones facere: ac diuitias di uitiis cumulare in preiudiciū pauperū: ⁊ crebro in ꝓprie ſalutis detrimentū: quaſi deo nō eſſet cure de ſuis. Cōtra quoꝫ diffidentiā dicit beat' Cypria. Neqꝫ deeſſe quotidianus cib' pōt iuſto: cū ſcriptū ſit. Nō occidit (al'o affliget) dñs fame animā iuſti. Et iterū. Junior fui ⁊ ſenui: ⁊ nō vi di iuſtū derelictū: nec ſemē eius querēs panem. Itē cū dñs promittat ⁊ dicat. Nolite cogitare di cētes: quid edemus aut quid bibemus aut quo veſtiemur? Hec enī nationes querūt. Scit autēꝫ pater veſter qꝛ his oībus indigetis. Querite pri mum regnū ⁊ iuſticiam dei ⁊ hec oīa apponētur vobis. Querētib' regnū ⁊ iuſticiam dei oīa pro- mittit apponi. Nā cum ſint dei oīa: habēti deum nihil deerit: ſi deo ipſe non deſit. Sic danieli in

Daniel. vltimo. leonū lacu iuſſu regio incluſo: prandiū diuinit'

iij. Reg. xvij. procuratur: et inter feras eſurientes ⁊ parcētes homo dei paſcitur. Sic helias in fuga ⁊ ſolitudi ne coruis miniſtrantib': et volucribus ſibi cibū apportantib' in perſecutione nutritur. Et excla- mans addit. O humane malicie deteſtanda cru delitas. Fere parcūt: aues paſcūt: homines inſidiā tur et ſeuiūt. Hec Cyprianus. Simile de ſancto Paulo primo eremita beatus Hierony. in eius vita teſtatur. Et huiuſcemodi plurima in proba tiſſimis leguntur hiſtoriis. Solicitudo princi- palis que eſt rei alicuius vt cauſa finalis: hec eſt que habetur de aliquo tanq̄ principaliter intē- to: propter quod alia intendunt: et ipſum tanq̄ finis intenditur: in quo adepto is qui intendit quietatur: nec id in aliud magis cōcupiſcendꝫ ordinatur. quā habēt de cibo et tpalibus hoīes voluptuoſi: ⁊ pecudum vitam eligentes: vt dicit

Sarda- napalus aſſyriorū rex vitaꝫ voluptu- oſaꝫ egit. phs. j. Ethi. c. iij. Similes Sardanapalo aſſyrio rum regi: qui vitā egit in voluptatibus ⁊ ſenſua libus delectationibus preſentibus: nō querens alium finem: ſimiliter beſtiis. ¶ M Hanc igi- tur triplicem malam ſolicitudinem et curam de craſtino dominus a ſuis fidelibus: hic exclude- re voluit: cū nos quotidianū panem petere do- cuit. Nō ſolicitudinē ordinate prouidentie. Si- quidem licitum eſt fidelibus curam pro futuris cum prouidentia gerere: vt tempore habundan tie rerum prouiſionem in ipſis faciant pro aliis

tēpore: ne ob defectum eorūdem: defectum vite neceſſariorum patiant. Sic ioſeph prouiſor egy pti laudabiliter feciſſe legitur Gen. xlj. qui in an- nis fertilibus fructus ad corporalis vite ſuſten- tationē neceſſarios induſtrioſe cōſeruauit: quo populū egypti a superuentura et dira famis ne- ceſſitate: q̄ premebat ceteros: preſeruauit. Neqꝫ hec ſuperflua ſolicitudo dicēda eſt: ſed induſtria ⁊ prudētia prouiſiua. Hoc enī eſt de ratione ani malis rationalis: quod naturaliter arte et pro- uidentia viuere debet. Vñ Seneca in libello de quatuor virtutibus. Si prudens eſſe cupis intē- in futurū proſpectū intēde: ⁊ que poſſunt cōtin- gere animo tuo prepone. Et beatus Auguſti. in ſermone domini in monte. Cum viderimus ali quē ſeruum dei prouidere: ne huius vite neceſſa ria ſibi deſint: aut his quibus cura ſibi cōmiſſa eſt: vehementer cauendum eſt: vt non iudicem' eum de craſtino ſolicitum eſſe. Nam et ipſe dñs propter exēplum: ne quis poſtea ſcandalum pa- teretur: cum aliquem ſeruū dei aduerteret iſta neceſſaria procurare: loculos habere dignatus eſt. Et in actibus apoſtolorū ſcriptū eſt: ea que ad victum ſunt neceſſaria procurata eſſe in futu rum propter imminentem famē. Hinc pruden- tiſſimus Salomon huius prouiſiue prudētie de fectus in hominibus defectum: remittit pigros contra humani ſtatus conditionē improuidos ad animalia irrationalia: vt diſcant ab eis pru- dētiam et rationalem induſtriā de craſtino pro uide cogitare. Ait enim Prouerbis. vj. Vade ad formicam o piger: ⁊ conſidera vias eius ⁊ diſce ſapientiam. Que cum non habeat ducē: nec pre ceptorem: nec principem: parat in eſtate cibum ſibi: et congregat in meſſe quod comedat in hye me. Et per hoc patet que ſolicitudo ſit chriſtia- no prohibita: q̄ conceſſa. ¶ Sed hic inſtat Chry ſo. Videtur hec verba ſonare prima facie: vt qui dicūt. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: quaſi nihil habeāt in craſtinum: aut poſt craſtinum. Quod ſi habent preparatum in cra- ſtinum: aut in quinqꝫ aut decem dico: quomo- do poſſunt dicere. Panem noſtrum quotidianū da nobis hodie. Illud nāqꝫ petitur quod nō ha betur. Quod iam poſſidetur vt q̄d adhuc requi- ritur. Quod ſi ita eſt: oratio aut paucis aut nul- lis conuenire poteſt. Quis enī ita fidelis: vt cuꝫ poſſit amplius habere: tamen amplius ſibi non ſeruat q̄ panem quotidianum. Quotidianos vi ctus forſitā petere ſolis conueniebat apoſtolis: qui docendi gratia per ſingulas ciuitates omni tpe vagabantur: et ipſa vagatio amplius quoti diano victu poſſidere non poterat. Reſpondet. Ita debemus aptare xp̄i doctrinam vt oēs inde proficiāt: ne forte cōmunis medicina iuſticie: q̄ ad ſalutē oīm eſt preparata: dum aut paucis aut nullis prodeſſet: inueniret̄ ſuperflua. Intelligen dū igit̄ eſt qꝛ nō ſolū oram' deū panē quotidia- nū dare vt mādu cem': ſed vt quē mādu cam': de manu dñi accipiam'. Habere quidē ad māducā dū cōmune eſt iuſtis: ⁊ iniuſtis: et frequēter ha- bēt amplius peccatores: q̄ māducēt: q̄ iuſti. De ma nu autem dei accipere. tm̄ eſt iuſtorū. Preparare igit̄ ⁊ ꝓuidere nō vetāt hec verba: tm̄ cū pctō pre parare vetāt. Nā qui cū iuſticia preparat: illi de' dat panē quē māducat: qui cū peccato preparat: illi nō deus dat: ſed diabolus. Nā q̄uis omnia a deo creant̄: nō tamen oīa a deo miniſtrant̄. Ha bentes igitur panē paratum apud ſe: qui ipſis

Seneca. Auguſt. Act. xj. Prouerbio. vj. obiectio Chryſ. Reſponſio nem.

sufficit in plurimos dies adhuc petere habēt panē quotidianū: vt sic panē quē dedit dñs possessiue etiā det vsiue: vt scilicet ipsi ex benignitate eius bene vtātur pane concesso: deo ad laudem et sibi ad corporis animeqꝫ salutem. Difficillimū enim est hominiꝰ exteriora iuste possidere: recte dispensare: et eis bene vti ad dei laudē: et ad propriā: ac aliorum vtilitatem et salutē. Ad hoc enim indiget homo maiori dei auxilio: ꝙ vt talia acquirat: ideo necesse est vt etiam abundans in temporalibus a domino petat panem quotidianū: quē habet in possessione: sibi dari vsu cōuenientē: vt cuꝫ apostolo sibi donetur: scire abūdare et saciari ꝛ esurire et penuriā pati. Nec parū pēdendū est scire abundare. Nam vt dicit glosa ad Philip. iiij. Qui acceptis rebus non extollitur: qui eas ad vsuꝫ vane glorie non intorquet qui solus non possidet quod accepit: sed cum indigentibus misericorditer diuidit: scit abundare. Qui acceptis alimentis non ad vegetationē ventris vtitur: sed ad preparationē virtutis: nec plus carni tribuit ꝙ necessitas petit scit saciari. Qui alimentoruꝫ inopiam sine murmuratione tolerat: nec pro necessitate victus agit aliqd vnde anima peccati laqueuꝫ incurrat: scit esurire. Hec glo. Unde ne diabolus per cibū ꝛ potū nos in gula tenet immoderato eorum sumptu: petimus a deo: vt det nobis moderatum: et salubrē vsum eorum: et que nunc habemus et quē habituri sumus. Ideo cōmendabilis est deuotorū fidelium consuetudo: priusꝙ comedant deuꝫ orare: vt panē ꝛ reliquū cibum eis sanctificet. Sanctificatur enim cibus per verbū dei ꝛ orationeꝫ. j. Timoth. iiij. vbi gl. Sctūs fit cibus ꝛ salubris nō noxiꝰ alē vel corpori. Uerbū sctificat: oīo impetrat diabolꝰ ꝑ eo ꝑ cibū tētat. ¶ Sequit. ¶ N

Da. scilicet tu pater celestis: q̄ das escā oīm carni: Qui aperis manū tuā: et imples oē animal benedictiōe. Da liberaliter: quia tu es deꝰ vniuersorū: qm̄ tui sunt celi: ꝛ tua est terra: ꝛ omnis plenitudo eius. Da: nō vende: quia nihil habemus quo a te emamꝰ qō a te nō accepimus. Quid habes dicit apostolus: qō nō accepisti? Da: non mutua: quia non inuenimus preter tua dona quod restituamus. Da igit̄ simpliciter gratiose: sine spe lucri: precij: aut muneris: q: bonorū nostroru nō indiges. Ex hoc aūt elicit̄: ꝙ nō solū bonorū spūaliū est largitor: sed ꝛ bonoꝝ tpaliū distributor. Hec em̄ ab illo petere xp̄s nos docuit: per qō cōfutatur error quorūdā gētiliū putantiū prouisionē bonorū tēporaliū ad diuersos deos pertinere: quos struitu tpalis ꝓsperitat̄ ꝛ affluētie colēdos astruebāt. Seqt̄.

Nobis. qui sumꝰ tui filij: cap: propter te patrē vt tribus interpellamꝰ: et nobis a te donari petimꝰ: q: ex nobis ipsum habere nō possumus. Dicit̄ etiā nobis pluraliter: ꝛ nō mihi: eadē ratiōe qua dictuꝫ est: non pater meus: sed pater noster: ꝛ quia petimus: panem non meū: sed nostrū: vt statim supradictū est. Ut nō pro nobis tm̄: sed etiā pro ꝓximis: panē q̄tidianū a cōi p̄re oīꝫ postulemꝰ. Uñ p̄ꝫ ꝙ diuites hoc respectu q̄tūcūqꝫ abūdēt panibꝰ recte petere panē dari nobis: qm̄ etsi ibi nō idigeāt: sūt tm̄ pauperes plurimi q̄ egēt panibꝰ ꝓ qbꝰ oībꝰ petēdū ē: vt panē recipiāt q̄tidianū.

Hodie. Cū ꝑmissuꝫ sit q̄tidianū: cur addit̄ hodie? Nā i ꝟbo q̄tidianū: i cludit̄ verbū hodie. Dū em̄ petitur dari panē quotidianū: petit̄ dari hodiernū: et ita hodie ꝛ cras ꝛ cōsequēter. Respōdet Alex. de ales. par. iiij. q. xxvij. Nō superflue apponitur hodie: q: licet panis quotidianus cōprehēdat hodiernū: nō tamen petēdo panē quotidianuꝫ nobis dari: petimus hodie nobis dari. Hodie em̄ tempus determinat: seu quādo ipsius dādi: quod nō exprimit (quotidianū) sed magis qualitatem: siue substantiam rei dande. Unde sensus est: Da nobis panem quotidianum: id est da nobis panem qui est quotidianus: id est quo quotidie debemꝰ refici: panēꝫ scilicet necessarie ꝛ frugalis refectiōis: nō lasciuie ꝛ superfluitatꝭ. Hodie vero tēpus exprimit quo id dari petimꝰ: quo ſm Chryſ. inuit̄. vt nō sollicitudine grauemur. Unde ait: Pro pane iussit solū oīonē facere: ꝛ pro pane quotidiano: vt nō soliciti simꝰ ꝑ crastino: ꝛ neqꝫ hoc suffecit verbo: sed ꝛ aliō post hoc apposuit dicēs: Da nobis hodie: vt nō cōteramus nosipsos solicitudine superuenientis diei. Cuiꝰ em̄ diei spaciū te visurū nescis: quā ob causam in illiꝰ solicitudine torq̄ris. Uel etiaꝫ hodie id est omni hora ꝛ toto tēpore vite: vt dicit Aug. ad Probam. Quō etiā loquitur Apl's in ep'la ad Heb. dicēs. Hodie si vocē eius audieritis. i. toto tēpore vite: quod non est nisi vnū hodie: scilicet vnus dies: scꝫ iuuētutis ꝛ senectutis: iuxta illud Gen. Factū est vespere ꝛ mane dies vnꝰ. Mane scꝫ iuuentutis: et vespere senectutis. Sunt et alie cause cur apponitur hodie: allegorice ꝛ morales: de quibꝰ postea dicetur. Unde ex oībꝰ premissis elicitur talis sensus huius petitiōis quātū ad panē materialē. Panē nostrū quotidianū da nobis hodie: id est tu pater celestis da nobis panē: id est bona tpalia pro huius mortalis vite cursu necessaria: ꝛ ea mēsura: eoqꝫ vtēdi modo: quibꝰ nobis vtilia sunt: et ad vitā imortalē quo tendimus profutura. Hec de prima panis acceptiōe. ¶ O Sed circa expositionē qua noīe panis intelligit̄ totū qꝫ pertinet ad hūanū victū: Dubitat̄: vtrū q̄s recta rōne possit a deo petere diuitias tpales. Qō non videt̄: q: qō xp̄s docuit cōtēnere: nō recte a deo pōt peti. Christus auteꝫ docuit diuitias cōtēnere exemplo ꝛ verbo. Fuit em̄ in persona pauperrimus: ita vt eleemosynā reciperet: dicēte Matth. Mulieres multe sequebant̄ illū: ꝛ de facultatibus suis ei ministrabāt. Fuit tāte paupertatis ꝙ proprio careret hospitio: ipso attestante Luce. ix. Uulpes foueas habent: ꝛ volucres celi nidos: filius auteꝫ hoīs nō habet vbi caput suū reclinet. Super quo Hiero. in persona xp̄i: Quid me ꝓpter diuitias ꝛ lucra sc̄li seq̄ cupis: cū nec hospitiū habeā tecto vro: nō meo? Idipsuꝫ verbo docuit: cū suis discip'lis charissimis possessionē auri ꝛ argēti interdixit. Nolite inq̄t possidere aurū nec argētū: neqꝫ pecuniā in zonis vestris. Et iterū. Nisi quis renūciauerit oībus que possidet: nō potest meꝰ esse discipulus. Item. Facilius est camelū per foramē acus transire ꝙ diuitē in regnū celoꝝ. Matth. xix. ꝛ similia in multis aliīs passibus a xp̄o dicta legūtur. ¶ Oppositū videtur: q: qō licet possidere sine dei offensiōe: licet etiā a deo petere. Diuitias autē tēporales possidere licitū est: vt patet in exēplis pluribus. Naꝫ Iob plurimis diuitiis pollebat ouiū: camellorū: boū: asinoꝝ: ꝛ familie ml'te nimis: ita vt magnꝰ eēt inter oēs oriētales. Cui tñ de iusticia: nō hō: nō angelus: sed dñs ipse testimoniū ꝑhibuit. Sic abraā: isaac: iacob.

Marginal notes (left): Ad Philip. iiij. — j. Cor. iiij. — * Error Manicheoꝝ dicētiū bona terrena nō ad excelsū deū sed ad tenebrarū descēdere.

Marginal notes (right): Obiectiuncula. — Rñsio ad obiectiūculam. — Chryso. — Hodie capit̄ ꝑ oī tēpe vite nostre. — Heb. iiij. — Gen. j. — Dubitatio. — Matth. xxvij. — Luce. viij — Hieronymus. — Matt. x. Lu. xiiij.

Rñsio ad dubitatio-nem. — David ⁊ plurimi amici dei diuitias possederūt.
Opes et diuitie dupl'r cō siderari possunt. Lu. xviij Basilius
¶ P Pro rñsione aduertēdū: ꝙ opes ⁊ diuitie
dupliciter considerari pñt. Uno mō ꝗ ad se. Alio
mō quoad appetitū hoīs. Primo modo res sunt
ꝗdā a deo condite bone ⁊ non male. Bone boni
tate naturali: de qua res tantū participat: quā-
tū participat de entitate. Nam ens ⁊ bonū ꝯuer
tūtur. vnde Basilius super illud. Uēde oīa ꝗ ha-
bes ⁊ da pauperib᷒. Nō docet inquit: dñs facul-
tates vēdere: eo ꝙ naturaliter sint praue: alias
creature dei nō essent: nec eas docet abijcere tā-
ꝙ malas: sed disponere monuit. Cōparādo aūt
diuitias ad appetitū hominis: quādā habēt in-
Bernar. differētiā ad bonū ⁊ ad malū. hoc est ꝙ pñt bene
appeti ⁊ male. vñ Bern. lib. de cōsi. Aurū ⁊ argē
tū ⁊ cetera hm̄oi quātū ad animi bonū spectāt
nec bona sunt: nec mala. Usus tñ eoꝝ bon᷒ abu-
Chryso. sus malus. ¶ Ad idē Chrys. Rerū ait quedā bo-
ne: quedā male: ꝗdā medie. Bone sunt castitas:
hūilitas ⁊ cetere virtutes: quas cū hō elegit bo-
nus est. Mala sunt his bonis opposita: vt luxu-
ria superbia: quas cū hō elegit mal᷒ fit. Medie
sūt diuitie ꝗ qñqꝫ ad bonū: qñqꝫ ad malū: ordi-
Origen. nant̄ sm̄ affectū vtētiū. Idē Origenes sup ep̄laꝫ
ad Rom. li. iiij. tractās illō apl'i. Nō solū autē h:
sꝫ ⁊ in tribulatiōib᷒ gl'iamur. Oīa dicit ꝗ sunt vl'
agunt̄: aut bona sunt aut mala: aut indifferētia.
Bona illa certū est: ꝓprie dici: ꝗ ad virtutes ani
mi ꝑtinēt: ⁊ mala sola ea ꝗ ad maliciā ꝑtinēt: et
cōtra legē dei agant̄. Cetera ꝟo indifferētia esse
i. neqꝫ bona neqꝫ mala nolanda: vt sunt diuitie
species corporis: ⁊ fortitudo vl' ꝓceritas: atqꝫ ea
Sup lu-cam. que corporis vsib᷒ seruiūt. Amb. Discāt diuites
nō in facultatibus crimē haberi: sed in his qui-
bus vti nesciūt. Nā diuitie: vt sunt impedimēta
ip̄robis: ita bonis sunt adiumēta virtutis. Itē
Gregori᷒. btūs Greg. Uidemus quosdā diuites ꝗ ⁊ opes ⁊
gl'iam sine culpa habere potuissent: si habere aī
humilitatē voluissent. Ecce diuitie et honores
possunt sine culpa teneri si sit humilitas aī. Et
subdit: Sed nunc extollūtur rebus: inflātur ho-
noribus: dedignātur ceteros qui sue vite fiduciā
in ipsa abūdātia rerū ponūt: qō sine culpa non
Amb. su-per lucā. est. Itē Ambro. super lucā. In pecuniarū copijs
pleraqꝫ sunt iuuamina peccatorū: pleraqꝫ incē-
tiua virtutū. Et infra. Nō census: sed affectus in
crimine est Hiero. Diues cū deposuerit sarcinā
peccatorū: et totius corporis prauitatē intrare
pōt per angustā portā ⁊ arctā viā que ducit ad vi-
Hiero. tā. Nō dicit Hiero. cū deposuerit diuitias: sed cū
deposuerit sarcinā peccatoꝝ. Et btūs Basilius.
Cōdēnatur diues nō qꝛ diuitias possidet: sed qꝛ
eis abusus est. Preterea btūs Aug. super illō ps.
Augusti. Diuitie si affluāt nolite coꝛ apponere. Non dicit
inquit diuitias nolite habere: sed nolite coꝛ ap-
ponere. Nō dānat diuitias vnde meremur celū:
sed coꝛ appositū: quod scꝫ nō expēdit sed recon-
dit. Cui cōcordat Chrys. Nō prohibet dñs dita
ri: sed opibus famulari. Uult eñ vt l' necessarijs
eis vtamur: nō vt custodiamus. Nam famuli est
custodire eas: ⁊ dñi dispēsare. ¶ Q Ex quibus
omnibus satis deducitur: ꝙ diuitie non sunt de
se praue: qm̄ possunt in bonum vsum ordinari.
Nec sunt de se bone: quoniā appetitus circa eas
pōt deprauari. Contingit eñ ipsis bene vti. Cō
tingit ⁊ eis male vti ⁊ vitiose. Contingit quē esse
diuitē et deo gratū. Cōtingit ⁊ aliū ab eodē pro
pter earū abusum esse reprobatū. Quō autē qñ
et qualiter hoc cōtingat generali regula. defini-
ri non pōt quātū ad circūstātias particulares.
Potest tñ aliquatenus colligi ex cōditionib᷒ eo
rū diuitū: ꝗ in scripturis sūt reprobati: ⁊ eorū rur-
sus ꝗ l' scripturis sunt cōmēdati. Legim᷒ Lu. xvi.
de diuite epulone l' inferno sepulto: quō suis di
uitijs abusus sit: qꝛ ad pōpā ⁊ superbiā: quia in
duebatur purpura ⁊ bysso. Ad lasciuiā ⁊ gulā: qꝛ
epulabatur quotidie splēdide. Ad philargyriā ⁊
auariciā: qꝛ tenaciter eas possedit: nec pauꝑi la
zaro micas cadētes desiderāti impertitus fuit.
Legim᷒ etiā Luce. xij. ꝙ hominis cuiusdā diui-
tis ager vberes fructus attulit: ⁊ cogitabat intra
se dicēs. Quid faciā: qm̄ nō habeo quo cōgregē
fruct᷒ ei᷒: ⁊ dixit. Destruā horrea mea et maiora
faciā: ⁊ illuc cōgregabo oīa que nata sunt mihi ⁊
bona mea: et dicam anime mee. Aīa mea habes
multa bona reposita in annos plurimos: reqe-
sce: comede: bibe: epulare. Dixit autē illi deus.
Stulte: hac nocte repetēt aīaꝫ tuā a te: scꝫ demo
nes: que aūt parasti: cui᷒ erūt? Repetent ꝓpter
abusum diuitiarū. Abusus ꝗppe fuerat in acꝗsi
tiōe: cū nimia solicitudine: qꝛ cogitabat intra se
scꝫ solicite. In retētione cū nimio coꝛ amore: qꝛ
dixit ꝯgregabo: cū deberet dispgere. In custodia
cū stulta fiducia: qꝛ dixit aīe sue: nūc qesce qꝛ hec
tibi sufficiūt: quia nec alijs indiges. In mala in
tētiōis ordinatiōe: qꝛ ordinabat eas ad crapulā
et carnis delicias: quia dixit: comede: bibe: epu-
lare. ¶ Abusi sunt insuper diuitijs quib᷒ dñs ve
imprecat̄ di. Ue vobis diuitib᷒ qui habetis nūc Luce. vj.
cōsolationē vestrā. Ue vobis ꝗ saturati estis: qꝛ
esurietis. Ue vobis ꝗ ridetis nūc: qꝛ lugebitis ⁊
flebitis. Beatitudinē suā ⁊ mercedē suā in diui-
tijs ponētes. Deniqꝫ ⁊ illi de quib᷒ l' sua canoni
ca. Jaco. v. Agite nūc diuites: plorate vlulātes l' Jaco. v.
miserijs vr̄is. ⁊ post. Epulati estis sup terrā: ⁊ in
luxurijs enutristis corda vr̄a. Itē illi de quibus
Amos ꝓpheta. c. vj. Ue vobis ꝗ opulēti estis in
sion: ⁊ cōfiditis in mōte samarie: Qui dormitis
in lectis eburneis: ⁊ lasciuitis in stratis vestris:
spē scilicet suā in eis ponētes: ⁊ oēs per eas car-
nis sue cōcupiscētias cōsummātes. Sic ediuer-
so legim᷒ nōnullos diuitias laudabiliter posse-
disse: eas virtuose in vsum propriū ⁊ alioꝝ neces
sitatē expēdisse. sicut abraam ysaac ⁊ iacob: quo-
rū se specialiter dñs deū dignat᷒ est noīare: vt di
cit apl's ad Heb. xj. Non confunditur deus eorū Ad Heb.
deus nominari. Sic enim frequenter se nomia xj.
uit: deus abraam: deus ysaac: deus iacob. Sic io
seph. cū quo dñs fuit in captiuitate: in seruitute
et regno diues erat: ⁊ dominabatur in vniuersa
terra egypti. Genesis. xlv. Sic Job: Judith: Da-
uid: Ezechias: Josias: et ceteri plures diuites a
deo electi: ⁊ diuitijs suis dominātes: ad virtutū
exercitiuꝫ eis vsi sunt. ¶ R In nouo quoqꝫ te Luce. ix.
stamēto de plurib᷒ legitur. De zacheo qui chri-
stū hospitio suo recepit: a quo ⁊ singulariter me
ruit cōmendari. Itē De Cornelio de quo legit̄.
Act. x. ꝙ erat vir religiosus et timēs deū cum oī
domo sua: faciēs eleemosynas multas ꝓpter qō
meruit angelica visitatiōe honorari. Itē ioseph
ab arimathia qui fuit diues: nobilis ⁊ iust᷒. De
quo dicit Raba. ꝙ magne dignitatis fuit apō se Raban.
culū: sed maioris meriti apud deū. Quia nō erat
diues diuitiaruꝫ amore: sed tātū possessiōe: ideo
non exclusus a discipulatu christi: quia nō pecu
nie amator: sed ipsius liberalis et religiosus di-
stributor. Similiter ⁊ de cōpluribus alijs extra
canonē in chronicis ⁊ ꝓbatis hystorijs legit̄.

qui magnis diuitijs ornati:vitā laudabiliter fi-
nierūt. ¶ Ex quib' plane deducit: q diuitie quā
dā habēt indifferentiā ad bonū et ad malū vsum:
quorū vsus malus non est ex vitio diuitiarū: sed
male vtentiū. Vñ in premissis reprobis diuitib'
notatur in primis nimia solicitudo et auaritia
in acquirēdo: quam amputari debere docuit sal
uator: dicēs. Nolite soliciti esse in crastinū. Cōsi
Matth. vj. derate lilia agri etc. Matth. vj. cap. Qui sic diui-
tes fieri satagūt: incidūt (vt ap'ls ait.) in tētatio
nē et in laqueū diaboli: et desideria multa inuti-
lia et nociua: q̄ mergūt holes in interitū et per-
ditionē. Radix oim maloꝝ est cupiditas: quam
quidā appetētes errauerūt a fide: et inseruerunt
se doloribus multis: tu ṽo homo dei hec fuge. j.
Timoth. vj. Incidūt in laqueos diaboli: q2 tāta
cupiditate ferūtur in habēdas diuitias: vt iusti-
tie metas nō attendāt. Nullū em̄ est iusticie i illo
corde vestigiū: in quo auaritia sibi fecit habita-
Leo papa. culū: vt inqt Leo papa. Hinc tā crudelis in cor-
dibus auari cupiditas: per fas et nefas: p furta
et rapinas: p dolos et fraudes: pauperū oppres-
siones et vsuras vndecūq3 diuitias accumulās:
in quo nec patrē filius: nec fratrē vterinus: nec
cōciuem vicinus circūuenire dubitat. Sed nec
d hm: nec seipsum attēdit: quominus sacrilega
auiditate vsq3 ad beneficiorū: dignitatū: prela-
turarū pluralitatē dānabilē se extēdant: in diui-
ni cultus diminutionē: cōmissoꝝ negligentiaꝝ:
suñpsius ac plurimorū irreparabile periculum
animarū. Ab hac cupiditate liber fuit diues ille
abraā: in cuius sinū sublat' est paup: vt testatur
Augusti. Aug. sup illud ps. Quid gloriaris in malicia. Le
ge inquit scripturas et inuenies diuitē abraā: vt
noscas q2 diuitie nō puniuntur. Abraam diues
erat: et in eius sinū lazarus pauper sublatus est.
In sinū diuitis pauper recipit: an potius ambo
deo diuites: ambo cupiditate pauperes. ¶ No-
tatur scdo in pditis diuitijs nimia tenacitas in
retinēdo. Cōtra quā xp̄s docuit dare eleemosy-
Matth. xv. nā: pascere esurientē: potare sitientē. Vñ contra
hos tenaces clamabit in iudicio. Esuriui et non
dedistis mihi manducare: sitiui et non dedistis
mihi bibere. ¶ Tertio notat in his nimi' amor
in possidēdo: quē dānat xp̄s: dicēs. Nisi q̄s renū
Lu. xiiij. ciauerit oib' q̄ possidet: nō pōt meus esse disci-
pul'. Et pp̄heta. Diuitie si affluāt: nolite cor ap
ponere. Et Eccli. x. Nihil iniquius q̄ amare pe
cuniā. ¶ Quarto notat nimia spes in cōfidēdo
ps. lj. quā dānat pp̄heta: dicēs. Ecce hō q̄ non posuit
deū: adiutorē suū: sed sperauit in multitudine di
uitiarū suarū. ¶ Quinto notat fastus et pōpa in
supbiendo: quā dānat ap'ls dicēs. Diuitib' hui'
seculi precipe nō sublime sapere: neq3 sperare in
incerto diuitiarū. j. Timo. vj. ¶ Sexto nimia gu
Lu. xxj. losita in exponēdo: quā dānat xp̄s Lu. xxj. At-
tēdite vobis ne forte grauent corda vestra: i cra-
pula et ebrietate: et cura hui' vite: et supueniat in
vos repētina dies illa. ¶ Hec oia mala in diui-
tibus quos dānat scriptura sunt reperta: ppter
quod dixit xp̄s. Difficile est diuitē intrare regnū
celorū. Matth. xix. ¶ S In alijs ṽo diuitibus
Matth. xix. quos scriptura nō dānat: illoꝝ malorū cōtraria
extiterūt. s. acq̄sitio iusta sine cupiditate et auari
cia: decēs stat' sine pōpa: possessio sine dilectio
ne feruida: affectio sine fiducia: detētio in vten-
do temperata: in subueniēdo pietas larga. Dū
ista mala desunt: et cōtraria bona adsunt: nulla
est iniquitas in diuitijs: neq3 in earū acquisitio
ne vsu aut possessione. Vñ de primo dicit beatus
Aug. super ps. lj. Dñs in diuite non pecuniaꝫ: Beatus
sed auariciā condēnauit. Et sup ep'lam. j. ad Ti- Augusti.
moth. Profecto dñs in diuitijs cupiditatē repre
hendit nō facultatē. De secūdo dicit idē in quo-
dā sermone. Tolle supbiā: et diuitie nō nocebūt.
De tertio dicit idē vt allegatū est. Dñs nō dānat
diuitias vñ meremur: s3 cor oppositū p amorē. Beda.
De quarto dicit Beda sup Lucā. Nō reprehēdit
diues q terrā coluerit: vel fruct' in horrea con-
gregauerit: sed q fiduciā vite in illis posuerit.
De quinto bea. Hiero. in quadā ep'la. Nō obsūt Hiero.
diuiti opes: si eis bñ vtatur nec pauperē egestas
cōmēdabiliorē facit. De sexto dicit beat' Greg.
Et quos cēsus et honoꝝ tēporaliū abūdātia per
tumorē nō eleuāt: sed mie opera exaltant. ¶ Ex
his colligi pōt rñsio ad dubiū: quō licitū est di
uitias appetere: et quō nō. Distingui etiā hic pos
set de cōditione personarū: vtrū sint psone eccle
siastice: siue seculares: vtrū sint nobiles aut ple-
bei. Rursus de varietate statuū: vtrū presidētes
et prelati: an simplices et gubernati: vtrū viri so-
luti: an in matrimonio cōstituti. Hec aliqualē
differentiā vident facere. Vñ breuiter quecunq3
cuilibet fm statū suū licet appetere: hec etiā phr
licite a dño postulari. Et p hoc ad rōnes i prin-
cipio dubij motas. ¶ T Ad primā respōdetur
q diuitias fore cōtēnendas dupliciter pōt intel Duplr in-
ligi. Vno mō quantū ad interiorē affectionem. telligi po
Alio mō quātū ad exteriorē possessionē. Primo tes diui-
mō docuit xp̄s eas ab oibus esse cōtēnendas: vt tias fore
sc3 nemo sic ad eas afficiat: vt obliuiscat dei: vt i cōtēnen-
ipsis spē ponat: et btitudinis finē statuat. Et fm das.
hoc dixit. Nisi quis renūciauerit oibus q̄ possi-
det etc. Vñ dicit Beda. Differētia est inter renun
ciare oibus: et oia relinquere. Oim fideliū est re Beda.
nūciare oibus q̄ possident: hoc est sic tenere ea q̄
mūdi sunt: vt tñ p ea nō teneant in mūdo: rē tē-
poralē tenere in vsu: eterna in desiderio. Sic tē
poralia gerere: vt tñ tota mēte ad celestia tēdāt.
Sic ait ap'ls. j. Cor. vij. Qui vtunt hoc mūdo:
sint quasi nō vtantur. Que exponēs beat' Gre- Greg.
go. homel. xxxvj. ait. Mūdo vtit s3 quasi nō vta
tur: q̄ et necessaria cūcta exterius ad vite sue mi-
nisteriū redigit: et tamē hec eadē nō sinit sue mē
ti dominari: vt subiecta foris seruiāt: et nūq̄ in-
tentionē animi ad alta tēdentis frangant. Qui-
cūq3 igit tales sunt: eis pfecto terrena oia non
ad desideriū: sed ad vsum adsunt: q2 rebus qui-
dem necessarijs vtunt: sed nihil cū petō habere
cupiunt: de ipsis quoq3 rebus habitis quotidie
mercedes querūt: et plus gaudēt de bono ope q̄
de larga possessione. ¶ Secūdo modo eas cōtē-
nere nō oēs docuit: q̄ q̄ ipse in psona sua: vt ar
gutū est: dereliquit. Et cū d2. Ois xp̄i actio no- notā.
stra est instructio. Cōcedit quidē q est istructio:
sed non ad similem actionē est nostri obligatio.
Non eni3 ex hoc obligamur ad necessariam sue
actionis imitationē. Qd' ptz ex verbis eiusdē sal
uatoris: cū dixit ad cōsecutionem beatitudinis
sufficere obseruantiā mandatoꝝ. Si vis inquit:
ad vitā ingredi serua mādata. Constat autem q
multe operationes sue in mādatis nō continē-
tur. Nam obseruauit virginitate3: occurrit suis
crucifixoribus etc. que tamē nobis non sunt pre
cepta. Quod addit de doctrina xp̄i. Nolite possi-
dere aurū: nec argentū: nec pecuniā: nō facit cō
tra dicta: q2 xp̄s per hec verba nō interdixit pos
sessionem pecunie oibus fidelibus: sed dūtaxat

suis apostolis et discipulis: non quia mala esset auri et argenti possessio: nõ q2 ad mortalis vite sustentationẽ nõ pertineãt: sꝫ ex causis aliis que alibi tractari habẽt. ¶ Quod vltimo opponit: facilius est camelũ ꝑ foramẽ acus trãsire: ꝙ diuitez intrare in regnũ celoꝝ. Respondet ꝙ intellectũ huius dicti dñs ipse reserauit Mar. x. Nã cũ dixisset. ꝙ difficile qui pecunias habẽt in regnum dei introibunt: et discipuli obstupuissent: quasi declarando rursus ait. Filioli ꝙ difficile est cõfidẽtes in pecunĳs in regnũ dei introire. Ecce ꝙ non loquitur de omni diuite: sed de illo qui confidit in pecunia. Aliter dici solet vt tangit glo. q̃dam extraordinaria: minus tamẽ autẽtica: vt recitat Hugo postillator: sic ꝙ hierosolymis erat quedã porta q̃ vocabat foramẽ acus: per quã cameli ire nõ poterãt: nisi onere deposito ꝛ genibus flexis: ꝯm hoc xp̄us significare voluit: ꝙ sic nec diuites trãsire pñt ꝑ viã ducentẽ ad beatitudinẽ: nisi depositis peccõꝝ oneribꝰ: que diuitias vt plurimũ comitãtur. Et tm̃ de illo dubio. Sequitur expositio petitionis de pane sacramẽtali.

¶ Lectio. lxxi. A.

S

Ecundo expo-

nit hec petitio de pane sacramẽtali: sacrosctã .s. eucharistia propter hoc enĩ sacerdos hanc orationẽ dicẽs alta voce pronũciat ꝯm Alb. vt premoneat po-
Augusti. pulũ ad presentis eucharistie desiderium. Sic ꝛ beatus Augu. ad probã exponit de sacramẽto fidelium: qd̓ in hoc tẽpore nobis est necessarium ad eternã felicitatẽ consequẽdã. Unde quia per peccatuꝫ sumus vulnerati: necesse est vt nostris vulneribus medicinam adhibeamus. Medicina summa venerabile est sacramentum corporis ꝛ sanguinis domini: de quo beatus Bernar.
Bernar. Qui vulnus habet medicinã querit: vulnus habemus dum sub peccato sumꝰ. Medicina est sacramentum: quotidie accipe: quotidie curaberis. Hec medicina xp̄s est sub sacramento contẽtus: qui non tantum medicina est curans morbum: sed et cibus anime et nutrimentũ a morte secunda preseruãs: et ad vitam eternam perducens. Ego sum inquit: panis viuus: quẽ qui mãducauerit nõ morietur in eternũ. Est autẽ xp̄s
Joh. vj. panis non ꝯm veritatem rei: sed ꝯm similitudinem tropi: non vnã tantuꝫ sed multas: propter quod varĳs metaphorę modis per panẽ in scripturis describitur. Hic enĩ panis est verus qui de celo descendit: quia vere reficiẽdo cor hominis spirituale confortat. Christus enim sub sacramento animam digne sumentis reficit ꝛ confortat: non ꝯm suam substantiam propriam: sed gratiam que confertur digne hunc panem mãducanti. Scd̓m substantiã quidem propriam sumitur ꝛ manducatur: sed gratia est quam digne sumenti confert: qua anima vegetatur: et ad perficienda opera vite ac virtutum confortat. Hinc in ps. canitur. Et panis cor hominis cõfirmat. Hic est panis vtilis et delectans: olim desiderio
Sap. xvj seruiens. Sap. xvj. Panẽ de celo prestitisti eis sine labore: et omne delectamentũ in se habẽtem: et omni saporis suauitatem. Dulcedinem enĩ tuaꝫ quã in filios habebas: ostendebat: ꝛ deseruiens vniuscuiusqꝫ eorũ voluntati: ad qd̓ volebat conuertebatur. Delectabilis quidẽ: q2 cõditus pinguedine deitatis. Gen. xlix. Aser pinguis panis eius: et prebebit delicias regibꝰ. Hoc est fortissimam prebẽs virtutẽ ꝛ viaticũ: vt via meriti qua itur ad deũ: ꝑficiatur. iij. Reg. xix. comedit Helias ꝛ bibit: ꝛ ambulauit i fortitudine cibi illius xl. diebus et xl. noctibꝰ vsqꝫ ad montẽ dei oreb. Panis hic subcinericius describitur. Naꝫ panis hic manu sapientie dei factus: sub cinere humilitatis: humane carnes sunt in vtero virginis decocte: que est mulier illa benedicta: ad quam abraaꝫ Gen. xviij. accelera inq̃t: tria sata simile cõmisce. hoc est puritatẽ corporis ꝛ anime deitatis: et fac subcinericios panes azymos sine omi corruptione. Ad cuius sumptionem apl̓us nos hortatur. Pascha nostrum immolatus est xp̄s: epulemur non in fermẽto veteri: neqꝫ in fermẽto malicie et nequitie: sed in azymis sinceritatis et veritatis. j. Cor. v. hoc est omni benedictione Esa. xxx.
copiosis. Esa. xxx. Panis frugum terre tue erit vberrimus ꝛ pinguis: hoc est sanctus: quem nõ licet nisi sanctis: in loco sancto comedere. j. Regũ. xxj. Non habeo panes laicos: sed tantum panem sanctũ. Si mũdi sunt pueri maxime a mulieribus: manducent. ¶ B Hic panis noster Matth.
est: qui nobis datus est et paratus spiritualibꝰ: xv.
scilicet filĳs non canibus. Non enĩ est bonũ ait xp̄s: sumere panẽ filiorum et mittere canibus. Hinc Cyprianꝰ. Panis vite xp̄s est: et panis hic Cypria.
omnium non est. Et quomodo dicimꝰ pater noster: quia intelligentium et credẽtium pater est: sic et panem nostrũ vocamus: q2 xp̄s noster qui corpus eius ꝯtingimus: panis est. Uel d̓r nostrũ vt dicit glo. Matth. vj. quia xp̄s noster est factꝰ: et deus pater cum xp̄o oĩa nobis donauit. Ideo oramus: vt qd̓ nostrũ est per donũ: quotidie detur per effectum. Hic panis quotidianus est vt Lucas dicit: et supsubstãtialis ꝯm Matth. Quotidianus quia ipso quotidie indigemus ad spiritualis vite cõseruationẽ. Sicut enĩ corpus indiget continuo alimento: ne resoluat: et pereat ꝯm esse suum naturale: ita aĩa eget cibo spirituali ne deficiat in esse gratie. Hic autẽ cibus panis
est eucharistie: qui non vadit in corpus: sed anime substantiã fulcit: de quo bea. Amb. de conse. Amb.
dist. ij. c. nõ iste. Nõ iste panis est qui vadit i corpus sed panis vite eterne: qui anime nostre substantiã fulcit. Iste panis quotidianus est: accipe quotidie vt quotidie tibi profit. Sic viue vt quotidie merearis accipere. ¶ Dicitur et panis supersubstãtialis .i. egregius precipuus aut pecu- Hiero.
liaris. Unde dicit bea. Hieronĩ. super Matth. ꝙ in euãgelio greco vnde illud translatum est: non habetur in hoc loco: panẽ quotidianũ: sed panẽ epiusion: quod latine sonat supersubstantialis. Subdit: vbicunqꝫ septuaginta interpretes hoc nomen epiusion posuerunt transferẽdo vetꝰ testamentũ in grecũ: in hebreo habet sogulla: qd̓ sonat precipuũ egregiũ vel peculiare: qd̓ maxime corpori xp̄i siue xp̄o sub sacramẽto attribuitur: q2 panis est singularissimus: panis celestis: panis vite qui de celo descẽdit: panis angeloruꝫ habẽs in se omẽ delectamẽtũ et oĩs saporis suauitatẽ: prebẽs virtutẽ fortissimam: vt via meriti qua itur ad deũ: perficiat. ¶ Uel d̓r panis supersubstãtialis: q2 est supra nostrã substãtiã .i. panis enĩ materialis ꝛ cibus quẽcũqꝫ sumimꝰ: cõuertitur ꝛ trãsit in nostrã substãm. Hic ṽo panis nõ sic: sꝫ comedẽtẽ mutat in se: vt frequẽter supra ex Augustino allegatũ est. Cibus sum grandiũ ꝛc.

¶ Uel tertio dicitur cibus supersubstātialis: q2 panis substātialis dici pōt qui sustentat naturā hoīs infimā: scȝ corpus. Iste autē ex quo sustentat nostrū supremū scȝ animā: merito supersubstātialis dici poterit. Hinc Prouerb. xiii. Iustus comedit et replet animā suā.

prouer. xiii.

¶ Uel quarto dicitur supersubstantialis: quia sicut accidētia cederent in nihilū: nisi supportarentur a substātia. (Et ideo dicitur substantia: quia substat accidētibus) sic nisi a christo supportarentur substātie et accidentia: cederent in nihilū. Ideo dicitur supersubstātialis: quia non substat accidentibus et formis tantū sicut substantia: sed accidentib⁹ et substātiis: et vniuersaliter omnibus creaturis. ad Heb. i. Portans omnia verbo virtutis sue.

Ad heb. i.

¶ Uel quinto dicitur panis supersubstantialis: q2 est super omnē substātiā aliā a se. Nā corpus eius est super omnē substātiā corporalē: aīa ei⁹ sup omnē substātiā spiritualē: deitas simplr super oīa: Ideo digne dicit̄ supersubālis: sicut superbon⁹: supermisericors etc. ſm Dio. et Damas.

¶ C Sed replicaret hic aliq̄s: quō panis ille supersubstātialis xp̄s: qui et sacramētalis: dicit̄ quotidianus: cū a paucis de ecclesia quotidie recipiatur: q2 a solis sacerdotibus? Respondet hic Alex. parte. iiii. q. xxxvii. q̄ quilibet existēs extra mortale illo pane reficit̄. Cibus eñ intrans per os alicui⁹ corpis nō tm̄ reficit ip̄m os: sȝ oīa cōmēbra sua. Ecclia aūt tota vnū corp⁹ est. i. Cor. xii. Oēs nos in vnū corpus baptizati sum⁹. Huius corporis caput xp̄s est. Col. i. Hui⁹ capitis os preclar⁹ est seu sacerdos. Hiere. xv. Si separaueris preciosum a vili: quasi os meū eris. Separare preciosum: id est aīam a vili. i. pctō quo nihil vilius: ppriū sacerdotū est. quib⁹ dictū est. Quorū remiseritis peccata: remittūtur eis etc. Job. xx. Iste igit̄ panis: q2 quotidie ab aliq̄ sacerdote mādūcat̄: quotidie totuȝ corpus: qō est ecclesia: illo pane reficitur. Itē qō est vnius mēbri ppter mēbrorū vnionē: etiā alteri⁹ esse dicit̄: vt līgua dicit se habere anulū quē hȝ man⁹: et calciamentū q2 illud pes habet. Ita ppter vnionē mēbrorū ecclesie: qō est vnius mēbri: dr̄ esse oīm cōmēbrorū. Sacerdos aūt cōicās quotidie mēbrū ecclie est: ideo panē illū quotidie mādūcāt omnia mēbra ecclesie. Uñ quodlibet ecclie mēbruȝ dicere pōt illud ps̄. Particeps ego sum omniū timētiū te etc. ¶ Dicitur Da nobis hodie. Da gratis liberaliter sine argēto: et absqȝ vlla cōmutatione: q2 nullo p̄cio estimari pōt. Da nobis hodie: ne aliquo delicto cogēte: a corpore christi separemur. Uñ btūs Cyprian⁹ et post eū Aug. de bono perseuerātie. Hunc panē scȝ sacramētalē: dari nobis quotidie postulamus: ne qui in christo sumus: et eucharistiā quotidie ad cibū salutis accipim⁹: intercedēte aliquo grauiore delicto: dum abstēti (al's abstemii. i. abstinētes) et non cōicantes a celesti pane prohibemur: a christi corpore separemur: ipso predicāte et monēte. Ego sum panis viuus q̄ de celo descēdi. Si q̄s ederit de meo pane: viuet in eternū. Panē aūt quē ego dedero: caro mea est pro seculi vita. Qū ergo dicit in eternū viuere si quis ederit de eius pane: vt manifestū est eos viuere qui corpus eius attingūt: et eucharistiam iure cōicationis accipiunt: Ita contra timendum est et orandū: ne dum quis abstentus separatur a corpore christi procul remaneat a salute: ipsomet dicēte: Nisi ederitis carnem filii hominis: et biberitis sanguinē eius nō habebitis vitam in vobis. Et ideo panē nostrū: id est christum dari nobis quotidie petimus: Ut qui in christo manemus et viuimus: a sanctificatiōe et corpore eius non recedamus. Hec Cyprian⁹.

Hiere. xv

Job. xx.

psal.

*pōt et dici q̄ iste panis sacrālis. s. q̄ tri dicit̄ a bonis xp̄ianis accipit̄: si nō sacralit̄ spūaliter tm̄: vñ et sacerdos i missa loquit̄ i plurali. Hāc igit̄ oblationē quam tibi offerim⁹. Et alibi. qui tibi offerunt h̄ sacrificiuȝ laudis p spe salutis et icolumitatis sue

¶ D petimus et hunc panem nobis dari hodie vt per hoc intelligat̄ q̄ panis iste die gratie: non nocte peccati sit accipiendus: ne indigne accipientes corporis et sanguinis rei efficiamur i. ad Cor. xi. Item da hodie: id est pro cursu huius vite: quia nisi quis eum percipit pro ista vita: eius particeps fieri non potest pro futura vita: vt dicit Isaac in collationibus patrū. Debet ergo quilibet christianus quasi pauper et mēdicus coram diuite et benigno patre procumbere: et inopiam suam ostendens: humiliter flagitare hunc panem sibi dari: quo in vita spirituali roboretur: consoletur: et sustentetur: vt potens fiat et efficax ad exercitium spiritualiuȝ et virtuosarum operationum: vtqȝ sibi viaticuȝ: in cui⁹ fortitudine ambulare possit vsqȝ ad mōtem Oreb: eterne glorificationis: et ibi frui pane illo cuȝ angelis sine fallidio: quia hic in nubilo subvelamine pregustauit. Et ita dicit Gl. Hodie: id est semper presenti vita existente: vnde Augu. Hodie id est quādiu viuitur. hodie: id est in hac temporali vita. Unde Johan. vi. Domine da nobis semper panē hunc.

¶ E Sed quis diceret. Cuȝ panis sacramentalis nō ministratur post prādiū: ergo oratio illa quantū ad hanc particulā: post prandiū dici non debet: cum ea petātur que illa hic dari non decet. Hoc autē inconueniens est: cum beatus Aug. in ser. dñi in mōte dicat. Quis est qui audeat dicere semel tm̄ nos orare debere orationē dñicā? Aut certe etiā si iterū vel tertio vsqȝ ad eā tamen horā qua corpus dñi cōicamus: post vero non sit orandū per reliquas partes diei? Nō eñ petere poterimus: da nobis hodie: qō iaȝ accepimus. Aut poterit quisq̄ cogere vt etiā vltima diei parte: sacramentū illud celebremus? Rñdet Alex. vbi supra. Dicūt aliqui q̄ cū multiplex sit panis quotidianus: ecclia orās ante prādiū: panē nostrū quotidianū da nobis hodie: pōt petere indifferēter vnū illorū sibi dari. Post prādiū vero pōt petere panē corporaleȝ vel doctrinā spiritualē: non autē sacramentalē.

obiectio

Augusti.

Rñsio ad obiectionem.

no inutile. Poterit ergo sacerdos itra se nulla vo
ce emissa cogitādo dicere. Eia misericordissime
dñe iesu xpe: eterni patris vnigenite fili: vn⁹ cū
eodē patre ⁊ spūsctō verus cōsubstātialis et na
turalis de⁹: qui pro petōꝝ salute ex infinita cha
ritate tua carnē sumere: inter hoīes apparere: ⁊
trigintatrib⁹ annis grauiter laborare: ⁊ multi
pliciter fatigari dignat⁹ es: ⁊ tandē amarissima
passione ꝑciosissimi sanguinis effusiōe: ac mor
te turpissima nos a morte ꝑpetua pctis et penis
liberare. In cui⁹ saluberrime passiōis mēoriam:
te presentē his spēb⁹ exhibere: teqz cibū alēntē.
ac pign⁹ salutis eterne tradere voluisti: Respice
in hac hora in me petōrē indignū: purga ⁊ sctifi
ca me: vt te deū meū creatorē ⁊ redēptorem me
rear digne sumere. Breui⁹ qđē vel lōgi⁹ put gra
tia ministrabit. Et more quotidiā pecc⁹ tūdēs:
Lu. xviij. addat: De⁹ ppitius esto mihi petōri. Quo verbo
publican⁹ oculos ad celū leuare nō audens: re
missionē suoꝝ meruit petōꝝ. Dicēs aūt de⁹ intē
tionē dirigat ad cōtētū in sacro xpm: ⁊ latria cū
adorāo cū magna reuerētia: deuotione: timore
et charitate: mētisqz affectiōe ac desiderio: sacro
sctm̄ dñi corp⁹ sub duab⁹ illis particulis ꝯtētū:
pro sua ac toti⁹ eccl'ie salute sumat. Sumat aūt
nō masticādo dētibus: ꝑpter euitādū periculū:
et sacri irreuerētiā: ne forte aliqđ sacramēti he
rēs dētib⁹: post incaute expuat: vel aliīs cōib⁹ ci
bis misceat: sed humectatis in ore specieb⁹ reue
rēter gluttiēdo traiciat. Ipso vero in ore pro sua
humectatione manēte: sic poterit meditari. Ve
ni in aīam serui tui deus meus ⁊ dñs me⁹: meqz
tibi incorporare digneris: vt mihi mori: tibi so
li merear viuere. Hec autē nō dico quasi necessa
rio sic fieri debeat ex ecclesie ordīatione vel sta
tuto: neqz per hec cōtēplationis ac deuotionis
exercitia in promptu habentes informare pre
sumens: sed pro quodam exemplo grosso pro ru
dibus et nondū in spiritualibus deuotionibus
assuetis interserere curaui.

¶ Lectio lxxxiiij. A

Umpto vene
rabili sacramento sub specieb⁹
panis de manibus vel patena:
sacerdos dicit.

Corpus domi
ni nri iesu xpi custodiat aīaz meā in vitā eternā.
¶ premissis oronib⁹ cōionē ꝑcedētib⁹ sequunt
due inter cōicandū dici solite: Quarū pria respi
cit perceptionē sacramēti panis: Alia pceptiōez
sacri sanguinis: ⁊ ꝑm hoc diuidit illa pars. Quia
enī primo sumit Christus sub specieb⁹ panis: ideo
ꝑmittit prima oro spāliter pro salute obtinēda
ex perceptiōe dñici corpis. Scđo idē sumit sub
speciebus vini: ideo premittitur scđa oratio pro
obtinenda salute ex perceptione sanguinis: ibi.
Quid retribuā. ¶ Quo ad primū orat sacerdos:
Corpus dñi ⁊c. Corpus dñi pro expiatione petō
rū: totius mūdi in ara crucis immolatū. Corp⁹
dñi ex dignatissima bonitate dei: pro viuificatio
ne mūdi sub sacro altaris christi fidelibus mini
stratū. Corpus dñi nostri iesu xpi a me pro eter
na beatitudine capessenda fideliter ⁊ sacramēta
liter mādu catū. Custodiat: ī vnitate fidei catho
lice: ne mysteria altissima hui⁹ veri corporis xpī
cogitās ⁊ nō capiēs ab vnitate corporis xpi my
stici per īfidelitatē recedā. Quēadmodū qdā ex
xpi discipulis dū sacratissima quedā et ardua de
corpore christi ab ipso dei patris sapiētia increa
ta audierunt: ab eius magisterii doctrina retro
abierūt dicētes. Durus est hic sermo. Quō pōt Joh. vj.
nobis hic dare carnē suā ad manducandū: Per
qđ certe ab vnitate ecclesie se preciderūt: qz ī he
resim ex verbis saluatoris scandalizati prolapsi
sunt: vt dicit bea. Aug. in expositione pš. Custo
diat (inquā) rursus corpus dñi mādu catū: aīam
meā: a prolapsu in pctm̄: ne in detestandā ingra
titudinē abeā de mēsa dñi: inferēdo cōtumeliā
christo cū iuda pditore nequissimo. Custodiat
demū corp⁹ dñi nostri iesu christi a me sumptū:
in vita et robore spirituali animā meā: vt cibat⁹
et roboratus hoc cibo nobilissimo: cōtinuo ro
bustior ⁊ potētior fiā ad exercēdū opa virtutū: vt q̄
in me extinguatur fames ⁊ sitis carnaliū desiderio
riorū: et excitetur cōcupiscētia gaudiorū eterno
rū: per pregustationē dulcedinis que cōceditur
corp⁹ illđ digne sumētib⁹. Subdit ab aliqbus:
Et perducat aīam meā. Perducat potēter cōser
uādo ab incursiōe malignoꝝ spirituū: q̄ exeūtes
de hoc mūdo cōsueuerūt acriuo infestare aīam
meā in hora exitus mei ex hoc seculo. Aīaz meā
cui⁹ est cibus spūalis eā nutriēs: roborās: ⁊ con
fortās: nō ꝑm suā essentiā siue substātiā: sed ꝑm
dona spūalia ⁊ gratiā: que donatur aīe in digna
corporis christi manducatione. In vitā eternā:
hoc est: ī eternā beatitudinē: quēadmodū helias iij. Reg.
panis ministratus ab angelo confortauit: in cu xix.
ius fortitudīe ambulauit vsqz ad mōtē dei. Quē
admodū ⁊ panis q̄ de celo descēdit: perduxit po
pulū israel per desertū vsqz ad terrā ꝓmissiōis.
Ita oro o dñe: vt hec esca celestis fit meū verum
viaticū ducens me per desertum huius seculi ad
supernā patriam fidelibus repromissam. B

Quid retribuā domi
no pro oībus q̄ retribuit mihi? Calicē salutaris
accipiā: ⁊ nomē dñi inuocabo. Laudans inuoca
bo dñm: ⁊ ab inimicis meis saluus ero. ¶ Ista
est scđa oratio que premittit calicis sumptioni.
Sicut enī sacerdos volens suscipere corpus dñi
sub panis specie: premisit orationes pro sua hu
miliatione: recognoscendo suā indignitates ad
dignissimi corporis perceptionē dicēs: Dñe nō
sum dignus ⁊c. Ita procedēs ad sumptiones sa
cratissimi sanguinis christi sub speciebus vini:
pro sui humiliatione indignitatē suā iterū reco
gnoscit: fatendo se nihil habere ex ꝓpriis: quod
dño possit pro tanto beneficio premio retribue

retdicēs. Quid retribuā dño. Et diuidit in tres
particulas. In prima recognoscit sacerdos suaȝ
insufficiētiā retribuēdi p acceptoꝝ beneficioꝝ
collatione. In scđa ostēdit gratitudinē l accipiē-
do dñi beneficiū: cū sui nois laude ꝛ inuocatiōe:
ibi. Calicē salutaris. In tertia ostēdit suā cōfidē
tiā quā habet ex virtute dati beneficii in nociuo
rum preseruatione: ibi. Et ab inimicis meis.
¶ Quoad primū dicit. Quid retribuā dño. q. d.
Quid ego cinis ꝛ puluis: plasma ꝛ figmētū cōdi-
toris: hō vilis ꝛ fragilis: vacuus virtutibus: ple-
nus vitiis. Quid retribuā mercedis ꝛ premii de
meis virib⁹: de meis bonis: de meis possessioni
bus: dño vniuersoꝝ: cui⁹ est terra et plenitudo
eius: orbis terrarū ꝛ vniuersi qui habitāt in eo.
Qui bonoꝝ meoꝝ nō indiget: q̄ diues est in oīo:
qui nec ditior ex p me sibi oblatis cōstituit: nec
si oīa sibi subtraxero: pauperior efficit. Immo
pō cui sicut nihil subtrahi pōt (ipso dicēte. Quia
Jo. xvii. oīa dedit pater in manu ei⁹. Jo. xvii.) ita nec ad-
Hester. di quicq̄ pōt: q: in ei⁹ ditione cūcta sunt posita.
Hester. xiii. Pro oīb⁹: beneficiis scȝ: quoꝝ nume-
rus ꝛ immensitas modū superat ꝛ sensum. Quis
eñ cogitare poterit trinitatis opa super nos ab
initio mūdi vsqȝ in finē: vt videat q̄ solicita fue-
rit illa maiestas: cui administratio pariter ꝛ gu
bernatio seculoꝝ incumbit: ne nos perderet in
eternū. Et potēter quidē oīa fecerat: et sapiēter
oīa gubernabat: ꝛ vtrarūqȝ rerū tā potētie q̄ sa
piētie: signa manifestissima tenebant in creatio
ne ꝛ gubernatione machine mūdialis. Sed nec
latere potuit bonitas: cū ois hec gubernatio ad
Hugo. hoīs vtilitatē tēdebat. Respice inq̄t venerabilis
Hugo de arra aīe. Respice vniuersum mūdum: ꝛ
cōsidera si aliq̄d sit in eo qđ tibi nō seruiat. Ois
natura ad hūc finem cursum suū dirigit: vt ob-
sequiis tuis famulet ꝛ vtilitati deseruiat: tuisqȝ
oblectationib⁹ pariter ꝛ necessitatib⁹ sm affluē
tiā indeficientē occurrat. Hoc celum: hoc terra:
hʼ aer: hoc mare: cū his q̄ l eis sunt vniuersis: ex
plere nō cessant. Hoc circūitus tempoꝝ annuis
innouationib⁹ ꝛ rediuiuis partub⁹ antiqua in-
nouās: dilapsa reformās: cōsumpta restaurans:
pastu ppetuo subministrat. Magna sūt hec que
dñs tribuit sustentādo corpori sed multo maio-
ra impēdit saluādo aīe q̄ perierat. Qđ dedit mi-
hi pater maius oībus est. inq̄t. ꝛ hoc ipsum pro
me ac ceteris oīb⁹ dedit. q̄d hoc? Seipsuȝ dedit.
Neqȝ eñ a se est filius: sed a patre q̄ essentiā infi-
nitā oībus maiorē dedit. Et quō se dedit? Audi
Bern. in ser. ii. de pēteco. Uerbū dei (inq̄t) l subli
Bern. mi cōstitutū: vt ad nos descēderet ppria benigni
tas inuitauit: mīa traxit: veritas qua se promise
rat venturū cōpulit: puritas vteri virginalis su
scepit: salua virginis integritate potētia eduxit:
obediētia in oīb⁹ deducit: patiētia armauit: cha
ritas verbis ꝛ miraculis manifestauit: ac vitam
suā p singulos etatū gradus: infantie: pueritie:
adolescētie: iuuentutis nobis dedit. Adiiciens
mortē: resurrectionē: ascēsionē ac spūssancti mis
sionē: vt sua cōceptio mūdet nostrā: sua vita in-
struat nostrā: mors sua destruat nostrā: resurre-
ctio sua precedat nostrā: ascēsio sua prepararet no
strā: missus spūs suus adiuuet infirmitatem no
strā. Ut quoqȝ hec oīa in perpetua manerēt me-
moria: ꝛ in effectu atqȝ fructu noua: etiā seipsuȝ
in cibū nobis tradidit in viuifico sacro: quo oim
premissoꝝ bonoꝝ recēti efficacia aīam nutrit:
reficit ꝛ impingat. Illa sunt bona ineffabilia q̄-

bus vt breui verbo cūcta cōcludā. inq̄t Bernar.
nihil melius inuenire poterat: vñ nos redimeret
sapiētia dei: in omni sapiētia sua. Nā oīa tribuit
trinitas bñdicta. Pr̄ vt seruū redimat: filio non
parcit. Fili⁹ seipsū liberissime tradidit: ꝛ ipse spūs
postulat p nobis gemitib⁹ inenarrabilibus. ¶ C
His oībus cōdigne rñdere sacerdos nō valens:
recte ait. Quid retribuā dño p oīb⁹: scȝ bonis: q̄
retribuit: nedū oīb⁹ gñalr l his q̄ pdicta sūt: sȝ ꝛ
spāliter mihi. Mihi inquā in mei sue creature
benigna cōseruatione: in lōganimi mee cōuersio
nis expectatione: in boni ppositi inspiratione:
l sacroꝝ suoꝝ ablutiōe: l eucharistie suauissima
refectione. Retribuit inq̄t. Retributio actus est
eius q̄ ab alio bñficiū aliqđ accipit: qđ retribuē
do p aliud recōpēsat. Sed q̄d ego tribui dño: vt
bona illa magnifica retribueret ꝛ mihi. Si boni
q̄d cogito sibi repēdere: ab ipso immittitur cogi-
tatio: q: nō sum⁹ sufficiētes aliq̄d cogitare a no- ii. cor. iii.
bis: quasi ex nobis: sed sufficiētia nostra ex deo
est. Si boni q̄d operat⁹ sum vt sibi retribueret: Jaco. i.
id recepi eo donatore. Oē nāqȝ datū optimū:
et oē donū pfectū desursum est: descēdēs a pa-
tre luminū. Si sibi seruiēdo: mādata sua execu-
tus sum: nullū pfectū sibi attuli: ipso teste. Cum Lu. xvii.
feceritis q̄cunqȝ precepta sunt vobis dicite. In-
utiles serui sum⁹. Et breuiter quecūqȝ bōa obtu
li: ab eo recepi: non ipse donaui. Quid habes qđ i. cor. iiii.
nō accepisti? ait apl's. Quid igit dedi dño p his
q̄ retribuit mihi? Nihil pfecto ex me: nihil meū
reperi: nihil pprīū possedi. Unū est qđ preter te
habeo o dñe: scȝ petm. Hui⁹ tu nō es autor: sȝ ego
peccator. Tu mihi id nō tribuisti: sed ego sine te
id pfeci. Sine te factum est nihil. ait iohannes.
Nihil id est petm sm glo. btī August. Retribuisti August.
igit mihi hec: ꝛ alia innumerabilia bona p meis
malis: p meis petis. Nihil erā: qđ est malū entiȝ
priuatio. Et me bonū aliqđ: ens aliqđ fecit tua
potētissima creatio. Peccaui in adā tui mādati
puaricatore: ꝛ me redemisti in xpō pditoꝝ salua
tore. Peccaui in meipso ex puersa mea volūtate:
nec statim me pdidisti ex tua benignitate. Pec-
caui ꝛ malū corā te feci: ꝛ tu ignouisti: ac peniten
tiā inspirasti. Defeci: esuriui: ꝛ sitiui exiuiū mea
rū tenuitate: tu me pauisti ꝛ potasti pprio corpo
re et sacratissimo tuo sanguine. Ecce soli in me
defectus inueniunt: ꝛ nō nisi bona excellētissi-
ma retribuunt: bona ergo p malis q̄ meruim⁹:
tribuunt: quos pro malis punire poterat: bonis
suis obruebat: nō tñ bona ista nostra mala me-
ruerūt. Sed quō retribuunt: aut cui⁹ merito: si
nō meo? Meis eñ meritis nō bona debent: sed
pena. Certa merito dñi mei q̄ prior dilexit nos:
et quia dilexit: male meritis nostris suo merito
bona cūcta cōpensauit. Sic retribuit. i. iterū tri
buit gratiā p grā. Gratiaȝ iustificationis gratis
oīno tribuit: qua mereri poteram⁹: ꝛ pro gratia
qua iustificati sum⁹ ꝛ opa meritoria egim⁹: gra-
tiā vberiorē: qua cresceremus: roborāremur: ma-
gnificaremur: retribuit. Quid igit? Nūquid bos
defectus meos iterabo: tanta recipiens bona?
Absit. Impie ꝛ inique voluntatis est: mala pro bo
nis retribuere. Quid igit retribuā: qui nihil p-
prīū nisi defectus habeo. Certe ne laqueis ingra
titudinis irretiar: beneficiū a te gratis prestitū:
gratus recipiā: et ad dandū beneficia ampliora Cassio.
te prouocabo. Nā Cassio. teste. Spem de futuris
bonis recipit: qui transacta beneficia recogno-
scit. Inuitatur ad magna: q̄ grātāter accipit mo

dica. Accipiam igitur beneficium dñi magnum cum magna gratitudine: quod accipiendũ instituit ex magna charitate. Hinc sequitur secunda pars presentis orationis. ¶ D Calicem salutaris accipiam. Accipiã: sitibũdus et ex defectu humoris gratie: et roris benedictionis diuine. Calicem: vt inde refocillationem capiam: ne ambulans iuxta fontẽ huius liquoris saluberrimi: peream ex negligẽtia et desidia accedendi. Accipiã ego aridus ad fructificãdum calicẽ salutaris: ex quo scaturit aqua: quã qui bibit nõ sitiet in eternũ. Accipiã ego immũdus et peccatorꝝ sordibus maculatus: calicẽ salutaris: vt in ipsius puritate feces peccatorũ abstergantur: viuusqꝫ esse merear eorũ: qui lauerunt stolas suas in sanguine agni. Accipiã ego ambulaturus per viã grandẽ: que restat ad celestẽ patriã: calicẽ salutaris: ne in via deficiã cũ filiis israel proficiscentibus ad terram promissionis: quibus nisi aqua meritis moysi fuisset ministrata de petra deserti quã percussit: siti miserabiliter perissent. Accipiam ego cecitate peccatorũ percussus: calicẽ salutaris: vt oculi rationis mee illustrentur: quẽadmodũ lõgino latus dñi pforanti: sanguis de pectore dñi decurrẽs visum: vt historie referũt: restituit oculorũ et mentẽ ei⁹ fide vt xp̄m dei filiũ crederet: illustrauit. Accipiam calicem salutaris. i. xp̄i sanguinẽ: quẽ discipulis suis in cena vltima ministrauit dicẽs. Bibite ex hoc oẽs. Hic est calix sanguinis mei: sanguinis quẽ in cruce pendẽs largiter effudit: dũ vnus militũ lat⁹ eius lancea pforauit: ex quo continuo sanguis et aqua exiuit. Sanguis quẽ in sua gl'iosa resurrectiõe p integritate nature sue mirifice reassumpsit. Sãguis quẽ in memoriã sue passionis sumẽdũ nobis cõmẽdauit: dicens. Hec quotienscũqꝫ feceritis: in mei memoriam facietis. Salutaris. i. xp̄i nostri saluatoris: qui qꝛ est nostre salutis reparator et autor: vere salutare nostrũ appellat̃. Vñ Simeõ: Viderũt oculi mei salutare tuũ. i. xp̄m saluatorẽ: et Luc. iij. dr̃. Videbit oĩs caro salutare dei. Salutaris nãqꝫ dr̃: q̃si salutẽ optãs vel desiderans: q̃d de nemine dici põt sicut de xp̄o: q̃ tm̃ nostrã salutẽ desiderauit: vt p ea passionẽ subiit: ac sanguinẽ p̄priũ fudit. ¶ Vel põt aliter exponi. Accipiã calicẽ salutaris. i. sanguinẽ salutaris intransitiue. i. sanguinẽ xp̄i qui est salutaris: qꝛ salutẽ nostrã effecit: dũ in cruce fusus nos deo patri recõciliauit. ¶ E Sequit̃ tertia pars. Et nomẽ dñi inuocabo: vt sanguis ille salutaris in se: fiat mihi salutaris: me liberando a petis: qui p multis effusus est in remissionẽ petõꝝ. Nomẽ domini inuocabo: calicẽ salutaris accipiẽs: vt veniat super me sanguis ille sacratissim⁹ cũ benedictione: quẽ sup se spargi insani iudei postulabãt. Sãguis eius inquiunt: super nos et super filios nostros. ¶ Sequit̃. Laudãs inuocabo dñm. Laudans xp̄m de tanta beneficẽtia exhibita: qua ne dũ hunc sanguinẽ fudit: sed et ipsum in potũ salutarẽ nobis dedit. Et quis nisi ingratissimus et irreligiosus p tanto beneficio nõ laudaret xp̄m dñm. Reuerius dño seruũ suũ iudicat: qui beneficia eius suscipiens: dñm nõ extollit: aut se beneficiis idignũ indicat: beneficentiã dñi laudibus nõ agnoscẽs. Laudãs igitur inuocabo dñm: sumẽdo hoc magnificũ beneficiũ. Et ab inimicis meis saluus ero: et virtute dati beneficii. Habet enĩ virtutẽ magnificã sanguis ille salutaris. Extinguit quidẽ ardorẽ carnalis cõcupiscentie: remittit fomitẽ peccati: cuius est motus inordinatos excitare: et per hoc valet cõtra inimicũ intraneũ: qui est p̄pria caro. Rursus inebriat mentẽ sanguis ille potatus celica dulcedine: recolligit vires aĩe: et in xp̄i vulnera potantẽ trãsmittit: vt illa cõtempletur: ex quib⁹ tanq̃ fontib⁹ vberrimis sanguis ille profluxit: et per hoc valet ɔtra inimicũ extraneũ: mundũ vꝫ q̃ mentẽ disp̃git p vana desideria: p caducos honores et potentat⁹: quib⁹ inherẽs a xp̄o sanguinẽ fundẽte elongat̃. ¶ Demũ accendit cor et inflammat affectum: vt beneficio per amorẽ et dilectionẽ iungat: q̃ non nostris meritis: sed sua gratuita voluntate sanguinẽ illũ potabilẽ sub speciebus vini ministrauit: et p hoc valet cõtra inimicũ pessimũ: diabolum scꝫ: qui mentẽ ab amore xp̄i reuocat: eamqꝫ facit sup̃bire: vt sicut ipse superbiendo a beatitudine corruit: sic et illa ab eadẽ p superbiã separetur. Sic igit̃ laudãs inuocabo dñm in sumptione preclari huius calicis et viuifici xp̄i sanguinis vt saluus fiam ab oĩbus inimicis meis per dñi singularẽ p̄tectionẽ: cui⁹ nomẽ magnificũ cum laudib⁹ inuoco: et per virtutẽ sanguinis dñi quẽ bibã: per quẽ facti sum⁹ p̄pinqui dño: q̃ ab eodẽ longe distabam⁹: dicente ap̄lo. Nũc autẽ in xp̄o iesu vos qui aliquãdo eratis lõge: facti estis prope in sanguine xp̄i. Dũ aũt sacerdos orationem hãc profert: dicens. Calicẽ dñi accipiã. Calicem ipsum detectũ: facta prius deuota inclinatione: tota cũ deuotione reuerenter in manus sumit: summa et omni qua valet mẽtis puritate: semotis peregrinis cogitatib⁹: soli dñi sanguinis effusioni in cruce pro se et toto genere humano facte intẽtus: ipsum xp̄i sanguinẽ preciosum sub vini specie latentem: fideliter et caute vna cũ particula sanguini cõmixta sumat. Hec aut similia animo meditando. Refice dñe iesu aĩam meã perfecta refectione preciosissimi cibi et potus: vt p eã ad perfectissimã illam regni tui refectionẽ puenire merear: vbi te non iam sub mysterioꝝ symbolis: sed clare facie ad faciẽ: et videre et frui merear i eternũ. Sumpto autẽ calice caute vt nihil in eo p̄maneat: dicit orationẽ q̃ sequit̃. F

Luce. ij. Eph. ij.

Sanguis domini nostri iesu xp̄i custodiat animã meã in vitam eternam. Amẽ.

¶ Post orationes quas cõmunioni interseruit: sequunt̃ alie oratiões quas sumpte cõmunioni sub vtraqꝫ specie superaddit. Et diuidit i duo. Nã primo facit orationẽ sumptionẽ sacri sub specieb⁹ vini spẽaliter respiciẽtẽ. Scd̃o addit orõnes sacrm̃ sub vtrisqꝫ specieb⁹ sumptũ cõcernentes: ibi. Corpus tuũ dñe q̃d sumpsim⁹. ¶ Circa primũ. Sicut post sumptionẽ corporis facta est orõ p salute impetrãda ex eiusdem corporis mãducatione: ita post potationẽ sanguinis dñi: subiũgit̃ orõ p salute p̄cipiẽda ex eiusdẽ sanguinis sumptiõe. Vñ dicit. Sanguis dñi: qui est fons et lauacrũ nostre emũdationis et sctificationis: vt dicit paulus. Sanguis dñi q̃ est preciũ nostre redẽptionis ac reparatiõis: vt ait petrus. Sanguis dñi. nũc a me potat⁹: vt calix bñdictionis. Custodiat: in vite innocẽtia: et cordis puritate: ne post ipsius sumptionẽ recedã a discipulatu xp̄i: sanguinẽ istum purissimũ p mortalia peccata inhonerãs: sicut fecit iudas proditor post huius cibi refectionẽ: et sanguinis potationẽ: a consortio xp̄i discipulorũqꝫ ei⁹ se separans.

Ad titum iij. j. pe. i.

quez sumpsit in mysteriis: tradidit pro vili ꝑcio
Matth. ipso infeliciter cōfitēte. Peccaui tradēs sangui-
xxvij. nē iustū. Custodiat ab illa percussiōe: plaga do
mini: ne primogenita mea: bona. s. opa ꝑterita
ꝑ supuenīēs malū extinguant. Sicut olim san-
guis figuralis agni pascalis imolati postibus et
superliminarib' domoꝝ illit' filios israel custodi
uit ab angelo egyptioꝝ primogenita ꝑcutiente.
Exo. xij. Dignū rebellibus iudiciū dn̄o faciēte. Exo. xij.
Custodiat in fortitudine ꝛ robore spūali: vt intre
pid' aggrediar virtute hui' sanguinis ad pugnā
dū cōtra vitia ꝛ bestias infernales: quēadmodū
olim elephātes: ꝑ ostēsionē sanguinis excitabā
tur ad congrediendū formaliter in acie bellica
ꝯtra aduersarios: vt legitur. j. Mach. vj. Sequi
tur: Alam meā: de hoc lacu miserie ꝛ tribulatio-
nis: In vitā eternā: sicut patres sancti de limbo
Zach. ix. virtute huius sanguinis educti sunt in gaudiū
sempiternū Zach. teste. c. ix. Tu vero in sanguine
testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo
nō erat aqua cōsolatiōis vel salutaris. Perdu-
cat inquā ꝛ custodiat me bibētē in vitā eternā:
Joh. vj. iuxta ꝓmissū saluatoris. Qui mādūcat meā car
Heb. ix. nē et bibit meū sanguinē: habet vitā eternā. In
hanc eñi christus per hūc suū propriū sanguinē
semel introiuit eterna redēptiōe inuēta: Et no-
bis fiduciā ad introeundū per sanguinē eundē
Heb. x. cōtulit: teste aplo: Habētes itaqz fratres fiduciā
in introitū scōꝝ per sanguinē xpi. Amen. G

Corpus tuum domine

qd̄ sumpsi: ꝛ sanguis quē potaui: adhereat visce
rib' meis: et p̄sta vt in me nō remaneat scelerū
macula: quē scā ꝛ pura refecerunt sacra. Qui vi
uis ꝛ regnas de' ꝑ oīa secl'a scl'oꝝ. Amē. ¶ Post
oratiōnē: cōiōnē sacramēti sub speciēb' vini spā
liter respiciētē: orōnes subdit cōiōnē eiusdē sa-
cramēti sub vtraqz specie cōcernētes. Et subdi-
uiditur pars illa in duas: ꝑm duas orōnes. In
quarū prima petit per sacramēti corporis ꝛ san
guinis sumptiōnē: ab omi pctī macula purgari:
qua impediretur ab ingressu regni. In scd̄a pe-
tit per eandē sibi remediū conferri: quo adiuue
tur ad consecutionē gaudii sempiterni. Petit er
go in prima remoueri mala. In scd̄a cōcedi bo-
na: ibi. Qd̄ ore. ¶ Circa primū dicit: Corp' tuū
dn̄e: verū ꝛ naturale: qd̄ sumpsi sub spēb' panis.
Et calix. i. sanguis tu' ver' ꝛ propri' quē potaui
sub spēb' vini de tua benignitate ꝛ clemētia. ad
hereat viscerib' meis: nō corpalib': q̄ vie sūt su-
perfluitatū post digestionē relictarū: sed visceri
bus spūalib': q̄ sunt volūtas ꝛ itellect': q̄ vie sūt
vite ale: cui' spālis cibus est opatio bona ꝛ meri
toria: affectio scā ꝛ cogitatio mūda. His eñi ala
spūaliter nutritur ꝛ vegetatur. Sunt et vie ꝑ quo
itrat in alaꝫ cibus ille sacr̄alis: corp' scꝫ xpi ꝛ san
Ambro. guis: qui cibus sunt ale: nō corpis: vt dicit Am-
bro. Nā per intellectū intrāt ꝑm fidē ꝛ cognitio
nē: per voluntatē ꝑm dilectionē ꝛ deuotionem.
His visceribus: potentiis scꝫ ꝛ virib' anime: pe-
tit sacerdos: vt corpus et sanguis dn̄i adhereāt:
non ꝑm substantiā vt cibus corporalis adheret
stomacho: sed adhereant per virtutem et effica-
ciā: causando ꝛ relinquendo in eis post sumptio
nē spiritualem quādam letitiā et iocunditatē:
vt sic fiat pregustatio illius diuine dulcedinis: q̄
in patria deū diligētib' est parata qua confortā
tus in via ardentius ad patriā aspirē: nec quasi
desertus deficiā aut oberrē. Adhereat ꝛ meis vi
scerib' ale corpus tuū o ihe qd̄ sumpsi: vt non
pertranseat mentē celeriter: quēadmodū quidā
cibi corporales liquidi trāseūtes per stomachū:
nihil nutrimēti ꝛ liquoris post se relinquentes.
Sed adhereat morā faciēs in ala: vt cib' solid' ꝛ
nutritiuus in stomacho: cōfortās ꝛ corroborās
animā in virtutib' ꝛ donis spūalib'. Adhereat
eisdē visceribus sanguis tuus preciosissim' quē
potaui: non vt torrēs veloci impetu percurrēs:
ea que tāgit vix superficietenus humectans: sed
adhereat vt oleū effusū qd̄ vndiqz penetrat: ve
stigiū sue post se pīguedinis diutine derelinquēs
Sic adhereat vt liquescere faciat alaꝫ in ei' amo
re: ꝛ ipsū sancti pinguedinē: diuināqz bonitatē
diutius post sumptionē percipere ꝛ sentire. Se
quit. Et p̄sta: q: nisi tu p̄stiteris: ex nobis id per
ficere nō possum': vt in me. i. in viscerib' ale mee
nō remaneat in virib' scꝫ ꝛ potentiis. post sum
ptionē ꝛ potationē istius medicinalis cibi ꝛ po
tus. Ulla scelerū macula: deturpās ꝛ deordinās
alam factā ad superbenedicte trinitatis imagi-
nē: per dona ꝛ beneficia spūalia mirifice exorna
tā: quib' pctīm dū inest: alam priuat. Et per hoc
dicit ipm maculare: q: ornatū ale tollit: sicut au
ferēs colorē pulchrū ꝛ viuidū a facie hois: ipsaꝫ
deturpare dicit: licꝫ nihil deformās in faciē intro
ducat. Presta igitur (orat sacerdos) vt nō rema-
neat vlla scelerū macula in ala: quātū ad oēs ꝑ-
tes imaginis: neqz error in itellectu ꝛ rōne quo
obscurat prīa pars imaginis: ne in puro ꝛ since
ro lumine cōspicere possit alta ꝛ secreta hui' sa-
cramēti mysteria. Neqz remaneat aliq̄ culpa et
dei offensa in volūtate: q̄ est alia pars imaginis
q̄ sitr per pctīm deordinat: ꝑ quā ꝑ pctīm tolli
tur donū charitatis ꝛ grē: q̄ vestis est nuptialis:
per cui' carētiā impedit: ne charitatiue ꝛ amoro
se vt debitū est: ferat in deū oīm creatorē: ꝛ hui'
sacramēti autorē. Neqz remaneat aliq̄ pctī ma-
cula in mēoria: q̄ est tertia pars imaginis: puta
obliuio b̄nficioꝝ dei: per quā ala retardat: ne ex
eorū recordatiōe assurgat in laudē dei ꝛ gratia-
rū actiōes. ¶ H Uel aliter orat sacerdos vt nō
remaneat aliqua macula. i. pctī reat' in ala: eius
qꝫ potētis: vt videlicet quietet ab oī obligatiōe
ad penā: que obligatio dici pōt macula: q: ipsa
existente in anima: nequaq̄ admittitur ad gau-
dia beatorū: etiam si charitate ꝛ gratia adorne
tur. Necesse quidē est oēm peccati penā: qua ala
debitrix tenetur ante beatitudinis ingressū so
luere: sicut dixit christus: Nisi efficiamini si-
cut paruuli (qui nulli' pene sunt debitores: nec Matth.
aliquibus peccatis obnoxii) non intrabitis in re xviij.
gnū celorū. ¶ Uel (vt dn̄s Alb. exponit) non re- Alber.
maneat vlla pctī macula: talis ꝛ tanta: sicut dn̄s
per Ezech. c. xxiij. dicit de exasperatrice domo
israel q̄ amatores: scꝫ demones prescindunt na
sum ꝛ aures: ꝛ effodiūt oculos: q: priuāt alaꝫ vi
su luminis spūalis: ꝛ discretiōe diuine bonitatis
et auditu verborū spūssancti in allocutione cor-
dis. Has aūt maculas delet ꝛ pulchritudinē re
parat hui' sacramēti cibus ꝛ potus spūalis. Uñ
beatus Ambro. in persona sancte agnetis. Jam Ambro.
corpus (inquit) eius corpori meo sociatum est:
et sanguis eius ornauit genas meas. Sic ergo
nulla remaneat peccati macula. Quem sancta ꝛ
pura refecerunt sacra. Pura: per priuationē ois
cōtagionis ꝛ macule pctōrū. Siquidē corpus et
sanguis christi: que sunt res huius sacramenti

formata sunt de purissimis sanguinibus marie:
immediata summi artificis spũsctĩ operatiõe:
qui nihil nisi purũ efficere pot. Sancta olim vir
tutũ et gratiarũ plenitudine:nedũ in se:sed etiaʒ
causaliter quo ad nos:qꝛ nos sctificat: et grã ac
sanctitate replet:nã de plenitudine eius oẽs ac-
Jo.j. cepimus. Dicitur aũt sacramẽta pluraliter:licet
sit vnũ sacramẽtũ vnitate itegritatis et ordinis:
vt dictũ est .ſ.lec.liij. propter diuersitatẽ signo-
rũ:cõtẽtorũ:et significatorũ. Signorũ:qꝛ signa
sacramẽtalia: species scʒ panis et vini sub quib'
verũ christi corpus et sanguis verus continentur.
sunt realiter diuersa. Siquidẽ alie sunt species
vini:et alie panis. Contentorũ:qꝛ corpus christi
aliud est et differẽs realiter a sanguine ei':immo
nec alterũ alteri' pars est. Corp' enĩ aiatũ est et
viuit:sanguis neqʒ viuit formaliter p aiam sibi
inherẽtẽ: neqʒ est aiatus. Ideo nec corpus pars
sanguinis: nec sanguis est pars corpis lʒ tamen
vtrũqʒ sub vtriusqʒ speciebus realiter etsi diuer
simode cõtineat:vt dictũ est.ſ.lec.xlij.et.liij. Si-
gnificatorũ:que sunt corpus christi mysticuʒ:vt
in ca.cũ marthe.de cele.mis. Qδ corp' mysticuʒ
ex multis mẽbris diuersoꝝ statuuʒ integratur:
sicut corp' xpĩ verũ ex multis mẽbris diuersorũ
officioꝝ cõpaginatur. Sequit. ¶ Et Refecerũt:
nõ quidẽ viscera aie ſm suas substãtias:nõ eniʒ
corpus sanguisqʒ xpĩ sumpta in sacramẽto vltra
trãsierũt ſm suas substãtias qʒ species sacramẽ
tales in quib' cõtinẽtur. Hec aũt partes aie itel-
lectualis:q in proposito viscera anime nominã
tur:nõ attingũt: sed in corpus intrant species:
qδ nutriũt et reficiũt:virtute aie vegetatiue:non
intellectiue: vt sic. Refecerũt igit hec aie viscera
quãtũ ad effectũ:ab eis causatũ et derelictũ ex di
gna coꝝ sumptione. Sic enĩ refecerũt rõnẽ et in-
tellectũ ipsum in sinceritate cognitiõis illumi-
nãdo. Volũtatẽ p amorẽ et dilectionẽ iflãmãdo.
Memoriã ad passiõis rememorationẽ excitan-
do et suauitatẽ quãdã et letitiã spũalẽ in toto ho-
mine efficiendo. Cõcluditur oratio: Qui viuis et
regnas:qδ frequẽter expositũ est. ¶ R Finita
hac oratione: sacerdos ad cornu altaris accedit
vt calicẽ abluat:ac ablutionẽ calicis et digitoruʒ
sumat. Calicẽ enim et digitos lauat:ne humor
aliquis in calice remanens: aut panis particu-
la aliqua digitis adherẽs: siqua foret: a digitis
per ablutionẽ in calicẽ descenderet. Et sic simul
cum ablutione reuerẽter sumeretur. Sumit au
tẽ ablutionẽ post sacramẽti sumptionẽ:qꝛ vinũ
rõne sue humiditatis est ablutiuũ:ideo sumitur
ne alique reliquie in ore vel via ad stomachũ re
maneãt:qδ ptinet ad reuerẽtiã sacri. Vñ de cele
bra.mis.c.ex parte.dicit Inno. terti':qp semper
sacerdos vino os perfundere debet: postqʒ totũ
pceperit eucharistie sacrm̃: nisi cũ eodẽ die aliã
missaʒ debuerit celebrare. Ne si forte vinũ perfu
sionis acciperet:celebrationẽ aliã ipediret. Hec
ibi. Et simili ratione perfundit digitos vino:qδ
postea sumit:qb' xpĩ sacrm̃ tetigit: vt scʒ si aliq̃
casu adhereat minutissima sacramẽti particula
ablutiõe hmõi in calicẽ descẽdat et sumat. Sum
pta ablutiõe adhuc digitos lauãt quidã in altra-
Tres lo- ri quidẽ post officiũ cõpletũ:q est tertia lotio di
tiões qd gitorũ. Prima facta est in principio misse. Scd̃a
signifi- in medio ante canonẽ. Tertia que fit post sacra-
cet. mẽti sumptionẽ:aut misse finẽ. Que tres lotio-
nes ſm magistrũ in Rationali fiunt ad designã
dũ lotionẽ seu mundationẽ cogitatiõis locutio

nis et actionis. Vel ad designandam purgatio-
nẽ pcti originalis et actualis criminalis et venia
lis:siue pcti qδ agitur per ignorãtiã: negligẽtiã
et industriã:siue per ignorantiã:infirmitateʒ et
maliciã. Ad quorũ pctõꝝ expiationẽ offertur sa
crificiũ salutare. ¶ Fiunt hec etiã in cornu alta
ris dextro ſm eũdẽ:qꝛ hoc cornu populũ iudai-
cũ significat:de quo christus assumpsit naturaʒ
humanã:quã ab omnibus hoibus defectibus et
penalitatib' fecit immunẽ in sua gliosa resurre
ctiõe. Sic sacerdos christuʒ representãs purgat
manus quib' corpus dñi sub sacro contẽtũ tra
ctauit in dextero altaris cornu:vt sic corpis xpĩ
gloriã ex iudeoꝝ progenie sumpti per dextrũ al
taris designatoꝝ repñtaret. Fit etiã hec ablu- Innoc.
tio ſm Inno. qꝛ indignũ esset qp manus q corp'
icorruptibile tractauerũt:corruptibile corp' tã
gant:nisi studiose lauent. * Ablutiõis aũt aqua * De ri
dʒ in locũ mũdũ et onestũ diffundi:vt altitudo tu eccle
sacramenti reuerentius honoretur. Z ppe alta

Quod ore sumpsimus

re sũt pu
scie edifi
care ad h
paratque

domine pura mente capiamus:et de munere tẽ-
porali fiat nobis remediuʒ sempiternuʒ Amen.
¶ Postqʒ sacerdos in precedẽti oratiõe respiciẽ
te cõionẽ sub vtraqʒ specie:petiuit remoueri ma
la:in hac oratiõe ad idẽ postulat conferri bona.
Petit enĩ vt mãducatio illa atqʒ potatio sacra-
lis corpis et sanguinis dñi spũalẽ iferat refectio
nẽ et salutẽ tãdẽ sempiternã. Vñ ait. Qδ ore sum
psimus:scʒ corporis et sanguinis dñi, sacramẽtũ
nõ vt corpalẽ cibũ dẽtibus tritũ: ac masticatũ.
Nec vt corporalẽ potũ per guttur in vẽtrẽ descẽ
dẽtẽ digestũ:et in corp' aliti cõuersũ: quẽadmo
dũ qdã discipuloꝝ retro abeũtiũ christũ intelle-
xerũt:dũ carnẽ suã mãducãdã:et sanguinẽ suum
potãdũ:sub eterne dãnatiõis pena docẽs astrue
bat:dicẽs. Amẽ amen dico vobis:nisi manduca Jo.vj.
ueritis carnẽ filij hois:et biberitis eius sanguinẽ
nõ habebitis vitã in vobis. Qui manducat meã
carnẽ:et bibit meũ sanguinẽ:hʒ vitã eternaʒ. Nõ
in illo itellectu carnali petit sacerdos corp' dñi
sumptũ et sanguinẽ potatũ nobis suffragari. Sʒ
petit vt corpus et sanguis dñi sub corporalibus
speciẽb' panis et vini esibilib' et potabilib' sacrã
liter sumpti:nobis spũaliter suffragẽtur. Et di-
cit sacerdos:sumpsim' pluraliter: p hoc significãs
nõ pro se tm̃ sacrificiũ hoc obtulisse et sumpsisse:
sed pro toto corpore christi mystico: cui' ipse ps
est:et velut os huius corporis. Sacramentũ igi
tur inquit qδ sumpsim' in psona ecclesie:et fide-
liũ:toti' scʒ cleri et ppli:ore corporali mãducatio
ne sacramẽtali:fac o Dñe:vt ipsum Capiam' mẽ
te pura:ab oi sorde:et inqnamẽto pctõꝝ: seqstra
ta a torpore et desidia tepidorũ:plena fide: amo
re ac deuotiõe feruidorũ: spũaliter capiam' ad
robur aie et sustentamentũ spũaliũ actionũ. Se
quitur. Et de munere:qδ ex tuo dono et benignis-
sima largitate accepim':tpali:quãtũ ad species
visibiles: et tẽpaliter mutabiles. Fiat nobis:fi-
delibus:tpalib' mysterijs subiectis. Remediuʒ
cõtra morbos spũales:nos ad virtuosarũ opera
tionũ exercitiũ roborãs et confortãs. Sempiter
nũ:ne pro nostro eo morbis et pctis spũalibus
prosternamur: sed ad bñ operãdũ validi et robu
sti:in finẽ vite nostre vsqʒ persistamus:vtqʒ hoc
viatico munere et remedio tpali: i extremo exit'
nostri pcepto:ad verã btitudinẽqʒ sempiternitates

perducamur: qꝛ nutrit ⁊ vegetat ad gratiā anime vitā qua reddit̄ digna: ad vitā verā ⁊ sempiternā. Vn̄. Qui mā̄ducat hūc panē: viuet in eternū. Amē. ¶ M Quidā qꝫ legēdo has orōnes calicē inuoluūt: post ei⁹ ablutionē corpalis pallā sacculo ponūt: qđ tn̄ ad ministros diaconuꝫ ⁊ subdiaconū ptinet: si adsunt. Et qꝛ hui⁹ inuolutio mai⁹ tp̄s reqrit: ꝙ orōnū ꝓmissaꝝ platione ab orōnib⁹ vacātes locū distractiōi aliorsuꝫ pbēt: cōmemorāt īcarnatiōis mysteriū di. Verbū caro factū est ⁊c. Et rursus tāgentes digitis ablutis oculos: miraculū xp̄i cōmemorāt q̄ cecū quēdā illumiauit: dicētes. Lutū fecit dn̄s ex sputo ⁊c. Desiderātes ⁊ ipi mēte illuminari sumptiōe hui⁹ sacri: sicut cec⁹ ille illuminat⁹ est: restituto visu corpali. Alij legūt cāticū symeonis. Nūc dimittis: qđ symeō senior cecinit: dū xp̄m a ꝟgine matre p̄sētatū in vlnas suscepit: desiderātes hoc sibi in vite hui⁹ termino ptingere: qđ senior iste spūsctō plen⁹ in dicto cātico suppliciter postulabat. Addētes in fine ad ꝟginis honorē ꝫ hūc diuinū cibū nobꝫ generātē: antiphonā. Bn̄dicta filia tu a dn̄o: qꝛ p te fructū vite cōmunicauim⁹ put quēqꝫ sua deuotio trahit. Que lꝫ ecclesie ordinatiōe nō sint īstituta: qꝛ tn̄ in nullo sūt ei⁹ ordinatiōi pͣria: nec deuotiōis īpeditiua: sꝫ magis pmotiua ac ꝯseruatiua a distractione noxia: iō nō sunt simpliciter reprobanda.

¶ Lectio.lxxxiiij. A

Job.vj.

Circa hanc mate

riā sacratissime cōionis sacri eucharistie: occurrūt aliqua dubia: non inutiliter verꝫ ppe finē hui⁹ operis pertractāda. Primū sumpto sacramēto qđ fit de specieb⁹ cōtinētib⁹: ⁊ corpore ⁊ sanguine xp̄i cōtētis. Scđm de ritu cōicādi sub vtraqꝫ specie. Tertiū de effectu ⁊ fructu cōsequente cōionē tā sacrālē ꝙ spūalē. Quartū de pena indigne sumētiū. Quintū de frequētatione hui⁹ sacratissimi ministerij. Sextū de negligētijs q̄ cōtingunt in hui⁹ officij celebratiōe. ¶ Circa primum est dubiū duplex. Primū: ꝙdiu manet xp̄s corporaliter p̄ns sub spēb⁹. Scđm cū desinit esse sub spēbus vbi maneat: seu quo pueniat. Quō de spēb⁹ q̄d fiat: quō nutriant dictū est. s. lec. xlv. De prima pte dubij dimissa opiniōe illa tāꝙ p̄hātastica: ⁊ nulli soliditatis fundamēto innixa: quā recitat Ricħ. de media villa in. iiij. dist. ix. q. ij. vbi dicit: ꝙ aliqui negant spēs in stomachū descendere. Sꝫ hi dicūt ꝯ sensibilē experientiā. Alij dicūt ꝙ emittunt̄ p sudorē: nō p secessuꝫ. Questio tāgit̄ de ꝯse. dist. ij. tāta. in glo. Sꝫ vaticinia sūt: cū em̄ cib⁹ nō emittit̄ p secessum: nisi prius sit a forma ppria trāsmutat⁹ nō indignū videt̄ ꝙ aliquid īpurū si in illis spēb⁹ fuit p secessum emittat̄. Nec illud quouis mō ꝯcerneret corpus xp̄i. ¶ Illis ergo tāꝙ īprobabilib⁹ dimissis: de dicto dubio Alexā. de ales. par. iiij. q. liij. recitat q̄nqꝫ opiniones. Prima coꝝ q̄ dixerūt ꝙ corp⁹ xp̄i nūꝙ intrat in vētrē: sꝫ cū est in ore: tūc est sub spē: sꝫ q̄n glutit̄: tūc nō intrat in vētrē. Ad hoc allegat̄ Aug. dicēs. Quādiu habes in ore: tādiū est I re: ⁊ nō ducit̄ in secessum: sꝫ rapit̄ in excessum: lꝫ spēm panis dicūt trāsire in vētrē. Sed hāc opinionē īprobat dicēs. Hoc patet nihil esse: cū nihil nisi sol⁹ de⁹ possit intrare ī subam aīe. Vn̄ corpus xp̄i alam intrare nō pōt. Ideo ad Aug. dici

Richar. de media villa.

Augusti.

pōt: ꝙ intrāte spē in vētrē: ⁊ corp⁹ xp̄i intrat in ventrē sicut in os vel pixidē. Intrare aūt in ventrē: dupliciter dr̄: qꝛ vel quantum ad subam. vel quātū ad efficaciā. Primo mō descēdit aliqđ corp⁹ in ventrē etiā si nō sit cib⁹. Scđo mō dū aliquid efficit in ventrē: vt vnguentū aliqđ foris ventri applicatū. Silr̄ aliqđ intrare in animā ptingit dupliciter. Vel quātū ad substantiā: vel quātum ad cibādi efficaciā. Primo mō intrat alam solū qđ illabit̄ aīe: scꝫ sol⁹ de⁹. Scđo mō etiā corpus xp̄i dr̄ intrare animā: qꝛ ipsam reficit sacramētaliter ⁊ spūaliter sumptū p grām: ⁊ illo mō corp⁹ xp̄i nō intrat in ventrē: sꝫ in mentē. sicut dicunt scti. Et ad aucto. Aug. dr̄ ꝙ Augu. di. ꝙdiu est in ore: a parte accipit totū. i. ꝙdiu est corporalr̄ in hole ipm sumēre in sacro subaliter. tādiu est in mēte nō p subam: lꝫ efficaciā. Vn̄ nō vadit in secessum qđ certū est: qꝛ pri⁹ spēs deficiūt a ppria natura ꝙ celebret̄ emissio supfluitatū ciboꝝ sūproꝝ: sꝫ rapit̄ in excessum effectiue: faciēs alam sic rapi supra se in deū p cognitionē ⁊ amorem. ¶ B Alias recitat q̄tuor opiniōes: ⁊ post ipm sctūs Bon. quas oēs Alex. aliquātulū siue quātū ad aliqua saluat. Prima est: ꝙ post ꝯsecrationē vbicūqꝫ manēt spēs salua carū natura. i. I tali dispositiōe in qua possent afficere panē: si nō esset cōuersus: ibi manet corp⁹ xp̄i: siue species intrēt in ventrē aīalis: bruti: siue hominis: siue custodiantur in loco mundo siue pijciant̄ in locū immūdū. Virt⁹ em̄ ꝯsecrationis respicit species illas: iō nō desinit eas ꝙdiu sunt: qđ est dictu. Corp⁹ xp̄i diuina ꝟtute ⁊ maxima ei⁹ dignatione: ex ꝯsecratiōe hostie cepit esse sub specieb⁹ panis: nec illas desinit ꝙdiu manet I sua dispositione naturali: in qua affecerūt panē: cūqꝫ afficerēt: si cōuersio facta nō esset sic enim corpus christi sub speciebus esse cepit per consecrationis ꝟtutē: hoc est: p ꝟtutē dei ad plationē verboꝝ ꝯsecratiōis quēadmodū suba panis sub illis ꝓfuit: excepto ꝙ corp⁹ xp̄i illis nō afficit̄: nec est ibi ſm dimēsiōes pprias circūscriptiue: sꝫ totū in toto ⁊c. qꝛ est ibi p cōuersionē panis I ipꝫ vt. s. habitū est. Et iō ꝙdiu maneret panis si cōuersus nō esset: tādiu manet verū corp⁹ xp̄i I qđ cōuersus est panis. Interim ergo ꝙ nō alterantur spēs: intātū ꝙ panē sub se nō ꝯseruarēt: manet corp⁹ xp̄i vbicūqꝫ fuerint. Dū vero intantū alterant̄ ꝙ desineret panis suba si vsqꝫ tūc fuisset: desinit ⁊ sub eis esse corpus christi. Vn̄ cōcedūt illi: si mus vel porc⁹ trāsit spēs in ventrē: etiā corp⁹ xp̄i sub specieb⁹ descēdit: ⁊ manet: donec manet forma panis: nec tn̄ ex hoc corp⁹ xp̄i polluit̄: aut digerit̄: seu in partes discerpit̄: sicut nec in sumptiōe ei⁹ ab hoīe: qꝛ corp⁹ xp̄i nec attingi pōt: qꝛ est sub specieb⁹ ꝓ dimēsiue: nec ledi aut inquinari: qꝛ est gloriosum. Vtrū autem mus debet dici in casu ꝙ māducet corpus xp̄i: alia questio est: ⁊ videt̄ Alex. dicere ꝙ nō māducat corpus christi sacramētaliter qđ verū est nec pprie carnaliter: qꝛ nō attingit corpus: sed tn̄ species. Māducat tn̄ eo mō carnaliter: qꝛ māducat id sub quo veraciter ꝯtinet̄: de quo. s. cū ageret̄ de fractiōe. lec. lxxx. ¶ C Scđa opinio dicit: ꝙ corp⁹ xp̄i sumptū ab hoīe: nō solū ibi manet quousqꝫ in stomachū spēs traiciunt̄: ꝙdiu spēs manēt in forma: qualī possent conseruasse subam panis: sꝫ vltra manet: donec refectionis opatio cōpleat̄. Allegāt ad hoc dictū Bede: ⁊ habet̄ de ꝯse. dis. ij. si q̄s. iij. vbi dicit. Si q̄s p ebrie

Intrare in ventrē dupliciter dicit̄

Aliqđ intrare in alam dupliciter cōtingit

Vera opi

tatem ꝛ voracitatē eucharistiā euomuerit: qua-
draginta dieb' peniteat: ergo corpus xp̄i potest
euomi. qd̓ ꝓ euomit: in vētre ad tp̄s fuit: et nō
statim sumptū desinit esse. ¶ Tertia opinio te-
net: ꝙ corp' dn̄i traijcit̄ ꝛ in vētrē vadit: sed ma
net tn̄ quousqʒ est in sumpto esse. i. q̄diu est in
motu descēsionis ad stomachū: ꝛ receptū i stoma
chū: statim desinit esse sub illis spēb' priusq̄ trās
mutent̄ moueat̄: q2 si maneret in ventre vsqʒ ad
cōpletā refectionē: aut specierū plenā alteratio
nē: deberet adorari in vētre sumētis: qd̓ non dr̄
¶ Quarta opinio est: q̄ ponit: ꝙ solū tādiu ma-
net corp' xp̄i sub illis specieb': q̄diu aliquo sen
su ꝑcipiat̄: visu scʒ vel gustu: vel etiā tactu. Cum
aūt ip̄a hostia sumit̄: ꝛ p guttur in vētrē traijcit̄
corp' xp̄i ibi desinit esse: nec sub ipsa ampli' cō-
tinet̄. Hui' snīe dicit̄ fuisse Hugo. li. j. de sacra.
par. viij. ca. xiij. q̄ de hac materia ita scribit. Sʒ
forassis dicit tibi cogitatio tua: q̄d fiat de corp̄e
xp̄i postq̄ sumptū fuerit ꝛ comestū? Et sequit̄.
Audi ergo. Corporalē p̄ntiā xp̄i querꝭ? In celo
quere: ibi xp̄s est in dextera patris sedēs: ꝛ tecū
ad tp̄s esse voluit: qn̄ aut q̄diu necessarium fuit.
Exhibuit tibi ad tēpus corporalē p̄ntiā suā vt p
illā te ad sp̄ualē excitaret. Ideo corporaliter ad
te venit: ꝛ exhibuit tibi ad tp̄s corporalem p̄sen
tiā: suā vt p illā sp̄ualis inueniret̄ que nō auferre
ret̄. Ita per carnē assumptā olim in mundū ve-
nit: ꝛ ſm p̄sentiam corporalē ad tēpus cū hoi
bus cōuersat' est: vt eos ad sp̄ualē presentiā que
rēdā ꝛ inueniendā excitaret. postea cōpleta di-
spēsatione ſm corporalē p̄ntiā recessit: ꝛ ſm spi
ritualem presentiā remāsit. Vn̄ ait. Ecce ego vo
biscū sum oib' dieb' vsqʒ ad cōsummationē se-
culi. Sic ergo in sacramento suo ꝯpaliter venit
ad te: ꝛ est corporaliter tecū: vt tu p corporalem
p̄sentiā ad spiritualē querendā excitaris: ꝛ inue
niendaʒ adinueris. Qn̄ in manib' sacr̄m tenes
corporaliter tecū est: qn̄ ore suscipis: corporali-
ter tecū est. qn̄ mādueas ꝛ qn̄ gustas: corpaliter
tecū est. Deniqʒ in visu: i tactu: in sapore: corpo
raliter tecum est. Quadiu sensus corporaliter af
ficit̄: presentia ei' corporalis nō aufert̄. postq̄
autem sensus corporalis in perceptione eius
deficit deinceps corporalis p̄ntia eius querēda
nō est: sʒ sp̄ualis retinenda. Dispēsatio cōpleta
est: pfectū sacr̄m int' manet: xp̄s de ore ad cor
transit. Meli' est tibi vt eat in mētē tuā q̄ in vē-
trē tuū. Cib' iste aīe nō corporis est: noli in ipso
querere cōsuetudinē cibi corporalis. Venit ad
te vt comedat̄: nō vt ꝯsumat̄. Venit ad te vt gu-
stet̄: non vt incorporet̄. Ore comedit̄: stomacho
nō digerit̄. ¶ D. Augustin' vocē de celo audi-
uit: q2 hoc illi a terrenis dici aut r̄nderi non po
tuit. Cibus sum grādiū: cresce ꝛ mādueabis me
non vt me mutes in te: sicut cibū carnis tue: sed
tu mutaberis i me. Itaqʒ prudēter discerne q̄d
in sacr̄o dei sensib' exhibitū sit: q̄d sp̄ui accōmo
datū. Etiā vt solet: si post cōpletā ꝑceptionē ali
q̄d iterato senseris in hoc q̄ spēs ad ꝓprietates
sensui famulant̄: vt veritas similitudinis vbiqʒ cō
seruet̄. Nā si in aliquo: quātū scʒ sensui exhiben
dū est similitudo deficeret: illic procul dubio sacra
mentū nō esset: ꝛ sʒ res ipsa ꝓderet̄ euidēti mira-
culo qd̓ nō cōuenit q̄diu fides locū habet. post
hoc ergo si corporalem presentiā christi: queris
in celo quere. Ibi quere: vbi ꝛ pri' fuit q̄ p sacra
mentū suū corporaliter tecū esse inciperet: ꝛ vn-
de nō discessit qn̄ ad te venit. Hec Hugo. Oēs il

le quatuor opiniones (ait Alex.) in hoc consen
tiūt: ꝙ tādiu est corpus xp̄i in illis speciebus q̄
diu est ratio sacramēti. In ratione aūt sacramē
ti alterant̄. Primi dicūt ꝙ spēs panis cōsecrati
tādiu est sacr̄m: q̄diu est spēs panis cū virt' con
secrationis ipsam respiciat ſm ꝙ est ipsi' panis:
ꝛ vbi manet q̄diu species ille sunt ordinabiles
ad refectionē. Vn̄ dixerūt ꝙ in vētrē vadit: ꝛ nō
q̄ desinit ibi esse illa ꝓprietate salua. ¶ E Se
cūda opinio dicit: ꝙ rō sacramēti tādiu saluat̄:
q̄diu species habilis est ad mādueationē huma
nā. Ideo eīn̄ instituta est species vt sit sacramen
tū: ꝛ ad hoc ordinat̄. Habet aūt hoc qn̄ est extra
et in stomacho. ¶ Tertia opinio dicit: ꝙ tādiu
saluat̄ ratio sacramēti quousqʒ recipiat̄ in vsuʒ
mādueationis: ꝛ qn̄ mādueatio cōpleta est: tūc
sacramētū nō est: sed fuit. Mādueatio aūt com
pleta est qn̄ descēdit i stomachū. ¶ Quarta opi
nio dicit: ꝙ q2 sacr̄m ē signū: ꝛ signū est qd̓ se of
fert sensib' ꝙ tādiu spēs est sacramentum: q̄diu
nata est sentiri ab aliquo sensu: ꝛ iō cū deficit ꝑ-
ceptio sensuū: deficit rō sacr̄i: ꝛ p̄sentia corpora-
lis xp̄i. ¶ Et p hoc dicit Alex. ꝙ pria opinio sit
simpl'r vera: q2 manētib' specieb' quocūqʒ de-
ferunt̄: siue ad os muris: siue suis: vel ad aliū lo
cū immundū: manet rō sacramēti: ꝛ sic nō desi-
nit xp̄s sub eis. ¶ Scd̓a opinio dicit Alex. quo-
ad hoc vera est: q2 dum species sunt in suo vero
esse: ꝛ ordinabiles ad refectionē: nō desinit esse
sacramentū. Sed ꝙ ibi sit corp' xp̄i quousqʒ sit
cōpleta refectionis operatio vel nō existētibus
specieb': in ꝓo esse suo ꝑmanet opatio refectio-
nis: nō videt̄ verū nec verisile. ¶ Tertia opinio
vera est ſm ꝙ tūc dicit̄ esse sumptio cōpleta: qn̄
speciebus cōsumptis christus transit in animā
ſm aūt ꝙ sumptio dicit̄ completa facta degusta
tiōe siue deglutitiōe: nō est vera. ¶ Quarta opi
nio vera est: si intelligat̄ ꝑceptio sensuū quātuʒ
ad aptitudinē. i. manētib' specieb' in ea dispo-
sitione in qua possent dep̄hēdi ab aliquo sen-
su ꝙ esse spēs panis. Et ad hunc sensum videtur
tendere verba hugonis: si bene intelligant̄: alio
quin si actualem sensus ꝑceptionē intelligeret
spēs reseruate in pixide non essent sacramētuʒ:
dum nullus sensus hoīs adest. Et sic intelligen
do illa quarta opinio nō differret a prima. ¶ F
Huic opinioni prime q̄ est Alexandri: cōcordat
sanctus Thomas ꝛ Richar. Duran. ꝛ communi Thomas.
ter moderniores doctores. Unde dicit sanctus
Thomas in quarto scripto. q. ij. dist. ix. vbi que
rit: vtrum peccator manducet corpus christi sa
cramentaliter. ꝛ consequenter. Utruʒ creatura
irrationalis sumat aliqualiter corpus xp̄i: puta
mus vel porcus. Respondet in primo ar. Quidā
dixerunt corpus xp̄i ſm rei veritatem a pecca-
toribus nō sumi: quia q̄ cito labijs peccatoris
tangitur: desinit sub speciebus esse corpus chri
sti intantū dignitati sacramenti deferentes: ꝙ
derogabant veritati. Si eīn̄ vere corpus christi
sub speciebus erat: per cōuersionē panis et vini
in substantiā corporis christi: speciebus manen
tibus: nō pōt esse ꝙ desinat ibi esse corpus xp̄i:
nisi per aliquā contrariam mutationem ei' qd̓
prius cōuertebatur in corpus christi. Et q2 ibi
nō manent nisi species: que ad vtrāqʒ naturam
cōmuniter se habēt: sicut subiectū in naturalib'
mutationibus duabus formis quas successiue
suscipit. Ideo q̄diu species non mutant̄: nullo
mō desinit ibi esse corp' xp̄i. Sicut nec in muta

tionibus formalibus: forma introducta desinit
eē in subiecto: donec subiectū ad formā aliā trās
mutet. Species aūt nō sic trāsmutāt: nisi ab eo
qd̄ trāsmutaret substātiā panis ⁊ vini: si ibi esset
qd̄ solus tactus labiorū vel diuisio q̄ est per den
tes: vel traiectio in ventrē nō faceret: sed sola di
gestio q̄ est a calore naturali cōuertēte cibū. Et h̄
pꝫ ꝙ veritati sacramenti derogat q̄ dicit: ꝙ ad
solū tactū labiorū desinit esse corpus xp̄i a pecca
tore sumptū. Et iō hac opinione de medio tāq̄
heretica sublata: ei⁹ cōtrariū ab oībus tenet. Ex
eodē fundamēto dicit in.iiij.ar.ca.q. Dicēdū ꝙ
verū corpus xp̄i manet adhuc sub speciebus a bru
ti ore acceptis: ⁊ in vētrē traiectis. Richar. simi
liter ea.dist.q.j. Corpus xp̄i verū sub specie rea
liter cōtentū sumit: sed sic sumptū corporaliter
nō masticat: tm̄ nisi species tādiu in ore masticē
tur: ꝙ p digestionē ibi factā corrūpat in eis for
ma ppria: sed descēdat in ppria forma in stoma
chū corp⁹ xp̄i: in stomachū descēdit p descensuz
speciei sub qua cōtinet q̄diu in ea speciei forma
ppria saluat. Sed p virtutē māducātis nō vnit
māducāti: sꝫ p ip̄m māducās vnit spūaliter xp̄o
capiti: si digne māducat. Hec Richar. ¶ Cū Sa
tis cōcordat Bonauē. excepto ꝙ videt sibi dero
gare sacramēti dignitati: etiā pias aures abhor
rere audire: ꝙ corpus xp̄i sit in vētre muris: aut
in cloaca: iō opinionē tenentē ꝙ corpus xp̄i nō
descēdit in ventrē muris: sed sumptū a mure de
finit esse: ⁊ substantia panis redit: tāq̄ honestio
rē pfert ⁊ rōnabiliorē. Rōnē addēs: q: xp̄s nō
est sub sacramēto nisi catenus quo est ordinabile
ad vsum humanū. s. ad manducationē: sed cum
fuerit in ore vel ventre muris: nō est ordinabile
ad vsum māducationis humane. ⁊ sic desinit ibi
esse sacramentū ⁊ corpus xp̄i. Sed rōnē hāc sol
uit beat⁹ Tho. p hoc. Primo q: p̄supponit falsuz.
Cū eñ nō statim species cōuertunt in aliud tra
iecte in ventrē: possunt adhuc de ventre extrahi
alalis: ⁊ in vsum venire hois. Scdo: q: q̄uis ali
q̄d ordinet ad vsum aliquē: nō tn̄ opꝫ ꝙ esse de
ficiat qn̄ q̄s eo vti nō pōt. ¶ Inter oēs has opi
niones opinio Alexādri Thome Richardi videt
verior ⁊ cōmunior. Et s̄m illam r̄ndet ad rōnes
aliarū opinionū. ¶ Ad rōnē scd̄e opi. qua addu
cit Beda de sacramēto: qd̄ p vomitū est emissuz:
dicit ꝙ argumentū illud est p respōsione: q: ar
guit ꝙ sacramentū etiā nō solū intrat vētrē: sed
etiā manet in ventre ad tēpus. Si vero extendit
ꝙ etiā manet post specierū alterationē ⁊c. nihil
arguit argumentū. Tn̄ si eiicit p vomitū: ⁊ discer
ni pōt species panis ab aliis cibis simul emis
sis: ⁊ sumi pōt sine nausea ⁊ periculo vomit⁹ ite
rati: tūc debēt sumi sicut verū sacramētū: ne am
plior fiat irreuerentia sacramēto p incineratio
nē. s. si aūt sunt nauseales: honorifice recōdi de
bent cū aliis reliquiis. ¶ Ad illud tertie opi. de
adoratione in vētre dr̄: ꝙ añ sumptionē a sumē
te est adorandū: post sumptionē gratiarū actio
nibus est vacādū p beneficio accepto. Ubicūqꝫ
aūt credit esse: siue in ventre suo: siue in ore viri
vel mulieris: ibi est venerandū ⁊ adorandū inte
rius in aīa: sꝫ nō exterius in opere: maxime dū nō cō
Mat.xv. stat q̄diu sit in vētre. Et si replicaret. Omne qd̄
intrat in os: in ventrē vadit: ⁊ in secessum emit
tit: sed corpus xp̄i non emittit in secessum ergo
nec intrat in ventrē. Dicit ꝙ p idē pbaret: ꝙ nō
intraret in os: ⁊ sic a nullo sumeret nec comede
Joha.vj. ret. Cōtra illō. Accipite ⁊ comedite. Itē: Nisi mā

ducaueritis carnē filij hois ⁊c. Iō dr̄ ꝙ domin⁹
(Matth.xv.) loquit de cibo corporali: q̄ accipit
ad refectionē corporis: ille intrat in os ⁊ ventrē et
s̄m partē emittit in secessum. Corpus aūt xp̄i lꝫ
sumat in ventrē: nō tn̄ manet vsqꝫ ad cōpletā di
gestionē p quā cibi sumpti (quantū ad ea q̄ im
pura fuerūt) in secessuz mittant: q: pri⁹ species
a sua naturali forma ⁊ pprietatib⁹ sub q̄b⁹ stare
potuisset substantia panis: alterant. Et s̄m hoc
verū est verbū Amb. li. de sacra. ⁊ ponit de cōse. Ambro.
dist.ij. nō iste. vbi ait. Nō iste panis est qui va
dit in corpus: sed panis vite eterne: q̄ aīe substā
tiā fulcit. Nō eñ vadit in corpus p conuersionē
ei⁹ in substātiā aliti corporis. Sic q̄dē vadūt spe
cies s̄m modū tactū. s. lec.xlv. sed fulcit substan
tiā aīe: nō intrādo p corporalē vnionē: sed p esse
ntiā: vt. s. dictum est. Hec de prima parte dubij.
¶ M Ad secundā ei⁹ partē: qua quesitū est: dū
xp̄i corpus spēs relinquit: ipsis videlicet altera
tis: vbi maneat: aut quo moueat. Dicit p̄mo: ꝙ
desinentib⁹ speciebus nō desinit esse corpus xp̄i.
Si q̄dē gloriosum est ⁊ incorruptibile: s̄m illud
apostoli frequēter allegatū. Christus resurgens
ex mortuis: iā nō non morit ⁊c. Nec s̄m dicta in
r̄nsione ad primā dubij pꝫ manet in stomacho
corruptis speciebus: q: iuxta statutā legē corp⁹
dn̄i nullibi esse credit: nisi in celo manifeste s̄m
dimēsiones proprias: ⁊ formā ppriā ⁊ gloriosam.
Et in sacramento velatū speciebus sacramentali
bus s̄m dimensiones panis ⁊ vini: hoc est in lo
co quo fuit substantia panis ⁊ vini: nō tn̄ dimen
siue: sicut ibi fuit panis ⁊ vinū. Et dr̄ s̄m legē sta
tutā: q: preter legē cōem: posset se personaliter
ostēdere alicui: vt dn̄s occurrit petro querēti. Dn̄e
quo vadis? Sic ⁊ aliis nōnullis sanctis adfuisse
in extremis legit: vt scribit beat⁹ Hiero. ad Pau
lā de transitu virginis gloriose. Nec etiā dimit
tēdo species mouet ad aliū locū: q: in nullo alio
loco est nisi in celo. Non aūt euolat de loco spe
cierū alteratarū ad celū: q: in celo māsit qn̄ sub
sacramento esse incepit. Incipiens eñ esse in sa
cramēto: nō deseruit celū: vt dictū ē lec.xlvj. pp̄e
finē. Etiā s̄m verbū Hugonis statim. s. allega
tū. Ita corrupto sacramento nō redit ad celum.
Nō eñ redit ad celū in quo prius est a quo nō re
cessit. Ubi ergo manet? Manet in celo: vbi p̄fuit
añq̄ ad sacramentū veniret: a quo nō recessit dū
ad sacramētū venit. Ubi q̄so manet aīa rōnalis:
cū amputat man⁹ hois? Nō corrūpit: q: ppetua
est. Nō manet in manu abscissa: q: aīa s̄m ppriā
naturā nō pōt informare materias seu corpora
discōtinuetas vel discontinuata. Nec pari rōne
trāsit ad aliud corp⁹. Nec redit ad corp⁹ cui⁹ ma
nus fuit pars: q: ab illo corpore nō recessit. Ubi
igit manet? Manet in corpore in quo fuit ante
abscissionē manus. Sic corpus xp̄i corrupto sa
cramento manet in celo in quo fuit anteq̄ cor
rūperet sacramentū per specierū alterationem.
Et licet cōtradictoria verificent successiue de cor
pore christi: q: de presente speciebus fit nō pre
sens speciebus: nō tn̄ hoc fit per mutationē ali
quā acquisitiuā vel deperditiuā forme alicuius
corpori xp̄i inherentis: sed p mutationē corru
ptiuā spērū. Sicut si manēte iohāne in loco suo
immobili: musca moriat capiti suo icidēs. Johā
nes p̄lo fuit cōtigu⁹ musce: scd̄o nō fuit cōtigu⁹
musce sine mutatiōe iohānis. Nisi diceret ꝙ p̄n
tia localis esset accidēs respectiuū in eo ꝙ p̄ns
est alicui: q̄ p̄ntia corrūperet per corruptionem

specierū. Sed illā opinionē hactenus secuti nō sumus. Verū corpus xp̄i ꝑ corruptionē specierū mutat localiter q: deserit locū quē habuit. s. locū cōtinentē species: q̄ manet in speciebꝰ corruptis: sine tm̄ acquisitione noui loci. Sicut in cōsecratione mutatū est localiter acquirendo nouum locū sine deperditione loci prioris. Et ista mutatio localis nō est ꝑcise ex corruptione specierū: sed q: nō manet in loco specierū: q̄ locus manet speciebꝰ corruptis: ꝛ ista mutatio est ꝑ ꝓpriā mutationē localē corporis xp̄i: quo mutari potuisset etiā manētibꝰ sacramentalibꝰ speciebꝰ sicut haberi pōt ex lec. xlv. prius allegata. Qḋ si hec ab oībus capi nō pn̄t: q̄si agni reliq̄e ignis potestati ꝛ oīpotentie spūssancti tradant: ꝛ q̄ intellectu capere nō possumꝰ: simplici fide credamus: altiora nostrū intellectū excedētia ne queramꝰ: ne velut scrutatores maiestatis opprimamur a gloria. Tantū de primo dubio. ¶ I Quātū ad secūdū dubiū: vtrū ppl's fidelis participaturus eucharistiā: teneat eā sumere sub vtraq3 specie. Et videt ꝙ sic. Nā dn̄s sacramētū hoc in-

j. Cor. xj. stituēs ꝑcepit post traditionē calicis. Hoc facite quotienscūq3 biberis in meā cōmemorationē. Itē Ioh. vj. Nisi mādu caueritis carnē filii hoīs: ꝛ biberitis eiꝰ sanguinē: nō habebitis vitā in vobis. Itē hic fuit mos ꝛ ritꝰ in ecclesia primitiua:

Ibidem. vt pꝫ ex ep'la Pauli. vbi dicit. Probet aūt seip̄m hō: ꝛ sic de pane illo edat: ꝛ de calice bibat. In oppositū est cōis ritꝰ ecclesie romane. Olim q̄stio illa poterat esse dubia: sed nunc post determinationē cōcilii Cōstantien. veritatē catholicā determinantis: dicere cōmunionē sub vtraq3 specie esse de necessitate salutis oī fideli: est heresis ibidē publice cōdēnata: ꝛ idō supfluū est: imo nūc velle ad ꝓbationē opposite veritatis multū niti cū oī humana ꝓbatione maior est ecclesie autoritas: in cuiꝰ fidei obsequiū: intellectū nostrū captiuare tenemur. Verū ad intellectū huiꝰ veritatis sicut ꝛ ceterorū fide creditorū: nō inutile est: neq3 presumptuosum aliqua differere: vel veriꝰ ꝑ alios luculēter elaborata cōportare. Pro quo tū deductiōe suppono qḋ in principio huiꝰ collecture deductū est: videlicet ꝙ circa sacramētorū ministrationē: quedā sunt de necessitate sacramentorū: ꝛ de iure diuino: sic ꝙ nulla autoritate vel consuetudine oppositū induci possit. Quedā vero de necessitate ꝑcepti iuris humani ꝛ positiui: vt in ꝓposito forma ꝯsecrationis certa a xp̄o est ꝑscripta: ꝛ materia certa ab eo determinata: panis. s. ꝛ vinum. Silr̄ ꝛ minister: puta sacerdos ordinatus. In quibus ecclesia nihil hꝫ immutare: nec aliud cōsuetudo pōt inducere. Multa ꝓ ꝓ sacramēti reuerētia cōmisit dn̄s suis discipulis: ꝛ eorū successoribꝰ determinādā: q̄ ꝓ diuersitate tēporū ꝛ causarū circūstantiarūq3 mutationē accipiunt. Sicut ꝙ ad tēpꝰ ecclesia primo cōfecit i azymo pane: post causa emergēte celebrauit in fermentato: ꝛ demū iterū in azymo: vt. s. lec. xxxiiij. ostensum est. Sic ꝙ celebret in ecclesia ꝛ altari ac vasis vestibusq3 cōsecratis: ꝛ ieiuno stomacho: ꝛ cū ceteris cerimoniis ꝛ orōnibus ex ecclesie institutione ordinatū est. Que ex rōnabilibus causis ecclesia mutare posset in toto vel in parte: ꝛ mutata sub ꝑcepto tradere: sic ꝙ tunc hō peccaret faciēdo illud in quo nunc meret. Videndū ergo est: vtrū cōio sub vtraq3 specie emanauerit a ꝑcepto diuino indispēsabili: an nō. Si primū: certū est ꝙ ꝑ nullā ecclesie cōstitutionē: aut

ꝯtrariā ꝯsuetudinē (q̄ magis corruptela foret) tolli posset. Si scḋm: tunc in dubiū nō venit: quin ex rōnabilibꝰ causis mutari posset. ¶ L3 Est ergo circa hoc hec ꝓpositio. Cōmunicatio eucharistie sub vtraq3 specie: a xp̄o nō est ꝑcepta gn̄aliter oībꝰ fidelibꝰ indispēsabiliter. Pꝫ hec ꝓpositio: q: hoc ꝑceptū vel colligeret ex institutiōe huius sacramēti: q: sub duplici specie ip̄e instituit. Aut ex eiꝰ dispēsatione: qua suis discipulis dispēsauit. Aut ex manifesto ꝑcepto: qḋ vel añ institutionē: aut in ipsa cena: aut post cenā dedit. Sed nullū horū dici pōt. Ergo ꝓpositio vera. Consequētia nota: ꝛ añcedēs est sufficiens diuisio. Nā aliꝰ modꝰ ab illis non est dabilis. Minor ꝓbat. Nō tertiū: q: nullū tale ꝑceptū legit dn̄s dedisse neq3 ꝑ se: neq3 ꝑ ap'los. Nec primū aut secundū q: l3 sub vtraq3 specie instituit ꝛ dispēsauit discipulis (quos iā in sacerdotes ordinauerat dn̄s) eucharistie sacramētū: ex illo tm̄ cōuinci nō pōt: ꝙ sic ab oībus sumi debere oībꝰ demandauerit. Multa q̄ppe in institutione eiꝰ: ꝛ in dispēsatiōe qua discipulis suis sumēdū tradidit: obseruauit q̄ ꝑ hoc nec eis vniuersaliter: nec aliis gn̄aliter obseruari mādauit: vt ex deducēdis apparebit: sicut ꝛ q̄ dn̄s discipulis ꝛ eorū successoribꝰ spāliter ꝛ nō oībꝰ fidelibꝰ tradidit. Nā solos discipulos tūc p̄ntes sacerdotes ordinauit: dicēs. Hoc facite ꝛc. de quo. s. lec. iiij. Ipsi deniq3 discipuli: sacerdotes: ꝛ eorū successores presbyteri: nō ex facto xp̄i: s3 mādato ecclesie ad sumēdū sub vtraq3 specie sūt obligati. Soli em̄ sacerdotes hodie in ecclesia (saltē latina) corpꝰ ꝛ sanguinē participāt sub distinctis spēbꝰ. Nō tm̄ inducti ad rememorandū xp̄i passionē: cuiꝰ ipsi sunt ministri spālr i ecclesia deputati: s3 ob ꝑceptū ecclesie ip̄os ad hoc faciēdū obligās iuxta ca. cōperimꝰ. de cōsec. dis. ij. vbi ḋr. Cōperimꝰ ꝙ q̄dā sumpta tm̄mō corporis sacra portione: a calice sacri cruoris abstineāt: q̄ ꝓculdubio (q: nescio qua docent supstitiōe astringi) aut integra sacramēta ꝑcipiāt aut ab integris arceant: q: diuisio vniꝰ eiusdēq3 mysterij: sine sacrilegio grādi nō pōt ꝓuenire. Hic aūt canon secūdū glo. ꝛ doc. cōiter: tm̄ sacerdotes respicit. Qḋ ꝛ pꝫ ex rubrica q̄ ꝑmittit: q̄ est hec. Corpus xp̄i sine eiꝰ sanguine sacerdos non dꝫ accipere. Vñ ꝛ sacerdotes vt eo expressius ꝛ distinctius memoriā agāt passionis dn̄ice: ꝓ cuiꝰ distinctiore memoria sub duabꝰ specieb' eucharistia instituta est: etiā cū ad offerēdū ꝛ māducandū accedūt: variis vtunt cerimoniis: in replicando cruces añ ꝛ post cōsecrationē: q̄ xp̄m crucifixū repñtāt. Vtunt q3 sacratis vestibꝰ: ad significādū q̄dā gesta ꝛ passa ꝑ xp̄m: vt pꝫ ex eorūdē expositionibꝰ supra factis: q̄ nō fiūt ꝑ laicos sacramētū sumētes de sacerdotū manibus. ¶ L Sic nec dn̄s aliōs q̄ suis discipulis: q̄s sacerdotes ordinauit: legit sacramētū sub duplici specie porrexisse. Quō aūt deinceps: ꝛ quo ordine a fidelibꝰ sumendū foret: eisq3 ministrandū: vtrum sub vna vel sub duplici specie ap'lis reliquit ordinandum: sicut beatus Augu. in. c. liquido. de cōsec. dist. ij. in simili dicit de ieiunio. Neq3 q: dn̄s post cibos discipulis dedit: ꝓpterea prāsi aut cenati fideles: ad illud sacramētū ꝑcipiēdū debēt cōuenire. Et post modicū. Nā si ille h' monuisset Augusti. vt post cibos acciperet: credo ꝙ illū morē nemo I mutasset. Idq3 nō ꝑcepit q̄ deinceps ordine sumeret: vt ap'lis ꝑ quos dispositurꝰ erat ecclesias seruaret hunc locū. Ita ꝛ in ꝓposito dicit ꝙ xp̄s

distribuit discipulis suis sub vtraqꝫ specie corpꝰ
ꝛ sanguinē: nō tñ ordinauit ꝛ precepit: ꝙ ipsi ce-
teris quibuscūqꝫ sic ministrarēt. Vñ nec de aliquo
ipsoꝝ legit̃: ꝙ hmōi cōmunionē sub duplici spē
practicauerit quoad laicos: vel ꝙ ipsis preceptū
Act.ij. de sic cōicando sit traditū. Vñ Act.ij. legit̃ de cō
uersis ad fidē ꝑ aplos. Erāt aūt ꝑseuerātes in do
ctrina aploꝝ: ꝛ cōicatione fractionis panis. In
fractiōe .s. panis ſm glo. vt exponit magr̃ hist.
in scholastica historia .i. eucharistie: vbi nulla fit
mētio de sumptione calicis. Veruntamen aposto
lus Paulus narrat corinthijs qualiter sub du-
plici spē xp̄s hoc sacrm̄ instituit: di. Ego enī acce
pi a dño qđ ꝛ tradidi vobis: qm̄ dñs iesus in qua
nocte tradebat̃: accepit panē ꝛ gratias agēs ꝛc.
Et post. Silr̃ ꝛ calicē postꝙ̄ cenauit. Deinde qꝛ
vsus fuerat corinthijs sub duplici specie cōicare
quē ritū ipse nō interdixit: sed ꝑmisit: cū in nul
lo erat cōtrariꝰ euāgelio: ipsos exhortādo vt cōi
cent in memoriā passionis dñice subiūxit. Quo
tienscūqꝫ mādacabitis panē hūc: ꝛ calicē bibetis
mortē dñi annūciabitis donec veniat: scꝫ ad iu-
diciū: q̄si di. Cū volueritis corpꝰ dñi mādacare
ꝛ calicē dñi bibere: hoc facite in memoriā dñice
passionis: qꝛ sic xp̄s in cena ministrans discipu
lis: ipsos hortabat̃ vt in memoriā sui hoc idē qđ
ipse fecerat: ꝑagerēt. Nec ex toto illo ꝓcessu pau
li elici pōt: ꝙ de sumptiōe corꝑis ꝛ sanguis sub
duplici spē dñs dederit preceptū oibꝰ sic mādacā-
di ꝛ bibēdi. Nec etiā tradi potest ꝙ ipsemet pau
lus hoc preceperit: sꝫ (vt dictū est) narrans factuꝫ
xp̄i in cena: hortat̃ vt dū ipsi mādacāt ꝛ bibunt
de morte ꝛ passiōe xp̄i recordent̃. Qđ si apl̄s hāc
cōicationē corporis ꝛ sanguinis sub vtraqꝫ spe-
cie necessariā esse fidelibꝰ ad salutē ex precepto re
putasset: nō videt̃ quin expressius hoc scripsisset
tā corinthijs ꝙ̄ alijs fidelibꝰ: quibꝰ suas trāsmi
sit eplas: ꝛ maxime romanis q̄ caput mūdi erāt
Ipse tñ eūi ritū hūc obseruabit: nō qꝛ de precep-
to debuit: sed qꝛ ex facto xp̄i: hūc obseruare po
tuit: ꝛ ꝛ greci hūc ritū cōicādi ab apl̄s suscepe
rūt: quē seruare dicunt̃ his diebꝰ. ¶ M Et ita
etiā dato ꝙ ceteri apl̄i, ꝛ fideles in primitiua ec-
clesia cōicauerint sub vtraqꝫ specie: qđ tñ nō le-
git̃: sꝫ neqꝫ ꝯstat hūc ritū fuisse totiꝰ ecclie vni-
uersaliter: lꝫ legat̃ in multis particularibus ec-
clesijs obseruarꝰ: tñ tūc sic cōicabāt ꝓpter xp̄i fa
ctū nō ꝓpter xp̄i preceptū: q̄si ad hoc de necessitate
salutis fuerint obligati. Nō enī (vt dictū est) fa-
ctū xp̄i obligationē semꝑ īducit ad silr̃ faciēdū.
sicut in multis est videre. Ipse multa operatꝰ est mi
racula: in quo eū imitari nec obligamur nec pos-
sumꝰ. Silr̃ opa supererogatiōis ꝛ ꝑfectiōis in gra
du summo ꝛ ꝑpetuali virtutis exercuit. In altissi-
ma paupertate: in virginali ꝛ clarissima castitate: in
quadraginta dieꝝ oīmoda abstinētia ꝛ ieiunio virtā
duxit. In pasca. Pasca cū discipulis mādacauit:
ꝛ post cenā discipulos cōicauit. Ad quoꝝ aliorū
qꝫ plurimorū imitationē minime obligamur.
Vñ ꝛ ait discipulis. Qui pōt capere: capiat. Unde
ecclia ex rōnabilibꝰ causis aliq̄ hoꝝ statuere pōt
Silr̃ ab hmōi obseruātijs cessare ꝛ potuit et de
buit: ex nouis causis ꝛ casibꝰ. Sic in primitiua
Act.iiij. ecclia oēs fideles vixerunt cōiter: vt habet̃ Act.
iiij. Multitudinis credētiū erat cor vnum ꝛ aīa
vna. Nec quisꝙ̄ eoꝝ q̄ possidebat aliq̄d suū eē di
cebat: sed erāt illis oīa cōmunia. Nec possessio-
nes habebāt: sed habitas vendebāt: offerētes et
ponētes precia eoꝝ ante pedes aploꝝ. Nec tñ ex

hoc facto primitiue ecclie: oēs fideles ad similia
obligant̃. Itē in primitiua ecclia sacerdotes ꝛ le
uite vxoribꝰ vtebant̃. Vñ ꝛ paulꝰ in regula epali
Oportet epm̄ irreprehēsibilē esse: vniꝰ vxoris vi j.Timo.iij
rū ꝛc. filios habētē subditos. Et infra. Diacones
sint vniꝰ vxoris viri: q̄ filijs suis bñ p̄sint. In q̄
tñ nō solū nostri tꝑis epi: sacerdotes: ꝛ diaconi
nō imitant̃: sꝫ nec licite p̄nt. ¶ N Et ita dato in
nr̄o ꝓposito: ꝙ ritus ille cōionis sub vtraqꝫ spē
fuerit in primitiua ecclia vl̄r obseruarꝰ: qđ tñ ꝓ
bari nō pōt: ecclesia tñ ad hoc obseruandū nul-
latenus fuisset astricta: sꝫ laudabiliter cessare po
tuit ꝓpter diuersa pericula: q̄ multiplicato fide
liū nūero: cōtigerūt. Et ita cessasse credit̃ vsus
cōmunicādi sub vna specie panis ad laicos ꝛ sa
cerdotes nō celebrātes introductꝰ. Et taliter ho
die a cūctis fidelibꝰ obseruat̃ ꝑ totā ecclesiā occi
dētalē: exceptis paucis scismaticis: q̄ se ab hmōi
generali obseruātia subtrahūt in periculū ꝛ dā
nationē suarū aīarū: maxime si duꝫ frequētant
hmōi cōionē sub vtraqꝫ spē tanꝙ̄ necessariā ad
salutē: ꝯ ḡnales ecclie determinatiōes factas in
nouissimis cōcilijs vniuersalibꝰ Cōstantien. et
Basilien. Neqꝫ vsus ille sub vna specie cōicandi
nouꝰ est: sꝫ antiquꝰ: ꝛ tāti tꝑis ꝙ ipsiꝰ initiū ne-
qꝫ est in memorijs hoīm: neqꝫ in scriptis docto
rū: nec in annalibꝰ scribentiū reꝑit̃. Ea propter
merito vt decēs: vtilis: ꝯgruꝰ: ꝛ rōnabilis obser
uabit̃: qꝛ impiū est cogitare: ꝙ xp̄s qui ecclesiaꝫ
sibi in spōsam suo ꝓprio sanguine copulauit: ꝑ-
miserit eā periculose errasse ꝑ tāta spacia tꝑoꝝ
ꝛ annoꝝ. ¶ O Assignāt aūt doc. Alex. de ales.
parte .iiij. q. .liij. scḋs Tho. Boñ. ꝛ post eos Can
cel. paris. Gerson in tractatu suo: quē de hac ma
teria in ꝯcilio Cōstantien. scripsit: causas ꝙ̄ plu
rimas cur scā ecclia hūc ritū introduxit: ꝛ lau-
dabiliter ꝯtinuat ꝛ cōtinuabit. Vna vt euitet̃ pe
riculū distillationis ꝛ effusionis sanguinis xp̄i
q̄ nō nisi cū maxima cautela ꝛ ꝓuidētia est tra-
ctādus ꝓpter fluxibilitatē specierū vini: sub qui
bus cōtinet̃: q̄ de facili ꝑit effundi: presertim in tā
ta pressura ꝛ multitudine cōmunicātiū: cū ad cōi
candū ꝑsepe conueniūt hoīes tremuli: barbati:
infirmi: paruuli: q̄ satis ꝓuide sanguinē sumere
nō p̄nt: quo de facili peccā ꝛ pericula grauia seque
rent̃. ¶ P Quātū aūt periculū: ꝛ ꝙ̄ graue sit stilla
tio vel effusio sanguinis xp̄i satis declarat p̄nia
sacerdoti iniūgēda: ꝑ cuiꝰ negligētiā gutta san-
guinis cadit in terrā vel in pallā altaris. iuxta
decre. pij pape: qđ ponit̃ de ꝯse. dist. .ij. Si ꝑ ne-
gligētiā. Vbi precipit̃ ꝙ cū de sanguine aliq̄d stil-
lauerit ꝑ negligētiā sacerdotis sup terrā: lingua
lābet̃: tabula radet̃: ꝛ rasura igne cōsumet̃ ꝛc. ꝛ: vt
infra .s.: sacerdos quadraginta diebꝰ peniteat tot
diebꝰ ieiunādo: ꝛ a celebratiōe abstinēdo: vt di-
cit glo. Si ergo tali negligētia accidēte: terra deꝫ
lābi: radi: ꝛ post rasurā in ignē ꝓiici et cōburi
ꝛc. Nunq̄d pepla mulierū: ꝛ barbe viroꝝ xp̄i san
guine madidata ignibꝰ veniūt tradēda? penitē-
tiā deniqꝫ talē laici nō sine grauamine: murmu
re: ꝛ cōtradictiōe susciperēt ꝛ ferrent. Rationa-
biliter igit̃ et caute ordinauit ecclia cōionē sub
speciebꝰ panis tñ ꝑcipi debere quoad laicos: et
vt irreuerētia ꝛ periculū euitet̃: ꝛ ppl̄s tam gra-
ui p̄nie nō exponeret̃: maxime cū oēm fructum
interiorē ꝯsequant̃ ex sumptione corporis et san
guinis sub vna spē: sicut sub duabus. Ex ista etiā
ꝯstitutione pij pape vehementer cōiecturari po
test: ꝙ cōsuetudo cōmunicādi sub vna specie est

vetustissime: ꝛ ab antiquo in ecclia obseruata.
Nā pius: decimus fuit papa post btm̄ petrū vt re
fert btūs Aug. in epl'a ad generosuꝫ. Et sedit in
cathedra petri circa annū cētesimū quinquage
simū tertiū. Qḋ si suo tpe fuisset cōsuetudo com
municādi populū laicalē sub vtraqꝫ spē: verisi-
militer puidisset de effusione sanguinis: q̄ ɔtin
gere possetm cōione laicoꝝ: sicut fecit de ecclie
ministris cū min⁹ puidi sint laici in sumptione
q̄ ecclie ministri. Itē periculū fuisset in cōserua
tione specierū vini p infirmis: p quib⁹ semp pa
rata haberi dꝫ eucharistia: vt dꝛ de cōse. disti. ij.
presbyter. De cui⁹ cauta custodia habeť in ca. q̄
bene. ea dist. periculū quidē in cōseruādo neve
terenť in acetū: ꝛ ita desinerēt esse sacrm̄. Ne cō-
gelarenť in hyeme. Ne bibiones ꝛ musce genera
renť in estate: aut ał's species corrūperenť: quā
tūcūqꝫ vas obstrueretť: ꝛ ita aut redderenť ad su
mendū abominabiles aut si spēs vini corrūpe-
renť: dareť infirmo occasio idololatrādi ꝛ sumē
di p sacro: qḋ nō esset sacrm̄. Periculū deferēdi
qn̄qꝫ etiā in equis ad loca remotiora vbi cade-
re posset sacerdos siue eques siue pedes. Itē q̄-
riť in quo vase fieret tāti vini cōsecratio: qḋ suf-
ficeret p decē aut viginti milib⁹ psonaruꝫ? Quō
de his vasis cōsecrādis: lauādis: tāgendis nihil
statuisset ecclia: q̄ tā solicite de altari: pallis: ve-
stib⁹ sacerdotalib⁹: calice ꝛ ceteris ordinauit: et
pdictis periculis nō subuenisset? Esset nihilo-
min⁹ sumptuosum in his regionib⁹: in quibus
vix inueniť vinū p celebratiōe: de lōginquo pre
cio charo deportari. Quō ergo nō de his oībus
disposuisset ecclia? Dato ergo q̄ in principio na
scētis ecclie cōis fuisset ritus cōicare sub vtraqꝫ
specie: ppter euasionē tātoꝝ periculoꝝ rationa
bilr ab illa cōione laicoꝝ sub vtraqꝫ spē cessasset
❡ Q Alia cā cessandi ab hmōi ritu: vt tollerē
tur errores q̄ ex cōione sub vtraqꝫ spē oriri fue-
rūt: ꝛ oriri potuerūt. Credere em̄ poterat cōis
ppl's ex tali cōione xp̄m nō esse totū verū ꝛ pfe-
ctū hoiem sub vna spē: nec tm̄ esse sub vna spē:
quātū sub duab⁹: sicut multi hereticorū de fctō
astruxerūt. Nestori⁹ em̄ sub spē panis tm̄ corp⁹
xp̄i esse dogmatizabat sine sanguine. ꝛ sub spe-
cieb⁹ vini sanguinē tm̄ sine corpe: p eo q̄ in pa-
rasceue corp⁹ fuit separatū a sanguine. Que rō
nil arguit: cū talis sit xp̄s in sacro: qualis est in
sua naturali cōsistētia. Et idē. Si apl's aliqñ in
parasceue cōsecrasset: sub specieb⁹ panis fuisset
corp⁹ sine aīa ꝛ sanguine: presertim post expira
tionē in cruce. Nūc aūt qꝛ xp̄s resurgēs ex mor-
tuis iā nō moriť: si cōsecrať: vtrobiqꝫ est viu⁹: er
go sanguis vtrobiqꝫ ꝛ corp⁹. Itē ad tollēdū erro
rē q̄ cōmunio sub vtraqꝫ specie sit laicis de sa-
lutis necessitate quē quidā deducere nisi sūt ex
verbis xp̄i. Nisi māducaueritis carnē filii hoīs
ꝛ biberitis ei⁹ sanguinē: nō habebitis vitā in vo
bis: vt in principio argutū est. Ex quib⁹ elicere
volūt: q̄ sit necessariū cuilibet hoī ad vitā etiam
sacramentaliter cōmunicare sub vtraqꝫ specie.
Sic referť de pelagio: qui occasione hoꝝ verbo
rū paruulis statim post baptismum corp⁹ ꝛ san
guinē sub vtraqꝫ specie ministrauit: q̄ et si spe-
ciē panis deglutire nō poterant: dixit ipsam cū
speciebus vini esse permiscendam: vt ita funde-
retur in ora puerorū. Et si fortassis quispiam
eiecisset: dicebat id esse cōburendū: innitens il-
li in Exodo. Si quid residuū fuerit cōburetis.
Multi preterea vltra pelagianos errātes occa
sione prefati textus (Johis. vj.) nō solū viuis sub
vtraqꝫ specie corpus ꝛ sanguinem dn̄i ministra
bant: sed etiā defunctis: vt refert Beda in qua-
dam homel. super Mattheū. ❡ R Ad horum
ergo errorū extirpationē et similium laudabi-
liter ecclesia cessauit a prefato modo cōmunicā
di sub vtraqꝫ specie: etiā si ad tēpora continuas-
set eundē. Sicut in simili qn̄doqꝫ cessatū ad
tēpus consecrare in azymo: propter errorē corū
qui dixerunt legalia cum euāgelio esse obseruā-
da: ꝛ necessariū esse in hoc christianos iudaiza-
re: quales fuerunt ebionite. Et vt hunc errorē
tolleret: precepit tēpore Leonis pape cōsecrare
in fermentato: ad ostendendam libertatem euā
gelii: nō obstante q̄ christus confecit in azymo:
vt habitum est supra lec. xxxiii. Nec obstat q̄ in
epl'a quadā btūs Cypri. ait. Ad hoc conficiť eu- Cypria.
charistia: vt possit accipiētib⁹ esse tutela: quos
igiť tutos esse volum⁹ cōtra aduersarios: muni
mēto dn̄ice ciccuritatꝫ armam⁹. Sꝫ quō armam⁹
quō puocam⁹ in confessione fidei sanguinē suū
fundere: si eis militātibus christi sanguinē de-
negamus? Aut quomodo ad martyrii poculum
idoneos facimus: si nō eos prius ad bibendum
in ecclesia dn̄i poculū admittamus. Et loquiť
ille sanctus cōtra quosdā: qui simpliciter dene-
gabant sacramētū eucharistie: in quo certe erāt
reprehēsibiles: cū hoc sacrm̄ armet ɔ tentatio-
nes ꝛ quelibet alia pericula. Vel loquitur iuxta
moreꝫ sue ecclesie: cui ipse presedit: in qua forte
tpe suo particulariter viguit cōmunio sub vtra
qꝫ specie: quā sub noīe calicis ꝛ sanguinis expres
sit: qꝛ sub illa specie sit manifestior rep̄sentatio
effusionis sanguinis christi: ex cuius memoria
animať homo ad martyriū. Neqꝫ tn̄ illā cōmu-
nionē sub vtraqꝫ specie simpliciter necessariam
docuit: quasi esset de pcepto xp̄i. ❡ S Licet er
go in primitiua ecclia illa cōio gn̄aliter in vsu
fuisset: vbi non erat tanta multitudo fidelium
sicut modo: ꝛ sic poterat sumi sāguis sub specie
vini. qḋ periculū multiplicatis fidelib⁹ ecclesia
crebro est experta. Et qꝛ in primitiua ecclia ppter
passionis dn̄ice vicinitatē: maior viguit chari-
tas ꝛ deuotio ea propter tūc cū magna reuerен-
tia: deuotione ꝛ cautela accesserūt: ꝛ biberūt de
sanguine xp̄i ex calice: p cui⁹ noīe etiā pprium san
guinē fundere sitiebāt: fm̄ illḋ apl'i. Uobis da-
tū est p xp̄o nō solū vt in eū credatis: sed etiā p phil. j.
illo patiamini. Cū vo in processu tpis charitas
refriguit ꝛ tepuit in fidelib⁹: potuit ecclia rōna
biliter subtrahere laicis calicē sanguinis chri-
sti: maxime cū nullū pfectū p hoc auferat eccle
sia a fidelib⁹: qm̄ virtus ꝛ efficacia hui⁹ sacri nō
depēdet a specieb⁹ illis visibilib⁹ nec vna nec am
babus: sꝫ a reb⁹ cōtētis sub specieb⁹: q̄ ita sunt
sub qualibet spē seorsum: sicut sub ambab⁹: nec
plus sub ambab⁹ q̄ sub vna. Efficacia etiam et
pfectus pueniēs ex sumptione sacramenti sub
vna specie tātus est: sicut ex sumptiōe sub vtra-
qꝫ. Sacerdos vero qui offert in psona totius ec
clesie pro se ꝛ clericis et laicis: ꝛ manducat atqꝫ
bibit: vt sic representatio perfecte refectionis ex
presse significeť futura: pro cuius adeptione sa-
crificať in via: ꝛ si qn̄qꝫ deficeret personalis de-
uotio in sacerdote celebrāte: nunq̄ tn̄ deficit de
uotio sponse ecclesie: in cui⁹ persona agit officiū
Caueri etiam possunt a sacerdote celebrante fa-
ciliter ceteri defect⁹ supranotati. Sacerdos igi
tur in conficiendo et offerendo ac manducan-

do hoc sacramentū ꝑ oībus fidelib⁹ in persona
ecclesie:tenet ritū quē xp̄s in cena in ꝑsona pro
pria exēplauit. Cui ex officio z ordine suscepto in
ecclesia cōpetit hoc sacrificiū cōficere:ipsum cō-
secrā ꝑ salute oīm in recōciliationē z remissio-
nē pctōꝝ patri offerre:qḋ neqꝫ laico:neqꝫ sacer
doti dū extra missam de manu alteri⁹ cōicat:cō-
cessum est. ¶ T Ex illo aūt errore:ꝙ cōmunio
sub vtraqꝫ specie esset de necessitate salutis : se-
quunt alij nō minus periculosi errores: vt reci-
tat Gerson.s.primo ꝙ tāta esset dignitas laico-
rū:circa sumptionē corporis xp̄i: sicut sacerdo-
tū. Scḋo cū hoc semꝑ fuit de necessitate salutis
vt dicit heresis illa ꝙ perierunt oēs z pereāt ali
ter sentientes faciētes aut docētes . Oēs quoqꝫ
gnalr tā clerici ꝙ doctores z ꝑlati:q̄ nō possete-
nus opposuerunt se tali cōsuetudini:verbis scri
ptis:aut sentētijs:z ꝙ sacrā scripturā oēs illi ꝑ-
uerterūt. Itē ꝙ ecclesia romana nō rite sentit de
sacramētis nec in hoc esset imitanda. Itē ꝙ cō-
cilia gnalia z spāliter Cōstantiēn. z Basiliēn. er-
rauerūt in fide z bonis moribus. Et plures alij
errores ac seditiones grauissime. Nec valet si op
ponat ꝙ saltē discretis z bene vtentib⁹ rōne:de-
beret sub vtraqꝫ specie dispēsari : qꝛ nimis esset
hoc in ecclesia seditiosum. Nullus ꝗppe vellet in
ecclesia idiscret⁹:null⁹ incaut⁹ reputari. Essetqꝫ
hoc aliqs de pctō vel indiscretione infamare:qḋ
fieri nō debere:xp̄s suo docuit exēplo:dū suo ꝓ-
ditori inde corp⁹ suū z sanguinē nō negauit nec
eū repulit:quē nouit indigne accipere:sꝫ sua in-
dignitas occulta fuit. Nec ꝑ hoc oēs supradicti
errores:seu eoꝝ occasiones cauerent. ¶ u Et
ꝑ hoc ad rōnes in ꝑncipio dubij motas. Ad pri-
mā q̄ allegat illud apl̄i. Hoc facite quotiēscūqꝫ
zc. iā solutū est:ꝙ apl̄s ibi recitat factū xp̄i:non
imponit ꝑceptū:sicut nec xp̄s imposuit de cōio
ne sub vtraqꝫ specie:sꝫ ad passionis memoriā cō
municātes z cōficientes hortabatur. Ad scḋam
(Iohā.vj. Nisi māducaueritis zc. dicit ꝙ in toto
illo ca. dn̄s loquit de māducatione z bibitione
spūali:q̄ nō distinguunt: qꝛ qui manducat spiri
tualiter:bibit spūaliter:z econuerso: z nō carnali
neqꝫ sacramentali:sicut carnaliter verba xp̄i in
telligentes:abierūt retrorsum . Uñ xp̄s sua v̄ba
manentib⁹ discipulis exponēs : dixit. Spūs est
q̄ viuificat:caro nō ꝓdest q̄cq̄.s.sine spū. Uerba
q̄ ego locut⁹ sum vobis:spūs z vita sunt. Sic z sa
cramētalis cōio nō est simpliciter necessaria :sꝫ
spūalis. de qua. ʒ. lec. xxxvj. z infra lec. lxxxvij. di
cet. Ad tertiā similiter rn̄sum est. Et si di. Alexā.
loco alle. dicit ꝙ lꝫ sumptio:q̄ est i accipiēdo sub
vna specie sufficiat:illa tn̄ q̄ est sub duab⁹ specie
bus maioris est meriti. Tū rōne augmētatiōis
deuotionis:tū rōne fidei dilationis actualis:tū
rōne sumptionis cōpletioris. Pōt dici ꝙ loqui-
tur cōparādo sumptionē celebrātis q̄ officium
misse ꝑficit:eucharistiā cōficit:offert z sumit pro
se z vniuersali ecclesia:in quo officio sub vtraqꝫ
specie cōficit:offert z sumit:ad sumptionē quavt
a ꝑsona singulari sumit sub vna specie de manu
sacerdotis. Illa q̄ppe ē maioris meriti. Maius
eīn est meritū celebrare ꝙ solū sumere. Ibi con-
currit maior deuotio ꝓpter orōnes q̄s facit: et
sct⁹ plures a dn̄o z ecclesia ordinatos. Ibi etiaꝫ
fides actualiter dilatat ꝑ vestes sacras:cerimo-
nias:cruces:luminaria z cetera q̄ oīa recte fidei
attestāt:z ad mīta actualr cōsiderāda z credēda
excitāt:qḋ sumptio simplex nō facit. Ibi etiā est
cōpleta sumptio:nō rōne rei cōtēte:vt ip̄e ibidē
declarat:sed rōne representationis tā passionis
dn̄ice:q̄ facta est ꝑ sanguinis effusionē:ꝙ ꝑfecte
refectionis:q̄ nedū in cibo cōsistit tn̄ aut potu:
sed simul i vtroqꝫ. Uñ z ipse recitat factū bn̄ me-
morādū di. Quibusdā religiosis petētib⁹ z instā
tib⁹ vt sub vtraqꝫ specie sumerēt sacr̄m:sacerdo
te quodā pio cātāte. Cū faceret hostie fractionē
cōcauū patene totū visum est repleri sanguine.
Ad qḋ obstupuerūt ip̄e z circūstātes. Sed cū cō
tingeret partes hostie totū visum est reintrare:
z sic petitioni z tētationi illoꝝ fuit petitus sa-
tisfactū. Hec Alex. Ex quo patet ꝙ mētis sue nō
fuit loqui de cōione sub vtraqꝫ specie extra sum
ptionē celebrātis missam . Et tn̄ de illo dubio.

¶ Lectio. lxxxv. a

Uncde tertio du

bio. i. de effectu z fructu hui⁹ sacra-
mēti:quos ꝯsequūt ip̄m sumētes.
Et qm̄ duplices sūt huic cibū sumē-
tes:q̄dā digne:alij indigne. aliū illi:aliū isti cōse
quunt effectū. Nā illi gratiā z gloriā:isti mortē
cōsequunt z penā. Hinc canit in ꝓsa. Mors est
malis : vita bonis: vide paris sumptionis ꝙ sit
dispar exit⁹. De quo btūs Ber. in ser. de sacramē Bernar.
to ait. In cena dn̄i de vno pane ꝯsecrato petrus
z iudas accepit. Bonus in vitā:pessim⁹ in penā.
Bonus in bn̄ficiū:pessim⁹ in testimoniū. Bon⁹
in salutē:pessim⁹ in mortē. Qḋ totū vsqꝫ huc cō
plet in sacramēto altaris. Bonis q̄dē in bonum
sumētib⁹:canib⁹ vero nō sic. Canes sunt q̄ irre-
uerenter accedūt:z iō iudicati recedūt. Qḋ in ar
ca dei figuratū est:q̄ allophylos occidit:z isrl̄ sal
uauit. Et in māna qḋ bonis oīs delectamenti z
suauitatis saporē:malis vero nauseā ꝑstitit. Si
militer z in babylonico igne q̄ nouit pueros in
fornace cōseruare: z ministros regis caminū in
cēdētes incēdere z cremare. Uñ Chrys. hom. x. Chryso.
Sicut corporalis cib⁹ dū inuenerit vētrē aduer
sis humoribus occupatū:amplius ledit:magis
nocet:et nullū ꝑstat auxiliū. Ita z iste spūalis ci
bus:si aliquē reperit malignitate pollutū : ma-
gis eū ꝑdet:nō sua natura : sꝫ accipientiu vitio.
Hec ille. Primo tn̄ de effectib⁹ q̄s opat in digne
sumētib⁹ dicēdū. Deinde dubio sequēti de his q̄
sequunt in sumentib⁹ irreuerēter z indigne. De
fructib⁹ tn̄ ei⁹ quos cōsequunt ex ei⁹ oblatione
z sumptione:q̄ digne accedūt seu offerūt:coꝝqꝫ
magnitudie neminē puto mortaliū disserere ple
ne posse. Nā cū nec foliū cadit de arbore sine pre
sine cā:sine fructu:qꝛ sine diuine bonitatis : q̄ cā
est oīm influxu. Indubitabile apḋ fideles manet
ꝙ op⁹ dei pariter z munificētissimū z manificē-
tissimū:q̄.s. diuia sapiētia:nec mun⁹ maius:nec
manificentius dare potest : inestimabiles fru-
ctus salutis pariat i anima sumētis bene dispo
sita z ordinata. Nam in hoc sacratissimo cibo di
gne sumpto:corpus christi verum: mystico cor-
pori suo in hoc sacramento signato : singulari
vnione connectitur. vnde omnis beate vite in-
fluxus in mēbra deriuat. Cōiungit xp̄s ecclesie
sponse sue spōsus:a quo suscipit perfectiōnis or
natū ꝑm mēsurā vniuscuiusqꝫ mēbri:quousqꝫ ꝑ
ueniat ad mēsurā plenitudis xp̄i . Laborauerūt
plurimi doctores z sancti ex his q̄ spiritussancti
calam⁹ scripture scē impinxit:fruct⁹ salutis col
ligere: scriptisqꝫ tradere ad ecclīe edificationē.

Ex corū itaq3 quibusdā cōmēdatis carpere ali-
Ruth .ii. qua desiderans:nō fugiētes spicas:qd ruth illa
moabitis ad literam fecisse legit:q̄ videns ꝛ festi
nans interpretat:absit vt hanc ingenii celerita-
tē mihi arrogē:sz q̄ illi clarissime de semine scri-
pturarū messuerūt:ꝛ horreo ecclesie obtulerūt:
aliq̄ pie furari abbreuiādo trāscribere sufficiat.
Fructus huius sacramenti eucharistie quot sunt. ¶ B Sunt itaq3 q̄ fructus huius sacramenti
ad numerū duodenariū:ſm numerū fructuum
ligni vite(de q̄ Apoc.vlti.)reducere. Sic Rich.
in suo.iiii.distin.ix.q.ii.metro iudēs ꝛinsinuat.
Inflammat:memorat:sustētat:roborat:auget.
Hostia spem:purgat:reficit: vitam dat et vnit.
Confirmatq3 fidem:munit: fomitēq3 remittit.
Nota hos vsq. ¶ Inflammat charitatē:memorat dn̄icā passio
nē:sustentat ad operationē boni:roborat ad ꝑ-
seuerantiā ꝓpositi sancti:auget spem:purgat ve
nialē pctm̄:ꝛ q̄n̄q3 mortale:reficit manducantē
spūaliter eterna ꝓlatione:vitā dat gratie:vnit
xp̄o solide:cōfirmat fidē sine errore:munit cōtra
casum ꝓueniētē ex ꝓpria infirmitate: fomitēq3
remittit ardorē.s.carnalis cōcupiscentie: cōtra
demonis impulsum. Sunt q̄ sub eisdē figura et
numero:sed nō eodē mō:fruct⁹ eucharistie colli
gunt. Per oppositū eñ ad dāna q̄ fructus ligni
mortis arboris.s.interdicte ex veteris ade culpa
intulit:fructus ligni vite(qd xp̄s est)ordinauit.
Primi nāq3 parētes ꝑ esum pomi vetiti multas
miserias toti humāno generi attulerunt. Vn̄ cō
gruū fuit:immo necessariū ꝑ esum alterius cibi
salutaris ꝛ fructiferi:ab illatis miseriis idē gen⁹
hoīz subleuari:ne ꝑpetuo miseriis istis subactū
languesceret:ꝛ tādē ꝑ ipsum morbis totaliter de-
periret. Miserie iste tres sunt in genere.s.vincu
la culpe:defectus gratie:plaga mortis ꝛ gehēne.
Partite singule in quatuor faciunt duodenariū
numerū miseriarū a ligno mortis decerptarū.
Vn̄ in miseria culpe sunt:demonis tētatio:fomi
tis rebellio:cordis macula:creatoris offēsa. In
miseria defectus gratie quadruplex inuenit lā-
guor.s.in cognitione nostri:in dilectione proxi-
mi:in sapore spūali:in cōsummatione boni. In
tertia miseria.s.mortis plaga sunt:debitū mor-
tis eterne: deflux⁹ bone vite:exiliū mūdane mi-
serie:incineratio corporalis materie. Cōtra has
miserias:fruct⁹ salubres:ꝛ totidē remedia affert
eucharistia digne sumpta. Nā cōtra tres gn̄ales
miserias:affert remissionē culpe:augmētū grē:
ꝛ collationē vite. Sic cōtra singulas duodecim
miserias:singulos fructus ꝛ vtilitates. Nā cōtra
primā miseriā:tētationē.s.demonis:demonem
fugat. Cōtra secūdā:fomitē mitigat. Maculam
cordis mundat:cōtra tertiā. Cōtra quartā: iraz
dei placat. Cōtra medias quatuor miserias illu
minat itellectū:inflāmat affectū:mētē delectat:
ꝛ ad operādū roborat. Cōtra miserias quatuor
vltimas:ab eterna morte liberat:vitā restaurat
ad patriā reuocat:corpus ad vitā resuscitat. Di-
mitto scripture cōcordantias ad singula. ¶ C
Sunt ꝛ alii q̄ fructus huius sacramēti digne su-
scepti:reducūt ad numerū senariū:ſm ei⁹ sextu-
plicē denotationē:q̄ sibi attribuit:eo q̄ i sextu-
plici genere bonorū inuenit: ꝓpter innumera-
biles grās:quarū est cōtentiuū. Dicit eñ q̄n̄q3
gratia:q̄n̄q3 donū siue mun⁹:q̄n̄q3 cibus: q̄n̄q3
cōmunio:q̄n̄q3 sacrificiū:q̄n̄q3 sacramentū. Et
ſm quodlibet nomē:innumerabilia continet et
affert dona:fruct⁹ ꝛ gratias. De quib⁹ dn̄s Alb.
librū edidit perutilē:diffuse ꝓsequens singula.

Sunt qui fructus eucharistie reducunt ad qua-
tuor generales:ſm q̄ est eduliū vegetans ad vi-
tā eternā. Viaticū cōfortās nos ad perficiendū
huius exiliū vitā. Pignus eterne salutis. Et cō-
catio ols sanctitatis. Et ſm hec effectus ei⁹ assi-
gnari possunt vegetare:cōfortare: certificare et
perficere. Quos sil'r tāgit Alber. in principio li-
belli prenotati. Sunt qui innumerabiles fruct⁹
eucharistie reducunt ad numerū ternariū.s. ad
bonū oblationis sacrificii:bonū cōmunicationis
cōuiuii:bonū refectionis viatici. Primū quoad
deū. Scd̄m quoad ꝓximū. Tertium cuiuslibet
quoad seipsum. Hac sequit Cancel. parrhys. in
suo sup Magnificat. trac. ix. exponens versum.
Esurientes imple. bonis. Varii sunt variorū mo-
di summā fructuū assignātiū:ſm numerū septe
nariū donorū virtutū:beatitudinū: ac petitio-
nū dn̄ice orōnis:q̄ ola ꝓsequi lōgū esset pariter
ꝛ laboriosum. ¶ D Ideo breuitati studēs:pri-
mo fructus ipsos bimēbians: deinde mēbrum
quodlibet sub diuidendo in ramusculos fructus
afferētes dulcissimos ꝓcedā. Pro quo rememo
randū: q̄ sacrosancta eucharistia principaliter
instituta est in sacrificiū ꝛ in sacramentū seu ci-
bū:ideo oēm fructū sacrificii omnēq3 fructū spi
ritualis cibi influit atq3 gignit. Pro intellectu
primi:quō.s. eucharistia nobis est istitura in sa-
crificiū:aduertendū est:q̄ ſm beatū Augu.x. de Augusti.
ciui. dei. c. iiii. Sacrificiū cult⁹ quidā est soli deo
debitus:ſm q̄ scribit. Sacrificans dīis eradica
bit nisi dn̄o soli. Siue(vt alii dicunt)est oblatio
sacra deo in recognitionē supremi dn̄ii: et redit
in idē:si m̄ oblatio gn̄aliter accipit ꝑ omni actu
interiori vel exteriori facto ad honorē dei: tāq̄
supremi olm dn̄i. Est aūt duplex sacrificiū.s. in- Duplex sacrificium
terius inuisibile: et exterius visibile. Inuisibile
sacrificiū:cor nostrū.i. volūtas nr̄a est: cū dona
dei ꝛ seipsam deo vouit ꝛ reddit. Vn̄ ait. Huic.s.
deo seruiturē(q̄ latria grece dr̄)siue in q̄buscūq3
sacramentis siue in nobisipsis debemus. Per
latriā sacrificiū intelligit. Vn̄ ꝛ subdit. Hui⁹ eñ
tēpluū simul oēs ꝛ singuli tēpla sum⁹:qi ꝛ omniū
cōcordiā:ꝛ singulos inhabitare dignatur:nō in
olbus q̄ in singulis maior: q̄m nec mole disten
ditur:nec partitione minuit. Cū ad illū sursum
est:eius est altare cor nostrū: eius vnigenito cū
sacerdote placamur. Ei cruētas victimas cedi-
mus:q̄n vsq3 ad sanguinē ꝑ eius veritate certa-
mus. Ei suauissimū adolem⁹ incēsum: cū in ei⁹
cōspectu pio sanctoq3 amore flagramus. Ei do-
na eius in nobis:nosq3 ipsos vouemus ꝛ reddi
mus. Ei beneficiorū eius solēnitatibus festis:ꝛ
diebus statutis dicamus sacramusq3 memoriā:
ne volumine tēporū ingrata subrepat obliuio.
Ei sacrificamus hostiā humilitatis ꝛ laudis: in
ara cordis:igne feruide charitatis. Ad hunc vi-
dendū sicut videri poterit:eiq3 coherendum:ab
omni peccatorū ꝛ malarū cupiditatū labe mun
damur:ꝛ eius noīe cōsecramur. Ipse enim fons
nr̄e beatitudinis:ipse ols appetitionis est finis.
Hunc eligentes vel potius religentes:ad eū di
lectione tendimus:vt perueniēdo quiescamus:
ideo beati qi illo fine ꝑfecti. Bonū eñ nostrum
nullū est aliud:q̄ illi coherere. Et hoc quidē.s.
coherere illi voluntate ꝛ amore est sacrificiū in-
terius ꝛ inuisibile. Sacrificiū aūt visibile:vt idē
c. v. eo. li.(ꝛ habet de cōse. dist. ii. sacrificiū)dicit
est inuisibilis sacrificii sacramētū.i. sacrū signū.
Vn̄ oē opus qd agit vt sctā societate inheream⁹

deo:relatū scꝫ ad illū finem boni⁹: quo veraciter
bti esse possim⁹: sacrificiū est: dicit idē.c.vj.li.x.
¶ E Indiget autē hō sacrificio propter tria vt
Homo ꝑpter tria īdiget sacrificio. Heb.v. dicit beatus Tho.pte.iij.q.xxij.ar.ij.scꝫ p remis
sione pctī p qđ a deo auersus fuerat.Uñ ait apo
stolus.Oīs pōtifex ex hoībus assumpt⁹: p hoīb⁹
cōstituit in his q̄ sunt ad deū: vt offerat dona et
sacrificia p pctīs.Scđo vt hō in statu grē cōser
uet: et semp deo adhereat in quo ei⁹ pax et salus
cōsistit.Ad Roꝰ.xij.Exhibeatis corpora vestra
Ad roꝰ. xij. hostiā sanctā: viuentē: deo placentē.Tertio: vt spi
ritus hoīs deo totaliter vniat: quātū vie status
admittit.j.pet.ij.Offerētes spirituales hostias
Sacrificium triplex. acceptabiles deo.Et fm hoc triplices fuerūt in
testa.veteri sacrificiū et oblationes: vcꝫ sacrificiū
p pctōꝝ expiatione: cui⁹ rit⁹ describit. Leui.iiij.
Secūda fuit hostia pacifica: que offerebat tanq̄
petitio p beneficio impetrādo: vel tanq̄ gratia
rū actio p bñficio accepto: cuius ritus describit
Leui.iij.Tertiū fuit holocaustū: qđ ex deuotione
p pfecta vnione hoīs xū deo offerebat: qđ etiam
totū incendebat: vt habet Leui.j.ad significādū
totū hoīem trāsformari et vniri debere deo.Uñ
Holocaustum vñ dicat. holocaustū dr ab holon: qđ est totū: et cauma qđ
est incendiū: quasi totū incēsum: ꝙuis.d.lec.lv.
plures hostiarū differētie sunt assignate.Oīa au
tē illa sacrificia ꝙuis mlta: fuerūt tñ figure vni⁹
veri et perfecti sacrificij noue legis: scꝫ xpī in ara
crucis imolati.Uñ orat eccłia.De⁹ q̄ legaliū dif
ferētias hostiarū: vni⁹ sacrificij pfectione sanxi
sti ⁊c.Illud vero qđ est perfectū p vnū vel pauca
impfecta nō pōt sufficiēter repñsentari.Et ideo
sicut pfectio diuina vnica existēs: in pfectionib⁹
creaturarū varie et multipliciter representatur:
sic decēs fuit: vt sacrificiū nostrū pfectissimū: p
multa et varia sacrificia ante et in lege veteri rep
sentaret.De impfectiōe sacrificioꝝ vete.le.d.di
ctū est.lec.xxj.et satis dictū reor: satis bene ad p
positū.In hac ergo vnica oblatione et pfectissi
mo sacrificio xpī in cruce habem⁹ pfecte q̄cūqꝫ
lex: vel nature: vel moysaica: vel figurabat: vel cō
tulit impfecte.Per hāc enim nostra pctā deleta
sunt.Roꝰ.iiij.Tradit⁹ est ppter delicta nostra.
Per ipsam recepimus gratiam nos saluantē.ad
Heb.v.Cōsummat⁹ scꝫ in passione: fact⁹ est oīb⁹
obtemperātib⁹ sibi: cā salutis eterne.Per ipsam
adipiscimur pfectionē glorie.ad Heb.x.Habe
Ad Heb. x. mus fiduciā p sanguinē xpī in introitu scōꝝ:
vbi celestis est glia.Et.j.pet.iij.Deglutiēs mor
tem: vt vite eterne heredes efficeremur.De hoc
etiā loquit Gerson cancel.sup Magnificat.Sa
Gerson. crificiū sicut et verbū abbreuiatū fecit dñs super
terras.Hostiā viuā: vnicā: mundā: plenā bonis:
plenā effectib⁹ oībus illis: p quibus hostia lega
lis solebat offerri.Si delectionem pctōꝝ petis.
Ecce agnus dei: ecce qui tollit pctā mundi.Si
gratiarū actionē: grās agit xp̄s patri.Si malo
rū curationē: sanat ipse nos et liberat: qꝛ vere lā
guores nostros ipse tulit.Si honorū cōsecutio
nē celerē: interrogat⁹ latro docebit: qui tpe hui⁹
sacrificij vespertini audire meruit cū iuramēto.
Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiso.Et
sequit.In sacrificio corpis et sanguinis sui noua
fecit oīa.Pascalē agnū: manna deserti: panē celi.
tauros vitulos immolationis: hircū emissariū:
passerē: turtures et colūbas: vinū et libamina: sal
in omi sacrificio: caudā cū capite: neqꝫ mel: neqꝫ
fermentū.Deniqꝫ quotidianū bis sacrificiū: cū
matutino vespertinū: quicq̄d in his figuraliter
significat et mystice p hoc vnicū sacrificiū imple
tum est: et nobis p ipsum confertur in veritate.
¶ F Quāuis aūt semel oblatus est xp̄s in apta
carnis effigie: offert nihilominus quotidie in al
tari: velatus in panis viniqꝫ specie.Nō quidem
quantū ad ea q̄ penā importāt.Nō eñ xp̄s quo
tidie vulnerat: patit et morit: sed ex aliis duabus
causis eucharistie cōsecratio et sumptio: sacrifi
cium dr et oblatio.Tū qꝛ illius sacrificij veri et im
molationis scē facte in cruce representatiua est
et memoriale.Tū qꝛ similiū effectuū operatiuū
et principiū causale.Solēt aūt (ait beat⁹ Augu. Augusti.
ad Simplicianū) imagines illarū rerū noībus
appellari: quarū sunt imagines: sicut cū intuen
tes tabulā: aut parietē pictū: dicim⁹.Ille Cicero
est: ille Salustius.Celebratio autē hui⁹ sacrificij
imago quedā est passionis xpī representatiua: q̄
est vera ei⁹ immolatio: ideo et ipsa immolatio no Bernar.
minat.De hoc quoqꝫ beat⁹ Berñ.in ser.de sacro
altaris ita ait.Christus pro salute mundi semel
fact⁹ est hostia salutaris: rei recōciliatio genera
lis: oībus sacramētis tā precedentib⁹ q̄ sequen
tib⁹ virtutē dedit et efficaciā: vt tāto et tali hostia
sanctificarent oēs liberandi p ipsam.Uñ legit.
Quia agnus occisus est ab initio seculi.His vcꝫ
qui fuerūt ab initio seculi: ita vt per hoc qđ dici
tur ab initio: determines nō tēpus occisionis:
sed salutis.Prius eñ mors ei⁹ pfuit q̄ fuit: pri⁹
promissio: ac demū exhibitio.Nec ei⁹ pfectus in
passionis exhibitiōe terminat: sꝫ multomagis
in posteros deriuat memorata: q̄ pfuit futura.
Unde subdit Berñ.Benignissime iesu: nobilissi
me sponse tue dotalium indulsisti: vt vel sic tene
ret colūba tua memoriale dilecti sui.De hoc ha
bes supra lec.liij.Quib⁹ et addo sequētia.Nā de
ei⁹ memorialis excellētia subdit vbi.s.Bernar.
tractās illud apłi.Hoc facite in meam cō.di.O
summe pia et suauis memoria.annūciare mortē
dñi donec veniat.Mors xpī opus sine exēplo:
humilitas sine mō: donū sine precio: gratia sine
merito.Hāc ppter nos subire voluit: qui pecca
ta nostra sup lignū sustinuit: in cruce sua: scꝫ pe
nam pctōꝝ cui⁹ liuore sanati sumus.Quid facis
o homo ingrate?Adora deuotius: recole frequē
tius in sacro altaris: salutē mūdi pro te passam:
vitā pro te mortuā: fortitudinē infirmatam.Se
quitur.Ceterū vt amplius mouearis: immo vt
magis incalescas in amorē tui redēptoris: voluit
xp̄s vt iugiter coleret p mysteriū: qđ semel offe
rebat in preciū: et illa perēnis victima viueret in
memoria: et presens esset semp in grā.Hec Berñ.
¶ G Ecce quale nobis prouidit dñs sacrificiū
oīa sacrificia alia excellēs: habēs in se q̄ in nullo
alio sacrificio simul inueniunt.Est eñ (vt dicit
Alber.li.ij.de sacra.alta.) antiquitate veneratū:
autoritate diuina sancitū: iuramēto cōfirmatū.
eiusus perfectione ppetuatū: in se sanctissimū et
omniū sanctificatiuū.Veneratū antiquitate: qꝛ
ab eo qui verus sacerdos erat dei summi sine pa
tre: sine matre: sine genealogia: assimilatus filio
dei: vt dicitur ad Heb.vij.ante oēm sacrificiorū
institutionē presignat.Autoritate dei sancitum
quia ab ipso deo patre collatū est hmōi sacrificij
sacerdotiū: vt habet ad Heb.v.Christus non se Ad Heb.
metipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui v.
locutus est ad eū.Tu es sacerdos in eternū fm
ordinē melchisedech.Juramento autē cōfirma
tum: sicut dicit in ps.Jurauit dñs et nō penite
bit eū: tu es sacer.in eter.Sua aūt perfectiōe est

perpetuũ:q₂ propter perfectionẽ huius sacrificij
oĩa vete.legis cũ lege ꝛ sacerdotio sunt abolita.
Ad Heb. vij. vt istud in perpetuũ statuatur obseruãdum. vñ
ad Heb.vij.Hic aũt eo ꝙ maneat in eternũ:sem
piternũ habet sacerdotiũ:vñ ꝛ saluare in perpe
tuũ põt:accedẽs per seipsum ad deũ:semꝑ viuẽs
ad interpellandũ ꝑ nobis.Et de abolitione ve.
le.vt illud vnici sacrificij statuatur sacerdotium:
dicit̃ Heb.vij.Si ergo cõsummatio per sacerdo
tiũ leuiticũ erat(ppl's eñ sub ipso legẽ accepit)
qd adhuc necessariũ fuit ꝓ ordinẽ melchisedech
alium surgere sacerdotẽ ꝛ non ꝓm ordinẽ aaron
dici.Translato eñ sacerdotio:necesse est vt legis
translatio fiat.Et sequit̃.Reprobatio quidem fit
precedẽtis mãdati:ppter infirmitatẽ ei⁹ ꝛ inuti
litatẽ.Nihil eñ ad perfectũ adduxit lex.Habet ꝛ
pre oĩbus sacrificijs sanctitatẽ ꝛ santificationis
operationẽ:q₂ est in oĩbus significatũ:q₂ oĩbus
alijs refutatis:voluntati diuine acceptissimum:
q₂ valore excellentissimũ:ꝛ q₂ pro oĩbus hoĩbus
redimẽdis:ipsum solũ est oblatũ:tot in se cõti
nẽs gratias:quot i oĩbus alijs poterãt significa
ri.¶ M De huius sacrificij acceptabilitate lo
Considerant̃ quatuor i oĩ sacrificio quit̃ bea.Augu.iiij.de tri.c.xiiij.ꝙ quatuor cõsi
derant̃ in omni sacrificio:scil₃ cui offerat̃:a quo
offeratur:quid offerat̃:pro quib⁹ offerat̃.Omni
bus his respectib⁹ sacrificiũ illud acceptabilissi
mũ esse conuincitur.Offertur eñ patri summo.
Offert̃ a nostro pontifice eiusdẽ patris vnigeni
to.Offertur xp̃s in humana natura corporis et
sanguinis.Offert̃ pro oĩbus mũdis ꝛ mundan
dis.Quis tã misericors et pius sicut pater cele
stis:miarum pater summus?Offert autẽ filius.
Quis tã iustus ꝛ sanctus sacerdos ꝛ põtifex sicut
vnicus dei fili⁹:qui nõ opus haberet per sacrifi
cia purgare sua pctã:nec originalia:nec ex huma
na addita vita?Talis eñ decebat vt nobis esset
Heb.vij. pontifex:sanctus innocẽs:impollutus:segrega
tus a pctõrib⁹:ꝛ excelsior celis factus:qui nõ ha
bet necessitatẽ quotidie quẽadmodũ sacerdotes
prius pro suis delictis hostias offerre deinde ꝑ
Ad Heb. vij. ppli.ad Heb.vij.Talẽ habemus pontificem qui
cõsedit in dextera sedis magnitudinis in celis:
sanctoꝝ minister:et tabernaculi veri qd̃ fixit de⁹
et nõ homo.Minister inquã sctõꝝ:quib⁹ mini
strat gratiã in terris:ꝛ gloriã in celis.Hui⁹ ma
gni pontificis ꝛ sacerdotis:nostri pontifices ꝛ sa
cerdotes vicarij sunt:in quoꝝ verbis pronũcia
tis verbũ increatũ operat̃ oblationem:ꝓm illud
Esa.lxj. Esa.lxj.Uos autẽ sacerdotes vocabimini:mini
stri dei nostri:dicet̃ vobis.Hoc.eñ sacrificio sa
cerdos ex hoĩbus assumpt⁹:ministeriũ exhibet.
Inuisibilis aũt et pricipalis adest sacerdos xp̃s:
qui panẽ ꝛ vinũ in sui corporis ꝛ sanguinis sub
stãtiã cõuertit.Hic ergo sacerdos patri cui offer
tur:nõ põt nõ esse acceptus.Et ideo effectũ hui⁹
sacrificij malicia sacerdotis ministerialis impe
dire ꝛ tollere nõ põt.¶ Sacrificium denique ad
mundandũ ꝛ placandũ sufficiẽtissimũ.Quid eñ
tam mundũ pro mũdandis vitijs mortaliũ:ꝙ si
ne vlla cõtagione carnalis concupiscentie caro
nata in vtero:ꝛ ex vtero virginali?Quid tam gra
te offerri ꝛ suscipi posset:ꝙ caro sacrificij nostri:
corpus effectum sacerdotis nostri.Idẽ ipse vn⁹
verusque mediator ꝑ sacrificiũ pacis recõcilians
nos deo:qui vnũ cũ illo maneret:cui offerebat.
Unum in se faceret pro quib⁹ offerebat:vn⁹ ipse
esset qui offerebat ꝛ qd̃ offerebat.Hec Augu.vbi
supra.iiij.de trini.Ex quib⁹ ꝛ hoc elucescit:ꝙ ex

parte coꝝ ꝑ quib⁹ offertur similiter acceptũ est:
qui etsi inmũdi sunt:tamen per hoc sacrificium
mundant̃ ꝛ reconciliant̃:ac acceptissimo offerẽ
ti vniuntur.Hoc est qd̃ idẽ Aug.dicit.x.de ciui.
dei.c.vj.Hoc est sacrificiũ xp̃ianoꝝ:multi vnum
corpus sumus in xp̃o qd̃ etiã sacro altaris fide
libus noto frequẽtat ecclesia:vbi ei demõstrat̃:
ꝙ in ea oblatione quã offert:ipsa offerat̃.¶ I
Ecce quantũ est sacrificiũ nostrũ:necdũ memo
riale magni illius vnici ꝛ pfectissimi sacrificij se
mel in cruce oblati:sed idipsum:ꝛ semꝑ idipsum.
Memoriale dignissimũ:sed nobis peregrinanti
bus nimis necessariũ:cũ eñ nulli sperãda est sa
lus:nisi qui dei charitate accensus xp̃o confor
matur:vt deducit aplꝰs.j.Coꝛ.xiij.Illa autẽ nul
lo in nobis fom ẽto ita cõseruari ꝛ augmẽtari po
terit:quantũ memoria dñice passionis:que me
rito sibi oẽm nostrũ amorẽ vendicat.Ad hãc eñ
nos scriptura Eccli.xxix.hortat̃.Gratiã fideiusso
ris tui ne obliuiscaris:dedit eñ pro te animam
suam.Pro te.i.pro hereditate regni celestis a te
velut impignorata dñs fideiussit:ꝛ se totũ ad sol
uendũ in cruce debitũ tuũ dedit.Huius gratias
nõ obliuiscaris:quin pro ea vicẽ reddendo dili
gas necdũ lingua:sed opere ꝛ veritate.Hoc ipsum
Canti.v. quasi deprecando petit Canti.v.Aperi mihi in
quit soror mea:amica mea:q₂ caput meũ plenũ
est rore:ꝛ cincinni mei guttis noctiũ.Aperi mi
hi:me in mentẽ suscipiẽdo:in memoriã:in dile
j.Coꝛ.xj. ctionẽ:q₂ caput meũ:scil₃ diuinitas:iuxta illud.
Caput xp̃i deus plenũ est rore mie:ad remitten
dum pctã.Et cincinni mei.i.humanitas diuini
tatem velans:guttis.i.effusione sudoris:lachry
marũ ꝛ sanguinis:ac amaritudine passionis:ad
redimendã hereditatẽ tuã:pro satisfactione tuo
rũ peccatoꝝ impignoratã.Oportuit itaque omni
tẽpore apud hoĩes esse memoriale representati
uum passionis dominice:cuius tot figure in te
stamẽ.veteri precessere.Ideo dñs vt apud fideles
iugis ac immortalis vigeret passionis sue sacra
tissime memoria:hoc ineffabile sacramentũ in
perẽnẽ memoriam instituit:vt nõ deficeret exhi
bite redẽptionis signũ salubre ꝛ efficax:quo sa
lus tot laboribus acquisita influeret redẽptis:
cuius tot figure mystice date sunt redimendis.
De hoc memoriali Urbanus papa sic exclamat.
O digna ꝛ nunꝙ terminanda memoria:qua mor
tem nostrã recolimus mortuã:nostrũque interi
tum vite obitu interisse:lignũque viuificum cruci
affixum:fructũ nobis salutis ꝛ grẽ attulisse.Hec
est cõmemoratio gloriosa que fideliũ animas re
plet gaudio salutari:ꝛ cũ infusione leticie deuo
tionis lachrymas subministrat.Hec ille.Ex qui
bus aliquãtulũ apparet fructus huius sacrificij
vt est memoriale crucifixionis xp̃i:qui est acce
dere ad amorem:gratitudinem:deuotionẽ:com
passionẽ.¶ K Est etiã sacrificiũ illud similium
effectuum operatiuũ:quos operatũ est idipsum
sacrificium in cruce:quosque operata sunt figura
lia vete.testa.sacrificia in eius preuisa virtute.
Ipsa autẽ vt tactũ est:oblata sunt ad peccati ex
piationẽ:ad pacis stabilitatẽ:ad cordis cum deo
vnionẽ:ad gratiarũ actionẽ.Primũ ad hostiam
pro peccatis.Secundum ad hostiam pacifico
rum.Tertium ad holocaustum.Quartum si pla
cet respiciat iuge sacrificium.Hos quidem effe
ctus plenius operatur nostrum sacrificium:ne
dum in sumentibus ipsum:sed in his omnibus
pro quibus offertur.Sumentibus quidem dum

bis deficiūt ⁊ in celis abūdāt:gaudiū scz cordis:
spūs cōsolationē ac dulcedinē gustus diuinorū
reportat. Vñ in laudē ecclesie. Prouer. vlti. dici
tur. Facta est quasi nauis institoris: de lōge por
tās panē suū. Ecclesia enī facta est nauis institoris:
qua gubernatiōe sctī spūs mēs nr̄a in celū
nauigat: ⁊ deīde panis nos in dulcedine delectā
tis refectionē reportat. ¶ Has ergo quatuor vti-
lissimas cōmutatiōes operat̄ in nobis fons nr̄e
xp̄s: cū ei in sacro communicamur. Sordes no
stre lauant̄ ⁊ defluūt. Arida nostra rigant̄: et fe-
cūda fiunt. Labores nostri ad ipsum referūtur
que sua merita premio dignos efficiūt. Delicie
celestes nobis aduehūtur: q̄ oīa nr̄a in dulcedi
nē vertūt. Hinc dicit saluator. Qui credit i me: Joh. vij.
flumina de vētre ei⁹ fluent aque viue. Hoc autē
dixit de spū quē accepturi erant in ip̄m creden-
tes. Qd̄ si spūs sctūs in hoc sacro quo filius sumi
tur:nō recipit̄: vbi queso accipiet: Nec enī a filio
spūs separari pōt. Et si spūs accipit̄. oīm bono
rū cōio sequit̄. Vñ summarie in sumptiōe digna
hui⁹ sacri: particeps fit aīa sumētis oīm bonoꝝ
meritoꝝ xp̄i: q̄ nobis meruit sua passiōe in cru-
ce: cui⁹ ꝓpter hoc nobis datū est i eiusdē passio
nis efficacissimū memoriale. Hec ergo ē prima
cōmunio: qua fonti gratiarū in sacro fecūdissi-
mo cōicam⁹. ¶ S̄ prestat nobis hoc sacramē
tū cōionē glorie angelorū: p quāto per hui⁹ sa-
cramēti ꝑceptionē ruina angeloꝝ restauratur.
Ministeriū quoq; angeloꝝ debitū effectū sorti
tur. Vñ gloria augetur in angelis: ⁊ iterū i nos
redūdat. Ruina enī angelorū nō reparat̄ nisi ex
his qui incorporant̄ xp̄o: sicut ipse dixit. Nemo
ascēdit in celū: nisi q̄ descēdit de celo: fili⁹ homi Johā. iij.
nis q̄ est in celo. Nemo ergo ascēdit in celū: nisi
mēbrū filij hoīs ipsi incorporatū. Siquidē non
ascēdit cū oīb⁹ suis mēbris sibi filius hominis
diuisus a membris: sed totus ascendit incorpo
poratis: vt dicit glosa ibidē. Incorporamur au
tē xp̄o p dignā hui⁹ sacri sumptionē vt frequen
ter dictū est: ⁊ ita p hui⁹ sacri ꝑceptionē ruina
angelica reparat̄. Et p idē sui ministerij effect⁹ Heb. j.
sequit̄. Sunt enī vt ait aplūs: oēs administrato-
rij spūs in ministeriū missi ꝓpter eos q̄ heredi
tatē capiūt salutis. Cū ergo p hoc sacramentū
xp̄o incorporati celos ascēdimus: vbi est filius
hoīs sedēs ad dexterā patris: ad finē suū peruē
nit angeloꝝ ministeriū. Nō autē modicū glorie
habent de impletione sui effect⁹ custodie: cū de Luc. xv.
eis scriptū est. Gaudiū erit corā angelis dei sup Esa. xxx
vno pctōre pniam agēte. Et ecōtra Esa. xxxiij. iij.
Angeli pacis amare flebūt. i. ad modū flentium
se habēt: q: desiderāt: vt xp̄o sibi ad custodiā cō
missi in corporent̄: ⁊ sic redeāt: ac sic veniant ad
cōmunionē glorie angelorū. Hinc ⁊ hinc mini-
sterio gaudētes adsistunt: vt dicit btūs Grego.
ca. vlti. li. iiij. dial. ⁊ allegat̄ de cōse. dist. ij. ca. q̄d
sit sanguis. Quis (ait) fideliū habere dubiū pos
sit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vo
cē celos aperiri: In illo iesu xp̄i mysterio ange-
loꝝ choros adesse: summis ima sociari: terrena
celestib⁹ iungi: vnūq; ex visibilibus ⁊ inuisibili
bus fieri: ¶ S Cōmunionē quoq; oīm sctōrū
hoc sacro ꝯsequimur: vt qd̄ deficit in singulis ex
cōi abūdantia sctōꝝ oīm suppleat̄. Per hoc enī
participam⁹ virtutes patriarcharū: illumina-
tiones ꝓphetarū iusticias legislatorū: precōnia
xp̄i ꝓconū: dignitatē aploꝝ: victorias martyrū
stelitatē ꝯfessoꝝ: religionē monachorū: puritatē
anachoritarū: doctrinas doctorū: mundiciam
virginū: lucrū viduarū: elemosynas curā dome
sticam gerentiū: splendorem innocentiū: ⁊ om-
nia merita sanctoꝝ. Hec enī oīa a christo in cor
pus eius mysticū fluxerunt: ⁊ in efficacia corpo
ris ei⁹ ⁊ sanguinis cōsistūt: ⁊ de quolibet in quē
libet per charitatē spiritus christi referuntur ⁊ Colos. j.
redundant. Unde apls. Gratias agentes deo et
patri: qui dignos nos fecit in partē sortis san-
ctorū in lumine: qui eripuit nos de potestate te
nebrarū: ⁊ trāstulit in regnū filij dilectionis sue

per cōmunionē em̄ xpi: sortē oīs gratie cōmu-
nicamus cū oībus sanctis in lumine.i.in noti-
cia dei: fm glo. vel in lumine.i. in operibus lu-
minosis. de quibus dr. Sic luceat lux vestra co-
rā hoībus ⁊c. Et lucerne ardentes in manib⁹ ve
Mat.v. stris. Transiati in regnū dilectionis filij: qđ est
Luce.xij. regnū oīm sanctorū: p hoc q corpori ⁊ sanguini
eius cōicamus: q2 vnitas mēbrorū suorū ad cor
⁊ caput: ⁊ vna participatio spūs xpi in oībus mē
bris eius naturalib⁹ signat ⁊ causat toti⁹ corpo-
ris mystici cōionē ⁊ spiritussanctus cōicationē.
Et sic sors gratie ⁊ glorie vniuscuiusq3 sancti cō
municat aliis: vt spūaliter impleat in nobis: qđ
de ecclesia pmitiua dictū est. Gratia magna erat
in oībus eis: neq3 em̄ quisq̄ egēs fuit inter eos.
Act.iiij. Quotquot em̄ erant possessiones agrorū aut do
morū vendebant: ⁊ ponebant precia eorū ante pe
des apostolorū. Diuidebat aūt vnicuiq3 prout
cuiq3 opus erat. Sic em̄ ad vniuscuiusq3 necessi
tatē ⁊ idoneitatē diuidit spūssanctus: spūs.s.cor
poris xpi bona sanctorū: vt oēs abūdent: ⁊ nul-
lus egens inueniat. Vn̄. Hec oīa (inquit aposto
lus) operat vnus atq3 idē spūs: diuidens singu
j.Cor.xij lis prout vult. Que tn̄ diuisio singulis facta per
spiritū: nō tantū singulis proficit: sed singulorū
dona ad cōmunē vtilitatē corporis (qđ est eccle
sia ad quā donata sunt) pficit. Unde ibidē dicit
apls. Unicuiq3 dat manifestatio spūs: ad vtilita
tē.s.ecclesie. Nam ⁊ sequit. Sicut em̄ corpus vnū
est: ⁊ mēbra habet multa: oīa autē mēbra corpo
ris cū sint multa: vnū tn̄ corpus sunt: ita ⁊ xps.
Etenim in vno spiritu oēs nos in vnū corpus
baptizati sumus: ⁊ oēs in vno spiritu potati su-
mus. Et subdit: Sed de⁹ tēperauit corpus ei cui
deerat abūdantiorē tribuendo honorē: vt nō sit
schisma in corpore: sed in idipsum p se inuicē so
licita sint mēbra. Ubi glo. beati Ambro. Ostēdit
per similitudinē humani corporis vnitatē cor-
poris xpi.i.ecclesie habere varietatē officiorū: ⁊
diuersitatē hanc nō tollere vnitatē: sicut huma-
ni corporis vnitas nō in singularitate consistit:
sed in multis mēbris: vt sibi prestent qđ debēt.
De hac vnitate ac honorū cōmunione gaudebat
pphta cū dicebat. Particeps ego sum oīm ti-
mentiū te: ⁊ custodiētiū mādata tua. vbi Cassio.
ps.cxviij Ita pphete portio est dn̄s vt particeps sit non
Cassio. vnius: sed oīm ecclesiarū: tanta virtus vnitatis
vt cū particeps sit xpi humiliter: dr particeps fa
mulorū: qđ est ⁊ xpi esse participē. In hoc ergo
sacramento: q2 xpi participes efficimur: quē su-
mimus: oīm famulorū xpi: oīm.s.sanctorū par-
ticipationē sortimur. Ex xpo em̄ capite fluit gra
tia in mēbra: ⁊ ex vno mēbro redūdat in aliud p
pter vnā sui corporis cōmunionē. Sicut em̄ in
vno corpore naturali: vnū mēbrū spiritū ⁊ san-
guinē influit in aliud ita multo magis in spiri-
tualibus mēbris ⁊ corporis mystici: vnū mēbrū
spūs cōmunionē trāsmittit in aliud. Hec est cō-
munio sanctorum: de qua dr in symbolo. Credo
in spiritūsanctū: sanctorū cōmunionē. Quia si-
cut fm naturā vnius corporis vnus est spūs: ita
vnius corporis xpi vnus est spūssanctus: qui in
totū corpus vehit vitā ⁊ virtutē: ⁊ oīa q̄ sunt mē
bris ppria: facit esse cōmunia. Vn̄ ⁊ dictū est de
primitiuis ecclesie mēbris. Multitudinis cre-
Act.iiij. dentiū erat cor vnū ⁊ aīa vna. Nec quisq̄ eorū q̄
possidebat: aliq̄d suū esse dicebat: sed erant oīa
illis cōia. ¶ H Sic ⁊ participatio dn̄ici cor-
poris cōmunicationem tribuit in passionibus
mystici corporis xpi. Vn̄ ⁊ apls. Si quid patitur
vnū mēbrū: cōpatiunt oīa membra. Ideo passio j.Cor.xij
vni⁹ mēbri per cōmunionē redundat in alia per
misericordia ⁊ miserationes: quibus fluunt in
mēbra deficiētia: cōpassiones cordis: cōsolatio-
nes oris: subuentiōes facultatū in elecmosynis
⁊ supportationes infirmitatū in adiutoriis di-
uersis. Cōpatiendo em̄ assimilamur capiti hui⁹
corporis: qđ ex passiōe quā habuit ad nos: mul
tis se dedit passionib⁹: vt nobis p effectū subue-
niret. Cui si cōpatimur: ⁊ cōglorificabimur. vn̄
Sicut xps p nobis aīam suā posuit: ita ⁊ nos de
bemus p fratrib⁹ aīas ponere. Quādiu em̄ xps
patit in mēbris: nos oportet cōpati: si tn̄ corpo Ro.viij.
ris volumus esse mēbra (Ad Rom.xij.) necessita j.Jo.iij.
tibus sanctorū cōmunicantes. Hoc est em̄ cōica
re necessitatib⁹ mēbrorū xpi: suscipere eorū ne-
cessitatē corde p cōpassionē: gaudendo cū gaudē
tibus: flendo cū flentibus: idipsum sentientes.
Multa ad idē docet hortaturq3 scriptura. Hanc
aūt cōmiserationē vn̄ verius accipere possum⁹:
nisi in hoc sacramento: vbi illū sumimus in me
moria ineffabilis misericordie qua nostre perdi
tioni cōpatiens: se totū impendit nobis in acer
rimis doloribus: q̄bus nostrā miseriā subleua-
uit? Sic ergo in hoc sacramēto cū oībus bonis
cōmunicationē sortimur: in quo oēs thesauri sa
pientie ⁊ scientie dei sunt absconditi. In quo et Col.ij.
principiū oīs meriti oīm sanctorū. Hec cōmu-
nitas thesaurus ille est: q̄ iuxta euāgeliū abscon Matth.
ditus est i agro dn̄ici corporis: quē qui inuenit: xiij.
abscondit ⁊ pre gaudio illi⁹ vadit ⁊ vendit oīa q̄
hz: ⁊ emit agrū istū. Hic est thesaurus sapientie: Sap.vij.
de qua philo Sap.vij. Uenerunt mihi oīa bona
pariter cū illa: ⁊ innumerabilis honestas p ma-
nus illius. Infinit⁹ em̄ est thesaurus hoīb⁹ quo
qui vsi sunt: participes facti sunt amicitie dei.
¶ Facit etiā (ait Albertus) hec sacramenti par-
ticipatio verissimā humanorū ⁊ diuinorū cōmu
nionē. per hanc em̄ deus cū oīb⁹ bonis suis est
in hoīe: ⁊ hō in deo. Deus em̄ q̄ est oīa in oībus
in hac cōmunione suā altitudinē ad nos incli- Act.ij.
nat: ⁊ nostram humilitatē in se exaltat. Hinc de
oīb⁹ credētib⁹ dr. Erāt pseuerātes in doctrina
apostolorū: ⁊ cōicatione fractionis panis ⁊ oro-
nē: q2 cōicatio fractionis panis: oīm honorū di
uinorū ⁊ humanorū cōferebat cōicationē. pro-
pter q̄ ⁊ illa recte ⁊ vere ab oībus sacri hui⁹ par
ticipatio cōio nolat. ¶ J Sūt preterea duo Duo sūt
hui⁹ sacri fruct⁹ in quātū est antidotū ⁊ medici- huius sa
na ale: q̄ sunt sanare ab infirmitate: ⁊ cōseruare cramēti
in sanitate. Operat q̄ppe hoc sacramētū in hoīe fruct⁹ in
ipm cōicando sumēte: sanitatē ab infirmitate p quātū ē
seruando: causam infirmitatis expellendo: ⁊ sa- antidotū
nitatē perditā reparādo. Hec est medicina de q̄ ⁊ medici
Eccle.xxxviij. Altissimus de terra creauit medi- na ale.
cinā: ⁊ vir prudēs nō abhorrebit illam. De terra Eccl'ci.
em̄ illa bn̄dicta dn̄ici corporis: creauit nobis do xxxviij.
min⁹ medicinā grē: pseruantē nos ab oī peccati
infirmitate. Uir ergo prudēs: q̄ de futuris hz p
uidētiā: q.s. sine hac medicina nō pseruat hō ab
hac infirmitate: nō abhorret eā: q2 lz sit apd im-
peritos horribile sumere hūanā carnē ⁊ hūanū
sanguinē: tn̄ i hoc sacro medicina ē supra modū
amplectēda. Sūt em̄ infirmitates septē capitales
ex malo fomitis semine: nisi pueniant pullulā-
tes. de q̄b⁹ accipit illđ. In sex tribulationib⁹ libe Job.v.
rabit te: ⁊ i septia nō tāget te malū. Sūt em̄ sex q̄
causant ab infirmitate corporis ⁊ mētis. A cor-

pore quidem gula: luxuria: auaricia. Ab aīa tria:
scḋm q̄ est in corpore corrupto. s. ira ex sanguinis
accensione: accidia ex corporis ponderositate:
inuidia ex cordis prauitate: q2 sc3 timet ne alte-
rius prosperitate ipse impediat. Septimū vero. s.
supbia causat ex sola spūs altitudine: a qua nos
nō tanget malū: q2 ab his nos corpus xp̄i indi-
i. Cor. xi. gne sumptū p̄seruat. Si eīn sumentes corp9 dn̄i
ipsum (scḋm ap̄li cōsiliū) dn̄udicātes: discretionis
iudicio discernim9: quis est quē in sacramēto su
mimus: q2 xp̄s patris filius p nostra salute hō
factus: morteq3 ei9 annūciam9: cōsiderando q̄d
p nobis egerit: q̄due passus sit: quēadmodū no
bis in exēplū imitationis mortuus sit: nedū in
cruce ponēs aīam suā: sed etiā toto vite morta-
lis tpe: mundo: peccato: 7 vniuersis vitiis. Siq3
deuote manducauerim9: masticātes xp̄i humili
tatē: qua seipsum hūiliauit formā serui accipiēs
factus obediens patri vsq3 ad mortē: mortē aūt
crucis: humilē quoq3 eius ingressum in hūc mū
dū: atq3 pgressum: nō tāget nos malū superbie.
¶ Si meditati fuerim9 xp̄i charitatē: qua se to-
tū nobis i hoc corporis 7 sanguinis sui sacramē
to in pign9 eterne salutis pmisse donat: nō tan-
get nos malum inuidie. ¶ Si ruminauerimus
quēadmodū impiger fuerit ad labores oīa faciē
do 7 sustinendo q̄ ad nostrā salutē pficere. Per-
transit bn̄faciendo 7 sanando oēs oppressos a
Act. x. diabolo: vt ait Petrus. Nō tanget nos malū ac-
cidie. ¶ Si ei9 mansuetudinē 7 patientiā cogita
uerim9: q̄b9 exprobrationes: irrisiones: blasphe
mias: crucē 7 flagella sustinuit: velut agn9 duct9
ad victimā nō aperiens os suū. Et petro teste.
i. Pet. ii. Cū malediceret: nō maledicebat: cū pateret: nō
cōminabat. Nō tāget nos malū ire. ¶ Si aduer
terim9 q̄ liberaliter se: 7 sua nobis impēdit: car
nē in cibū: sanguinē in potū: aīam in preciū: da
turus diuinitatē suā in premiū: sicut canit eccle
sia. Se nascens dedit sociū: cōuescens in edulium
se moriens in preciū: se regnās dat in premiū. Nō
tanget nos malū auaricie. ¶ Si in mentē redu
cimus vite eius sobrietatē: ieiunia: parsimoniā:
nō tanget nos malū gule. ¶ Si puritatē qua de
virgine nasci voluit: gaudiis mūdi ac carnis vo-
luptati passionis amaritudinē opposuit: libera
bimur a malo luxurie. Hec signata sunt Tobie.
vi. vbi Raphael qui medicina dei interpretatur:
ait Tobie iuniori. Cordis ei9 particulā si super
carbones ponas: fumus ei9 extricat omne gen9
demoniorū. Omne demoniorū genus in his se-
ptē viciis quibus presunt: accipitur. Hec est illa
optima particula inter oīa sacramenta: q̄ nobis
saluator exhibuit: iō posita sup carbones igniti
cordis: statim fumat in affectu ad deum: 7 omnē
vim inimici expellit a nobis. Fel aūt valet ad vn
gendos oculos: in quib9 est albugo: 7 sanabunt.
Fel eīn sua amaritudine passionē xp̄i significat
de qua in Threnis dr̄ ca. iii. Recordare pauper-
tatis 7 trāsgressionis mee: absinthii 7 fellis. Hec
fellea amaritudo patientis xp̄i extergit albugi-
nē spissam: quā nobis añ oculos vanitas mūdi
posuit: vt nō videam9 lumē celi: q2 xp̄i amaritu-
do reducit oculos nostros a vanitate mūdi: que
oculos nostros obtexit: ad veritatē contēplādā.
Sic ergo cib9 iste in nobis operat sanitatē: cau-
sas infirmitatū eradicando: 7 p hoc ab infirmi-
tate p̄seruando. Cōtractā etiā infirmitatē p pec
catū q̄d incidimus: sanat: eisdē modis quib9 pec
catū tollit: de quo supra dictū est. Nec mirū cum

in hoc sacramento sumit medicus ipse: q̄ venit
quereret saluū facere q̄d perierat. Qui oēs labo Luce. xix.
rantes vocat: dicens. Uenite ad me oēs q̄ labo- Mat. xi.
ratis 7 onerati estis: 7 ego reficiā vos. Miro eīn
modo studuit (ait Albertus) quō nobis gratiam
nos sanantē p̄pararet: 7 inuenit sacramētū quo
ipse medicus: ip̄e 7 medicina semp haberet. Mi
sit itaq3 verbū suū in hoc sacramento: 7 sanauit
eos. 7 eripuit eos de interitionib9 eorū: vt dr̄ in
psalmo. cvi. ¶ L2 Cōseruat etiā sanitatē re-
cuperatā ac restitutā eisdē modis quib9 p̄seruat.
Hinc in psal. dicit. Dn̄s regit me: et nihil mihi
deerit in loco pascue ibi me collocauit. Locus
pascue: loc9 refectionis est: quo ab inedia in bo-
no corporis robore cōseruat pascendi: cōfortan
turq3 vires p cibū cōuenientē. De qua cōforta-
tione in sequēti fructu supererit dicendū: de hoc
exponit Albertus illud ps̄. Collocauit illic: hoc
est in terra fructifera esurientes 7 sitientes: 7 cō
stituerunt ciuitatē habitationis 7 seminauerūt
agros: 7 plantauerunt vineas: 7 fecerunt fructū
natiuitatis. ps̄. cvi. Esurientes sunt cibū corpo
ris xp̄i desiderantes: 7 sitientes sunt qui deside-
rant sanguinē xp̄i: hi cōstituerunt se in hoc loco
vbi est habitatio ciuitatis dei: hoc est in ecclesia
7 ibi semine iusticie seminauerūt agros ab agē-
do dictos: in quibus crescit frumentū panis cor
poris xp̄i: 7 plantauerūt vineas: in quib9 crescat
potus sanguinis xp̄i: 7 in his fecerūt fructū dul
cissimū gratie sacramenti: quo cibamur: qui dr̄
fructus natiuitatis: q2 ex eisdē 7 corporaliter et
spiritualiter nascimur 7 nutrimur. ¶ Gratiā eīn
xp̄i nascimur: 7 gratia xp̄i in sacramento nutri-
mur: ac eadē gratia nutriti conseruamur: ne ite
rū defluamus in corruptionem peccati: qua aīa
nostra in malis cōtabescat 7 abomineť omnem
escā salutarē: appropinquāsq3 vsq3 ad portas mor
tis. ¶ L Supersunt vltimi duo fruct9 quos
in nobis parit salutaris eucharistie cibus: quia
nostrū viaticū est: hinc enim roborat viatorē in
itinere 7 ad terminū beatitudinis sublevat 7 p-
ducit. ¶ Roborat quidē scḋm illud. Et panis cor ps̄. ciii.
hoīs cōfortat. Hoc pane angelorū in figura cō
fortatus helias. dū in fortitudine cibi illius to- iii. Reg.
tū desertū transiit: 7 ambulauit vsq3 ad mōtem xix.
dei oreb: q̄d mensa interpretat in quo deo cōiū-
ctus est. Mēsa hec societas est eterne glorie. Pa
nis igit corporis xp̄i cōfortat nos in vita bona
quadraginta diebus 7 quadraginta noctibus:
obseruantia. s. p̄ceptorū decalogi scḋm perfectio-
nē euāgelicā: vsq3 ad mōtē dei oreb: vsq3 ad mē-
sam dei: 7 cōuiuas patrie ad quā cū sedebim9 sa- ps̄. xvi.
tiabimur: scḋm illud. Satiabor cū apparuerit glo
ria tua. Et scḋm beatū Ambro. Dominici corpo-
ris figura precessit: q̄ñ deus in deserto patribus
māna pluit: q2 sicut ille panis populū p desertū
ad terrā promissionis duxit ita hec celestis esca
fideles huius seculi desertū transeuntes in celū
sursum trahit. Propter q̄d recte viaticū appella
tur: q2 invia nos reficit: 7 ad patriā vsq3 pducit.
Corroborat etiā cōtra aduersariorū inpugnatio
nē. Uñ psalmo. xxii. Parasti in cōspectu meo mē ps̄. xxii.
sam aduersus eos qui tribulāt me. quod de mē-
sa dominici corporis 7 sanguinis exponit glosa.
Eo ipso enim quo gratiam augmentat: et om-
nes virtutes perficit arma tribuit omnes ad-
uersarios debellandi. Quem enim timebit qui
dn̄o vniuersorū: in cuius ditione cuncta posita
sunt: q̄ fortē armatū fortis: vicit: p hūc cibū in-

corporatus est. Hic est panis subcinericius hie
roboal: q̄ descendēs in castra madian: taberna
cula ei⁹ terre f a ndit⁹ coequauit. Judi. vij. pa
nis subcinericius hieroboal hūanitas xp̄i est: i
Act. x. cinere nostre mortalitatis coctus: q̄ iudiciū h₃.
sic quippe interpretat̃ hieroboal. Est em̄ ɔstitu
tus a p̄re iudex viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ. Hic descēdēs
in castra madiā iniquitatis ꝛ cōtradictiōis: ola
subuertit ꝛ terre coequauit: dū deuote sumpt⁹ se
dē iniquitatis subuertit in aīa p̄ri⁹ diabolo sub
iugari eū expellens thronū suū ibidē collocās:
ipsam ab oī aduersarioꝝ detētione liberat ꝛ cō-
seruat. ¶ M. Hū: fruct⁹ finalis sequit̃: qui est
Job. vj. ꝑductio ad terminū btitudinis: q̄ est vita eter-
na. Cōfert em̄ cibus ille immortalitatē: f̄m illō
Qui mādicat meā carnē ꝛ bibit meū sanguinē:
h₃ vitā eternā. Et ego resuscitabo eū in nouissi-
mo die. Et in hoc dissimilitudinē h₃ iste cib⁹ ad
cibū corporalē. Cib⁹ em̄ corporalis non nutrit
nisi mortaliter et corruptibiliter. j. Coꝛ. vj. Esca
vētri: ꝛ vēter escis: de⁹ aūt hunc ꝛ has destruet.
Iste aūt cib⁹ radix est immortalitatis: q₂ in coꝛ q̄
Job. vj. eū sumit: principiū est vite ꝑpetue. Vn̄ Jobā. vj
Deute. xxix. Nō sicut mādicauerūt p̄res vestri māna i deser
to ꝛ mortui sunt. Qui mādicat hūc panē viuet
i eternū. De q̄ in figura dixit moyses Deut. xxix.
ad filios israel. Adduxit vos q̄draginta annis ꝑ
desertū: nō sunt attrita vestimēta vestra: nec cal
ciamēta pedū vr̄oꝝ vetustate ɔsumpta sūt. Pa-
nē nō comedistis: vinū ꝛ siceram nō bibistis: vt sci-
retis q₂ ipse est dn̄s de⁹ vester: ꝛ venistis ad hūc
locū. Sicut dicat f̄m Alb. ꝑ desertū hui⁹ mortalis
vite q̄draginta annis: q̄ est nūer⁹ penitētie: ad-
ducit vos dn̄s ad mortalitatē ꝑpetue vite: ita q̄
ɔtrariū vestimēta nō sunt vetustate pcti cōtrita:
et calciamēta q̄ sunt duoꝝ pedū aīe munimēta:
q₂ veritas munit intellectū: et charitas munit
affectū: nō sunt aliqua vetustate vanitatis vl̃ fri
giditatis cordis cōsumpta. Et h̃ ideo: q₂ panē mū
dane refectiōis nō comedistis: nec vinū ꝛ siceram
inebriātia: in q̄ b⁹ est luxuria: bibistis: ꝛ tn̄ dn̄s
sue imortalitatis alimonia adduxit vos ꝑ sui ci
bū māna supceleste ad hūc locū solidū ꝑmissio-
nis: q̄ moueri nō pōt: terne scʒ imortalitatis.
Sic ergo cibus ille cibat celestis ɔtute principiis
vite ꝛ imortalitatis radice. Hinc recte d̄r cibus
iste: arra spōse: pign⁹ future glie. Dederat olim
dn̄s aīe rōnali pignora sue dilectiōis pulchras
arras sue despōsatiōis: celū ꝛ terrā ad eius obse
quiū sil̃ ꝛ solatiū: vt late ꝑsequit̃ venerabil̃ Hu
go de sctō victo. in libello de arra aīe. Cōtēpsere
has arras plurimi: atq₃ eis oīa viluerūt. Dedit
ad extremū seipm̄ pariter in arrā ꝛ p̄ciū: vn̄ i h̃
sacro cōuiuio iuxta canticū eccl̃ie: future glorie
Bernar. nobis pign⁹ dat. de q̄ btūs Bern̄. in ser. de sacro
aīt: alloquēs ecclesiā ꝛ quālibet animā fidelem.
Gratulare inq̄t spōsa: gaude i cōpatabilr̃: ꝑside-
tē habes ꝛ rectorē spōsū ₃ in p̄ntis exilii militia:
pign⁹ habes ꝛ arrā tenes: q̄ b⁹ feliciter spōsouni a
ris in p̄ria. Gloriosa ꝛ amabilis spōsa: in terra
spōsum habes in sacr̄o. in celis habitura est sine
velamēto. Hic ꝛ ibi ꝑitas: s₃ hic palliata: ibi ma
nifesta. Hic vtiq₃ spōsum habet eccl̃ia suo ordi-
ne: hic q̄si dulce preludium: ꝛ iocūda dispēsatio
ibi nuptiale cōuiuiū ꝛ beata sier cōiūctio: cū fide
ad speciē: de mēse ad mēsem: de sabbato ad sab
batū: de calore panū ad eternalis caloris conui
uium trāsibimus. Et infra. Cibus ille non est
vētris: s₃ mētis: nō est dat⁹ ad ruinas huius vi-

te q̄ vapor est ad modicū parēs: s₃ ad eternā vitā
aīe cōferendā. Iste est panis angeloꝝ qui nescit
putrescere: nō vadit in secessum: s₃ redit in excel
sum: illuc reducit hominē vn̄ traxit imaginem.
¶ Ecce patēt vel breuiter duodecim fruct⁹ ligni
vite. Siquidē cōsiderādo eucharistiā in ordine
ad xp̄m in ea cōtētū: sic viuificat animā et relax-
at pcta. In eo vero q̄ est memoriale passionis
xp̄i: inflāmat mentē: ꝛ patientiā prestat. Inquā
tū est cib⁹: nutrit ꝛ restaurat: q₂ sacr̄m vnit ꝛ co-
pulat: q₂ antidotū medicinale: sanat ab infirmi
tate: ꝛ in sanitate cōseruat. Quia viaticū: robo-
rat viatorē: et perducit ad terminū btitudinis.
¶ Quos sub aliis v̄bis ita btūs Bern̄. assignat
dicens. Eucharistia medicina est egrotis: pere-
grinātib⁹ dieta: debiles confortat: valētes dele-
ctat: languorē sanat: suauitatē seruat. Fit homo
māsuetior ad correptionē: patiētior ad laborē₃
ardētior ad amorē: sagacior ad cautelā: ad obe-
diēdū p̄mptior: ad graꝝ actiōes deuotior. ¶ Et
l₃ plura de hui⁹ sacri fructib⁹ dicta sunt: nequa-
q̄ tn̄ velut tāto sacro digna vel sufficiētia estimā
da sunt. Excedit em̄ ei⁹ dignitas simil̃ ꝛ vtilitas
oēm hūanā estimationē. Hinc Bern̄. f̄m supra
allegata. Potest ne estimare quale vel quātū est
hoc sanctū sanctoꝝ: ꝛ sacr̄m sacroꝝ: amor amoꝝ
dulcedo oīm dulcediuū. Hec sunt vera festa pa-
scalia: hec sunt gaudia ꝛ fercula vitalia iustoꝝ: h₃
hec sūt spūales delicie sctōꝝ: hic bibūt i loco vbe
ri torrētis lactis: pluuia mellis: liquor balsami
celestis. Hic efficit̃ vna caro spōsa cū spōse: sed
aīa cū xp̄o. Experiētia boꝝ ꝛ similiū spūs ꝛ vi-
ta est: nec animalis homo hoꝝ sensu fruit̃ vl̃ ac
cessu. Amici spōsi: viri timorati ꝛ religiosi gusta
uerūt: ꝛ plenissime q̄ dicim⁹ sūt experti. Hec bern̄.
¶ N. S₃ circa hec q̄ri pōt quō hos fruct⁹ effi-
cit corp⁹ xp̄i in h̃ sacro sumptū. ¶ Pro r̄nsione
rememorandū est qd̄. s. lec. iiii. habet: q̄ tripli-
citer aliq̄d dicit̃ fieri vel effici ab alio: scʒ opera
tione ꝛ virtute naturali: quo modo calor fit ab
igne. Scd̄o mō nō ex ei⁹ virtute: s₃ ex ei⁹ merito
quo modo dicim⁹ q̄ premiū in beatis est ex ope-
rib⁹ meritoriis precedentibus. Tertio est ex ali- Aliq̄d d̄r
qua ɔtute occulta adsistēte. Sic sacramēta ope fieri vel
rari dicunt̃. ¶ Ad ꝑpositū. Corp⁹ xp̄i in sacra- effici tri-
mēto cib⁹ est nō corporis sed mētis. Non vtiq₃ pliciť ab
f̄m sui subām nutriēs ac cibās animā: quemad alio.
modū cib⁹ corporalis f̄m subām cibat et nutrit
corp⁹: q₂ anima f̄m sui subām: additionē nō re-
cipit. hinc f̄m sui subām corp⁹ xp̄i nec cibat: nec
restaurat: nec roborat animā: nec vnit̃ aīe tāq̄
forma. Ideoq₃ nec ꝑ suā essentiā inflāmat ani-
mā: sicut calor ignē: nec f̄m suā substantiā illu-
minat sicut lumē aerē: nec sic viuificat sicut ani
ma corp⁹. Cū etiā f̄m se sit res creata: per suam
naturā ꝑpriā nō liberat a morte: nec ad patriā
reuocat: aut peccatū expellit nec resuscitat. Nec
breuiter aliq̄s p̄dictoꝝ effectuū causaliter effe-
ctiue ꝑcedit ex naturali virtute illius corporis.
Restat ergo vt fiat vel ipsius merito: vel virtute
occulta. Merito aūt ei⁹ nō fit vt p̄cipaliter me
rentis: q₂ mereri est nature intellectualis ꝛ ra-
tionalis. corpus aūt xp̄i acceptū pro altera par
te cōpositi substātialis: qd̄ ex vi consecrationis
est in sacramēto altaris: nō est natura itellectua
lis aut ratiōalis: s₃ est pars talis nature ex ipso
ꝛ aīa rationali cōposite. Unde mereri est ipsius
anime nō corporis: licet aīa per corp⁹ hoc est ꝑ
operationes ꝛ passiōes corꝑales volūtarie exhi

bitas vel passas mereat. Etiā fructus hi nō puenit pcise ꝛ adeq̄te ex merito sumētiū: q2 sic nō puenirēt ex applicatiōe sacri seu vsu ei⁹: ꝛ plus sacr̄m sanctificaret a sumētib⁹: ꝙ sumētes a sacramēto: qm̄ sumētiū merito ipsū per hoc sacramentū sanctificarēt. Relinquit ergo ꝙ diuina virtute ꝛ volūtate: q̄ ex suo beneplacito: hos fructus efficit in digne hoc corpus sumēte. Unde sicut in baptismate superfusioni aque seu immersioni aut ablutioni exteriori: q̄ fit per aquā: cū certe verboꝝ forme platione ꝛ baptizantis intē tione: adest virtus omnipotētis dei: ad efficiendū interiorē vl' spūalē ablutionē a pctīs. Sic refectiōi corporali ꝛ exteriori q̄ fit p sumptionem hui⁹ venerabilis sacri: adest virtus diuina ad pficiēdā internā ꝛ spūalē refectionē: quā exterior significat: ꝛ ceteros fruct⁹ numeratos: ꝛ hoc in subiecto disposito: h' est in viuēte vita gr̄e: q2 cibari ꝛ refici nō est mortuoꝝ. Statuit itaq3 deus ꝙ ad dignā hui⁹ sacri sumptionē: hos fruct⁹ efficere vult in anima hmōi viuētis. ¶ O Sz di-

Obiectio quō tūc dicit saluator. Caro mea vere est cibus ꝛ sanguis meus vere est potus. Si non ipsa nec

R̄nsio ad obiectionem. ipse hos refectiōis effectus operat? Respōdet ꝙ vere ibi assertiue ponit: vt sit sensus. Caro mea vere. i. indubitāter est cib⁹ reficiens seu refectiuus. Et sanguis meus vere. i. indubitāter est potus: potās vel inebriās spūaliter: lz nō sua natura: sed ꝟtute diuina. Sicut aqua baptismalis vere est aqua regenerās: ꝛ vnda purificās: nō sua natura sed ꝟtute diuina: cui accedēs elemētū et verbū efficit sacr̄m. i. sacrationis seu sanctificatiōis instrumentū. Et quid mirū si deus ops et misericors ad sumptionē hui⁹ sacri corporis: cui inseparabiliter vnita est excellētissima deitas: fructus ꝛ dona multipliceτ in sumētib⁹: cū ꝛ rebus longe inferiorib⁹ in gradu entitatis adsistat ad effectuū mirabiliū pductionē? Si eñ vestis btī iohānis euāgelistē hoc obtinuit: vt p tactū manuū aristoboli tunc increduli: tres mortuos suscitaret: q̄d de hoc corpore: qō vestimētū est deitatis: pia fides suggerit sentiēdū? Si petri aplī baculus ex suo ꝯtactu btm̄ maternū a morte suscitauit: diuina adsistēte ꝟtute: q̄d mirū si attactu hui⁹ corporis diuinissimi: virt⁹ adsistēs diuina hos fruct⁹ ꝛ his maiora faciat? Sic argui pōt de

Act. xix. sudariis ꝛ semicinctiis pauli: de quib⁹ i actibus aploꝝ dr: ꝙ delata et posita sup infirmos curabant: ꝛ sup demoniacos: spūs immūdi eiciebātur. Sic igit xp̄s tātas virtutes ꝯtulit sanctoꝝ suoꝝ ossib⁹ aridis: capillis coꝝ aut pulueribus: sepulcris ꝛ vestib⁹: vt eoꝝ attactu fugarent demones ab obsessis corporib⁹: sanarent corpora a diuersis morbis ꝛ languorib⁹: quō nō incōparabiliter multo maiores carni sue ppriē sibi suppositaliter vnite: ꝛ iā vita glorie fulgēti: q̄ ꝛ pro nostra omniūq3 salute passa est: virtutes tribueret? ¶ Ampli⁹ si fimbria vestimēti sui hoc prestitit vt ei⁹ tactu emoroissa sanaret a sanguinis p

Mat. ix. fluuio: haud dubiū carni sue quā induit: qua inuētus est vt hō: maiora tribuit. ¶ Itē si lignū vite in medio paradisi hac ꝟtute p̄ditū esse voluit vt vitā corporalē vtētib⁹ fructu ei⁹ perpetuaret quō nō poti⁹ carni ꝛ sanguini suo hoc tribuit vt pperuare posset in digne vtētib⁹ vitā animarū? ¶ Deniq̄ si hāc ꝟtutē dedit v̄bis quoridiā exorcistarū: vt eis arceant ꝛ ligent demones: quō verbū p qō factā sunt oīa: carnē suā: quā p animarū salute assumpsit: nō oīb⁹ prefatis virtutib⁹ glorie ꝛ magnificētie sue congruētib⁹ ꝛ animarū saluti expedientibus insigniuit? Reuera: voluit: decuit: ꝛ fecit sue carni has maioresq3 virtutes tribuere: quam de purissimis virginis sanguinibus formauit: quam suo naturali filio in vnitatem suppositi copulauit: in qua a morte triūphauit: qua diaboli potestatem superauit ꝛ abstulit: quā super omnes angelicas virtutes ad dexteram suā collocauit. Cui vnite anime christi sanctissime eandē iudicandi potestatem viuos ꝛ mortuos tribuit ꝛ donauit. ¶ Ex quibus ꝛ hoc sequitur: ꝙ licet sacramentū hoc spiritualiter tm̄ sumptum effectus predictos operetur: multo tm̄ plenius ꝛ perfectius hoc facit in sumētibus etiā sacramentaliter. hoc est simul sacramentaliter ꝛ spiritualiter. vt ex solutione alterius dubū deducetur. Et tantum de fructibus huius viuifici sacramēti. ¶ P Sed adhuc q̄s diceret. Si hos fructus operatur hoc sacramētum in digne sumenti: quicūq3 hos fructus nō experiuntur nec sentiunt: sed cū pauci hos fructus sentiant etiā eoꝝ qui sine mortalis peccati conscientia: post debitam sui ipsoꝝ probationē accedunt: sequeretur ꝙ tales indigne sumerent: qō durum nimis foret: ꝛ a cōmunione plurimos reuocaret. ¶ Ad hoc respondetur: ꝙ plurimi ex dictis fructibus licet in digne sumente oriuntur: minime tm̄ experimentaliter cognoscuntur. Hi sunt omnes fructus gratiā ꝛ charitatē eiusq3 augmentū inseparabiliter comitantes sicut mentē viuificare: peccata relaxare: nutrire augmentando: vnire christo: copulare per cōmunionem primo ꝛc. Sicut eñ charitas ꝛ cetere virtutes infuse a nobis experimētaliter cognosci non possunt: nec intuitiue videri: vt tradunt doc. distin. xvii. primi. quia omnem actuz quem producere possumus quantum ad genus actus mediante habitu infuso: producere possumus ex habitu acquisito: siue ex volūtatis libertate: licet non quoad circunstantiam meriti: q̄ nisi per reuelationē in hac nostra peregrinatione euidenter sciri non pōt. Nescit eñ homo an odio vel amore dignus sit: qō nedū de supposito hominis verū est: sed etiam de actu eius virtuoso. Simillimi eñ sunt effectus procedentes ex habitib⁹ infusis ꝛ acquisitis: intantū ꝙ habitus infusos esse ponendos nulla ratio euidens conuincit: sed sola fidei et ecclesie autoritas verissima eos nobis credendos prodit. Deniq3 inflammatio affectus per deuotionē ꝛ spiritualis dulcedinis sentimentū: delectatio quoq3 in spiritualibus atq3 operandi promptitudo sensibilis: etsi frequenter sequuntur charitatē: tamen nō inseparabiliter ei iunguntur. Nōnunq̄ etiā in charitate maiori: minor sentitur deuotio: et in minori: maior. Nihil deniq3 prohibet: quandoq3 etiam vbi nulla est charitas et gratia: deuotionē ꝛ dulcedinem sentiri etiam vsq3 ad lachrymarum effusionem: sicut est videre in nonnullis peccatoribus ex verbo dei vsq3 ad lachrymas compunctis: qui tamen nondum exposuerunt peccata in quibus voluntate tenent cauere: ꝛ ab eis recedere: que deuotio seu dulcedinis sentimentum esse potest a deo paruulos sic ad se attrahere volente: quandoq3 ab habitu acquisito: quandoq3 a complexione: qñq3 a spū maligno: vt sic a debitis operibus retrahat: vt huiusmodi delectationes spiritualem finaliter querere doceat: vt dum eam subtrahit in despera-

tionem mittat: propterq; alias causas pluri-
i.Joā.iiij mas. Quapropter admonet scriptura proba-
re spūs si ex deo sunt. ¶ Q Primi fructus: q̃
inseparabiliter cōsequunt̃ charitatē ꝛ eiꝰ augmē
tū: illi infallibiliter cōcomitāt̃ dignā huiꝰ sacra-
menti cōmunionē: sed hi: vt dictū est: sentiri nō
possunt. Hi eñ cōsequunt̃ ex opere operato: nō
ex opere operantis: dū tñ nō adsit obex vel im-
pedimentū. Hoc eñ propriū est sacramētis no-
Nota ue. le. gratiā īfundere: aut infusam augmētare obi-
ce remoto: alioquin nō essent signa grē effica-
cia atq; certa. Ceteravero q̃ noīe deuotionis ge
neraliter sumpto intelligo: quandoq; dant̃ di-
gne sumentibus: quandoq; digne sumentibus
subtrahunt̃: immo nōnunq̃ indignis prestant̃.
Unde Johā. cācella. in de mystica theologia pra
ctice cōsideratione. vj. ait loquens de contēpla-
tionis ac deuotionis gratia. Sunt filij infideles
ꝛ alieni: sunt serui nequā quos aliquādo cibari
sustinet pater celestis ex adipe frumenti: ꝛ de pe
tra melle saturari: quēadmodū apud aliquos ex
principibus videre est: qui cōuēnandis paulo-
post ad mortē: mittunt aliquotiens in carcerem
de preciosis mense sue reliquijs. Itaq; has grās
reperire est apud maledictiōis reprobationisq;
filios: vel in augmentū sue dānationis: ꝓ abusu
ingratissimo doni dei: vel ad aliorū eruditionē:
vel ꝓ qualicūq; laborū suorū velut florū vel inu
tiliū premio transitorio. Pro tali numismate ta
les merces. dicit puerbiū vulgare. Fornicati tñ
mō quesierūt in donis dei ꝑ improbam delecta
Mat.xx. tionē vel presumptionē. Quid igit̃? Desiderium
eorū affert eis deus: sed iratus: audiūt illud euā
gelij. Tolle qđ tuū est ꝛ vade. Difficillimū igit̃ est
cognoscere: vñ ꝛ ad q̃d hmōi deuotio ac dulcedi
nis sentimentū cōcedit̃. Dat̃ deniq; q̃nq; digne
suscipiētibꝰ atq; supererogat̃ a liberalissima dei
clementia. Q̃nq; in bonū sumentiū ab eadē cle-
menti voluntate subtrahit̃: sed nō ad insipiētiā
eorū. ¶ R Huius aūt dispēsationis mīe dei:
qua etiā electis hmōi gratiā subtrahit: dicitꝰ cā-
cel. vbi supra aliquas colligit causas. Prima ꝓ-
pter humiliationē. vñ ait. Fit hoc q̃nq; ꝛ sepius
Prouer. ad humiliationē vt retūdat̃ superbia: vel q̃ ꝓfuit
xviij. vel vt ne subrepat: ꝓuideat̃. Propterea testatur
beatus Bern. vere nihil esse efficacius ad gratiā
hanc vel inueniēdā: vel retinendā: vel recuperā
dā: q̃ si semꝑ inueniaris nō altū sapere: sed sape
re ad sobrietatē. Deniq; beatꝰ est vir q̃ semꝑ est
pauidus: ꝛ suꝑ custodiā suā stat. ¶ Scdo: fit hoc
aliq̃n ad desideriū vehementius igniendū: quē-
admodū ignis flatu cōpressus erūpit ardētior: vt
discamus grandia grāditer querere. ¶ Fit hoc
tertio: vt ab hoīe sua fragilitas ꝛ abyssus miseria
rū ꝓfundius ac clarius sentiat̃: quatenꝰ vilescat
ipse sibi recogitās qualis ex se sit: ꝛ qualis ex dei
munere esse possit. ¶ Quarto: fit hoc aliq̃n ad in
ducendū viscera mīe pietatis super aliorū desola
tione: quibus hec cōsolatio vel nō cōcedit̃: vel cō
cessa subtrahit̃. ¶ Fit hoc quinto ad satisfacien-
dū interim ꝓ se vel aliīs ꝑ dolorē sensibilē: ex ta
li carentia derelictū: quēadmodū hūanitas xp̄i
derelicta est: ꝛ torrenti penalitatū tota immersa
quatenus ita satisfaceret ꝓ peccatis nō suis sed
alienis. ¶ Fit sexto: ne quis idoneꝰ in doctrina
alios iuuare aut ī re aliqua velit assidue sic ocia-
ri sibi. sic inter amplexus rachelis herere: ꝙ ne-
gociū charitatis spernat: ꝛ lye fecundationi ne-
quaq̃ inuigilet. ¶ Fit septimo: vt homo ꝑ mul-
ta tentatus discat ex his q̃ patitur obediētiam:
ceterasq; virtutes: quatenus eas postmodū edo
ceat efficacius. ¶ Fit octauo: ne deserat hō per
contēplationis sue supererogationē: obligatio-
nē debite actionis. ¶ Fit nono ad punitionē ve
nialiū peccatorū: tanq̃ si pater indulgentissimꝰ vel
auertat interim faciē a filio lasciuiore: vel tristio
rē ostēdat: quatenꝰ exinde studiosior sit in omni
modestie custodia. Et ne minima negligēs pau- Rom.ix.
latim decidat. ¶ Fit hoc decimo: vt cognoscat̃
illud apostoli. Nō est volentis neq; currentis. s.
per industriā ꝓpriā: sed dei miserētis. ¶ Fit hoc
vndecimo: ad purgationē maris spūalis magni
ꝛ spaciosi: qđ ex nimia quiete solet sordes cōtra-
here: sicut ꝛ materiale: q̃s exagitatio cōmotioq;
depellit. ¶ Fit hoc duodecimo: vt innotescat si
gratis aīa timet deum: si parata est. s. obsequi ꝑ
proprijs expensis dolorū ꝛ tribulationū: quēadmo
dū si stipendia consolationū ꝛ suauitatū ab im-
peratore suo reciperet: cōtra illos q̃ orationem
suā vel effundere nolunt: vel inefficacē credunt:
nisi cōsolationū sentimēta meruerint: quasi nō
fingeret vnq̃ deus laborē in precepto. ¶ Fit ter
tiodecimo: quatenus ablactet̃ homo: ne semper
putrescat aut fornicet̃ in donis dei: caprōpter se
diligens: his adherēs his sese oblectans: aut ne
ꝓmiū hoc tēporale recipiat: illo futuro careturꝰ.
¶ Fit hoc quartodecimo: vt dissimulet venire
tantus hospes ad aīam: ne grauet̃ expēsis sicut
dauid ad filiū. Sed q̃s quibus expensis? Lachry
mis pijs: gemitibus: ieiunijs: vigilijs: et ceteris
corpora grauantibus. Quia aīa iunior nō posset
sustinere ebrietatē spūs: si iugiter introduceret
eā in cellā vinariā suam. Propterea clauem ge-
rit: nunc claudēs: nunc aperiēs. ¶ Fit hoc quin
todecimo: vt ꝓuocet te deus sicut aquila pullos
suos ad volandū: ꝛ mater filiū ad ambulandū.
Deserit eñ mater filiū suū aliquando hac indu-
stria: vt desertus clamet: vtq; regrediēs cautior
fit adherere sibi. Cautior etiā ne cadat prospice
re: ꝛ quesitū matrē letior suscipiat inuentā: blan
dicias ꝛ oscula suauius addat. ¶ Fit demū sexto
decimo ad exercendum patientiam: que perfe-
ctum opus habet: nam q̃ est acerbior tribulatio:
que materia pacientie copiosior apud animam
que a pregustatione deliciarum paradisi relabi-
tur ꝛ corruit ad dolores inferni: ad similitudi-
nem vmbre mortis: ad erumnas huius seculi?
¶ S Sumitur hinc coniectura quante fu-
tura esset amaritudinis separatio ꝑpetua. Hec
cancel. Qui licet in genere loquitur de dulcedi-
ne contemplationis: habet tamen in proposito
locum. Quia sicut aliquando contemplatiuo cō
ceditur huius consolatio [illegible]is experientia: quan-
doq; subtrahitur. Sic digne sumenti euchari-
stiam quandoq; gustus diuine dulcedinis cre-
ditur (alꝰs cōceditur) quandoq; negatur ex cau-
sis prenarratis: ꝛ dispositione sumentis. Igitur
pro ea obtinenda impigriter laborandum est
oratione et cordis purificatione: ita vt accedens
paratus sit ea humiliter vti cum gratiarū actio-
ne si detur: paratus nihilominus ea carere bo-
no animo si non detur: recogitans assidue: quia
non in sentimento huius dulcedinis: sed in cha
ritate est regnum dei. Patet ergo responsio ad
dubium: ꝙ neq; indigne: neq; inutiliter sumūt
aīa dispositi: qui huiusmodi consolationis dul-
cedinem non sentiunt: nec propter hoc: ab eius
communione se studeant cohibere.

¶ Lectio .lxxxvii. a

Dicto de huius sa
cramenti fructu: dicendū est quoad
dubiū quartū de indigne sumentiū
pena ꝛ periculo. Verū intellecta pec
cati grauitate grauitas pene cōsci pōt: qm̄ scri-
Deu. xxv prū est. Pro mēsura peccati erit ꝛ plagaꝝ mod⁹.
Apocal. ꝛ Apoc. xviii. Quātuȝ glorificauit se ꝛ in delicijs
xviij. fuit: tm̄ date illi tormentum ꝛ luctū. et Hiere. l.
Iuxta oīa q̄ fecit facite illi. Job quoqȝ. xx. Iuxta
multitudinē adinuētionū suarū: sic ꝛ sustinebit.
Igit̄ videndum est de grauitate peccati indigne
sumptiōis. Verū q̄ digna sumptio: q̄ve indigna:
late. ē. ostensum est. lec. vi. ꝛ. vii. Nūc loquor nūc
de his q̄ celebrando aut sumendo hoc sacramē-
tū: nouo mortali pctō se onerant de quib⁹ apl's
j. Cor. xj. ait. Qui manducat et bibit indigne: iudiciū sibi
manducat ꝛ bi. nō dijudicans corpus dn̄i. Iudi-
ciū manducāt dānationis. i. sm̄ glo. sua mādu-
catione se dignos dānatione efficiunt. Nō quia
malū est qđ accipiunt. Accipiunt etiam indigne
accedentes verū corpus xp̄i ꝛ sanguinē dn̄i sacra
Grego. mēta dētib⁹ premūt: lȝ sine fructu. Sicut Greg.
iiij. dial. ait. Est quidē inquit in peccatoribus ꝛ
indigne sumentibus vera xp̄i caro ꝛ verus san-
guis sm̄ essentiā nō salubri efficientia. Ad idem
Augusti. Augu. li. v. de vnico baptis. Quia aliquis non ad
salutē: nō iđ minus est corpus ꝛ sanguis qđ ac-
cipit. Bonū est ergo qđ accipiūt: sed bonū sacrū
est eis malū: dū male accipiūt bonū. vt ait Aug.
j. Cor. xij in de verbis euangelij. Sicut econuerso: factū est
bonū apl's cū bene accipit malū. s. dū stimulus
sathane patienter portat. sic ad Roma. viij. in-
quit. Scimus qm̄ diligentib⁹ deū: oīa cooperan
tur in bonū his: q̄ sm̄ ppositū vocati sūt sancti.
Ubi glo. Prosunt em̄ mala q̄ fideles perferūt vel
ad emendanda: vel delēda peccata: vel ad exer-
cendā pbandāqȝ iusticiā: vel ad demonstrandā
huius vite miseriā: cuius em̄ mors carnis de pec
cato primi hoīs originaliter venit: tm̄ bon⁹ eius
vsus gloriosissimos martyres fecit. ꝛ Nico. de ly
ra sup eūdē locū. Istis. s. sanctis sm̄ ppositū. i.
sm̄ predestinationē etiā peccata in bonū proue
niunt: q: fortiores ꝛ cautiores resurgūt. Et etiā
in gloria ad bonū coꝝ facit peccatorū memoria
sicut cicatrices ad gloriam militis q̄ finaliter in
bello triū pbauit. Sicut ergo mala bonis coope
rant̄ in bonū: ita sancta obsunt malis: nō q: res
illa mala sit: sed q: malus male accipit qđ bonū
est. Qđ in arca dn̄i q̄ alophylos occidit: et israel
saluauit. Et in māna qđ bonis oīs delectamēti
ꝛ suauitatis saporē: malis aūt nauseā prestitit: fi
Chryso. guratū est. Hinc Chrys. hom. x. Sacrificiū hoc
inquit: cibus spūalis est: sicut corporalis cibus
dū ventrē inuenerit aduersis humoribus occu-
patū: amplius ledit: magis nocet: ꝛ nullū p̄stat
auxiliū. Ita ꝛ iste spūalis cibus: si aliquē reperit
malignitate pollutū: magis eū perdet nō sui na
tura: sed accipientis vitio. Sumūt ergo indigne
accedentes iudiciū dānationis magne: dānatio
nis pfunde: sm̄ peccati huius grauitatē. ¶ B
Possumus aūt grauitatē huius peccati indigni
accessus intelligere ex culparū pondere: quibus
cōparat̄. Cōparat̄ aūt indigne sumptionis cul-
pa peccato pditionis iude: iudeorū ingratitudi
ni ꝛ blasphemie: ꝛ effusionī p̄ciosi sanguinis de
xp̄i corpore. Quoad pmū: q̄ indigne sumit: xp̄m

cū iuda prodit. de quo hec. Hiero. in ep'la quadā
ait: loquens spāliter ad sacerdotes. Quid tibi cū Hiero.
feminis q̄ in altari cū deo fabularis? dic sacer-
dos: dic clerice: dic quisq̄s fueris qui sacramēta
sumis: qualiter cū eisdē labijs filiū dei oscularis
quibus osculatus es labia meretricis? O iuda:
filiū hoīs osculo tradis. Et simile est de his qui
in alijs peccatis superbie: inuidie: auaricie: infi-
delitatis: ꝛ ceteris fornicatione nō minorib⁹ ac
cedunt. Itē beat⁹ Augu. Nō minus peccant qui Augusti.
tradunt xp̄m peccatorib⁹ mēbris: q̄̄ qui xp̄m tra
diderūt crucifigentib⁹ iudeis. Traciunt em̄ hi
xp̄m in peccati locū: q̄ est in potestate demonū:
sicut iudas tradidit ipsum manibus iniquis iu-
deorū. Et beat⁹ Remigius sup illud. Mat. xxvi. Remigi⁹
Ve illi per quē filius hoīs tradet̄. Ve inquit tra-
dentibus xp̄m ad crucifigendū. Sed ꝛ ve cū ma-
ligna pscientia sub sacro sumētib⁹ illū. Hi et si nō
tradunt iudeis ad crucifigendū: tradunt tn̄ ipm
mēbris inimici ad sumendum. Glo. q̄ȝ Bede. In sup mar.
sempiternū ve homini illi q̄ ad mēsam dn̄i indi ca. xiiij.
gne accedit. Ille em̄ in exēplū iude filiū hoīs tra
dit: nō iudeis quidē peccatorib⁹: tn̄ peccatorib⁹
mēbris. s. suis: q̄ dn̄ici corporis sacramentū ac-
cipere temerarie presumunt. Illi dn̄m vendunt
q̄ eius timore ꝛ amore neglecto: terrena: caduca
immo ꝛ criminosa p eo diligere: ꝛ curare nō me
tuūt. hec Beda. Tales aūt sunt q̄cunqȝ indigne
celebrant vel accedunt. Sile in glo. Lu. xxii. Exē
plo iude filiū hoīs tradit: q̄ illud inuiolabile dn̄i-
ci corporis sacramentū violare p̄sumit. Ad idē In ser. de
bea. Ber. Qui sm̄ carnē viuunt ait: ꝛ post carna- sacro.
lia euagant̄: catena vitiorum cōpediti cū pditore
venenū accipiunt: ꝛ spūalis suspendij laqueū in-
currūt grauissime dānandi. Tum multiplici rea
tu. Tū p sacramenti cōtēptu. An nō discerneret
inter glebas: q̄ discernit inter stellas? Examina
bit certe argentū: q̄ ipm q̄ȝ aurū pbauit ꝛ repro
bauit. Hec ille. ¶ C Et recte cōparat̄ pdito-
ri iude: q̄ indigne sacramentū sumit: qm̄ sicut si-
gnū manifestū pacis ꝛ amicitie est osculū ita spi
ritualis vnionis ꝛ diuine dilectionis: panis iste
est sacramentū. Qm̄ vn⁹ panis: ꝛ vnū corp⁹ mul j. Cor. x.
ti sum⁹: oēs qui de vno pane: ꝛ de vno calice par
ticipam⁹. Sicut ergo iudas signū extrinsecū pa
cis: osculū ferebat: qđ in pectore nō habebat: et
ipso signo inimicū ꝛ traditorē tegebat. Ita q̄ in
digne accedūt: foris sacramentū charitatis ma
xime signū sumūt: ꝛ intus p peccandi voluntatē
inimici ꝛ cōtēptores sunt. Cur em̄ q̄ peccata de-
serere nolūt: sacramēta in sui perniciē sumunt:
nisi velut p hypocrisim se foris sanctos simulēt:
nec tn̄ intus esse volunt? Volunt reputari sacer-
dotes deuoti: volunt iudicari christiani veri: p-
bi: honesti: bonis fides: esse tn̄ nolunt. Hinc tan
tus strepitus ꝛ oblatratio dū indignis phibet̄
accessus. Currūt: pmittunt: minant̄: ꝛ si nō ali-
ter in alienis parrochijs furtiue accipiunt: men
tiunt̄ se esse absolutos a sententijs: a censuris: a
peccatis. Ut q̄d tanta instantia mortē sibi pcu- De abs-
rāt: nisi q: videri volūt: qđ esse nolūt? Si em̄ vel cīdis cō
lēt esse amici xp̄i: eijcerēt cōcubinas: redderent cubinis.
male q̄sita: deponerēt odia: repellerēt vitia: vitā
emēdarent: ꝛ recōciliari deo ecclesie ꝛ primo: cō
munionē humiliter a suis sacerdotib⁹ peterent
ꝛ salubri⁹ obtinerēt. Aut forte tpale lucrū q̄rūt
q̄ sibi existimāt pietatē: ꝛ isti manifestius cū iuda
dn̄m nedū osculant̄: sed etiā p pecunia scelestissi
me vendūt: longe peiores simoniacis. Nam isti

vendūt aut mercant spūalia:illi patrēt dñm spi
ritū in questū auaritie ponūt. Hic p Hieremiā
Hiere. xi dñs causat. Quid est q dilect' me' in domo mea
facit scelera multa? Nunquid carnes sancte aufe
rent a te malicias tuas in quib' gloriata es. Hi
pena inde excipiūt:cui assimilantur in crimine.
Judas q sanctitatē simulabat: ⁊ auariciā occul-
tabat:preciū sanguinis retulit:⁊ suspēdio seipm
interemit:sicqz seipsum fama reb' ⁊ vita pariter
priuauit. Ita indigne sumentes mysteriū vnita
tis:⁊ nō tenētes vinculū pacis:nō accipiūt my-
steriū pro se:sed cōtra se:ait Aug. in de sacris fi-
deliū. Qđ etiā experiētia declarat:nā sepe i diffa
miā:sepe in paupertatē:sepe in vite abbreuiationē
iusto dei iudicio incidūt. Inde em lites:inde in
firmitates pestilentie ⁊ mortes: vt satis ostēdit
Eccli. j. apls. j. Cor. xj. ⁊ hoc est qđ dr Eccli. j. Ne sis in-
credulus timori dñi:⁊ ne accesseris ad illū du-
plici corde. Ne fueris hypocrita in cōspectu ho-
minū:⁊ nō scandalizeris in labijs tuis. Attende
in illis ne forte cadas:⁊ adducas aie tue cōfusio
nē:⁊ reuelet deus abscōsa tua:⁊ in medio synago
ge elidat te. Qm accessisti maligne ad dñm: ⁊ cor
tuū plenū est dolo et fallacia. ¶ D Scđo:indi-
gna sumptio huius sacri cōparat' ingratitudini
et blasphemie iudeoꝝ. Judei nāqz magna ⁊ mul
tiplicia dona a dño acceperūt:sed ingrati nimis
ante aduentū xpi sepius p idolatriā verū deum
deseruerunt. Adueniēte vo xpo:quē summis pa
tres expectauerunt desiderijs:maioris reddide-
runt vicē ingratitudinis:nā multiplicia ei exhi
bita beneficia i infirmoꝝ curationib':ac verita
tis doctrinationib' diuinitatis opa nō sibi:sz de
monib' attribuerūt: supaddētes blasphemias
in verbis ⁊ factis irridēdo: cōspuendo: colaphi-
zando:flagellādo:ad vltimum morte turpissima
condēnando. Nō aliter despicit qui in sacro xpm in
digne accipit. Ingratissim' em est q maxima do
na nō pōderat:sed vilipēdit. Nullū vnq tantum
cōsecuti sunt iudei beneficiū:quātū in sacro quo
tidiano nostri cibi prestitit nobis domin' vt ptz
trāscurrēdo p singula. Nā vt alia taceā:panē an-
geloꝝ dedit illis:manna scz in deserto:quib' pa
uit illos. xl. annis. Sed dignior est panis quem
nobis in sacro dñs preparauit. Hic est vere pa-
nis angeloꝝ. Nō ab angelis factus:sed angeloꝝ
ps. lxx-vij. factor:beatitudo:gaudiū ⁊ totū eoꝝ bonū. Un de
hoc pane verius dr. Panē angeloꝝ mādūcauit
homo. Qđ exponēs btūs Bern. in fine sermōis
de sacro:inquit. O stupēda dei miseratio: verbū
carnē:de' cinerē:figulus lutū:vita morticinum
induit:vt iumēta māducarēt panē angeloꝝ. Ho
ps. xlviij mines iumenta erāt:sicut ait pphēta. Homo cū
in honore esset nō intellexit:cōparat' est iumen
tis insipientib':⁊ silis fact' est illis. Ea propter
cibus supcelestis mutauit se in pabulū pecoris.
Panis em angeloꝝ fact' est fenū. Unic' patris:
filius hois. Uerbū qppe caro factū est. Et iuxta
Esa. xl. pphetā. Ois caro fenū. comedūt ergo angeli ver
bum de deo natū:comedūt hoies verbū caro fa
ctū. Nullū hmōi beneficiū excogitari potuit:nec
maius aliqđ dari. Uere itaqz ingratissim' est: q
hoc beneficium vilipēdit:et indigna sumptione
blasphemat:nō vbo:sed detestabili' opere et fa
cto. Hinc p pphetā malachiā dñs improperat
sacerdotib':⁊ in eis oibus indigne sumentibus:
ait em Malach. c. j. Si pater vester ego sum:vbi
Malac. j. est honor me'? Et si dñs ego sum: vbi est timor
me'? ad vos o sacerdotes dicit dñs exercituū: q
despicitis nomē meū:⁊ dicitis:Hq: despexim' no-
mē tuū? Offertis sup altare meū panē pollutū:⁊
dicitis in quo polluim' te? Glo. Corripit sermo
diuinus epos ⁊ ministros ecclesie negligētes:⁊
oēs qui in xpo baptizati:xpi noie censentur:cur
nomē ei' despiciāt quib' aperit causam offensie.
qz panē pollutū offerūt. Polluit em panē. i. cor-
pus xpi q indign' accedit ad altare ⁊ mēsaz dñi:
si nō scelerata voce:scelerato tn ope despicit. Et
sequit. Dū sacra violant:ipse cui' ē sacrm violat.
¶ E Uideam' nūc si nō aliquid ampli' faciūt
illi q iudei. Judei faciē l quā angeli pspicere de
siderāt:sputis immūdis fedauerūt. Sed hi ingra j. pet. j.
tissimi nedū faciē sed totū corpus dnicū ore:spo l
luti immūdicijs inuoluūt: ⁊ in latinā fedissimā
facinorose cōsciētie trāciūt. Quid min' ingra-
tissimis iudeis rogo faciūt:nisi q hi sciēter: illi
iudei egerūt ignorāter. hi spūaliter polluūt: illi
corporaliter fedauerūt. Cōstat dñm spūalē ma-
gis abominari immūdiciā:q corporalē:et ideo
nō immerito in iudiciū cadūt iudeoꝝ fm aplm.
Judiciū sibi māducāt ⁊ bibūt. Quale iudicium?
Desertionis certe ⁊ excecationis. Deserunt enī
ampli' a gra:⁊ iō magis obdurant. Perdūt lu-
mē cognitionis:et ideo pfundius excecant. Qđ
recte in māna significatū est: nā a calore solis li
quefiebat:⁊ a calore ignis obdurauit. Exo. xvj.
Ita cib' salutaris q p calorē amoris diuini solis
cōtinue liquefieri debuit per effectū. i. resoluere
animū in deū:p calorē ignis cōcupiscētie indu-
rat. i. cor indurat p desertionē:ad qđ sequit exce
catio:fm illud ps. Sup cecidit ignis ⁊ non vide-
rūt solē. Ignis haud dubiū: quin cōcupiscentie ps. lvij.
et nō viderūt solē iusticie. ¶ F Cōparatur ter-
tio pctm indigne sumptionis pctō crucifigētiū.
Crucifixores quippe innocētē dñm:qui spōte se
obtulit pro salute oim ipsi maliciose occiderunt
ad pprium interitū. Et sanguinē quē dñs fusur'
erat ex charitate nimia: in preciū redēptionis:
ipsi effuderūt p inuidiā in penā sue dānationis.
Ita ⁊ indigne cōicantes passionis xpi et mortis
sue memoriale:qđ ipse vt medicinā salutarē:pec
